



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

2.55.



April 1st Alexandria

79-4  
n. o. 23207

79-8

FCC  
11-282



*La libreria veneta proposita* Sc. 11282  
**A P P I A N I**

**A L E X A N D R I-**

**N I S O P H I-**

**S T A E,**

**\***

11282

**De Ciuilibus Romanorum bellis hi-  
storiarum libri quinque.**

**Eiusdem libri sex: Illyricus, Celticus,  
Libycus, Syrius Parthicus, &  
Mithridaticus.**

VIRTVTATE DVCE,



COMITE FORTVNA.

**L V G D V N I ,**  
**A P V D H A E R E D . S E B .**  
**G R Y P H I I .**

**1560.**

# E OR V M Q V A E I N L I

B R I S B E L L O R V M C I-

uilmum alijsq; Appiani historijs  
continentur, breuis  
enarratio.

\*

## L I B R O P R I M O C O N- T I N E N T V R.

*Explicatio legis Agrarie.*

*Gracchorum interitus.*

*Tribunitia potestatis immutatio.*

*Seditiones inter senatū, & equestrē ordinem.*

*Bellum sociale.*

*Contentio inter Marium & Syllam.*

*Sylla monarchia.*

*Quæq; post eius obitum à Sertorio eo anno in  
Hiberia, & Spartaco in Italia acta sunt.*

## L I B R O I I.

*Catilina coniuratio & mors.*

*Cesaris probitas in Hiberia.*

*Seditiones eiusdem in Vrbe.*

*Clodij obitus.*

*Origo odio inter Casarem & Pompeium.*

*Principium ciuilis belli.*

*Quæ à Casare in Hiberia contra Pompeij du-  
ces gesta sunt.*

*Belli Pharsalisci Victoria à Casare.*

*Quæ in Alexandria, Syria, Aphrica & Hi-  
spania*

*Spania peregit Casar.*  
*Demum ipsius interitus, & tumultus in Urbe*  
*referuntur.*

L I B R O III.

*Discessus conspiratorum ex Urbe.*

*Aduentus Octavi Casaris.*

*Contentiones eiusdem cum Antonio.*

*Trebonij mors à Dolabella.*

*Quemadmodum Antonius hostis indicatur.*

*Bellum Mutinense, & Antonij conflictus.*

*Hircij & Pansa interitus.*

*Conciliatio Antonij cum Lepido.*

*Consulatus occupatio ab Octavio.*

*Postremo Decimi Brutis finis refertur.*

L I B R O I V.

*Triumvirum conspiratio in senatum.*

*Tumultus, & clades Urbis.*

*Proscriptiones optimatum, & interitus.*

*Varij, & admirandi fortuna casus.*

*Qua à partiu fantoribus in Libya gesta sunt.*

*Dolabella mors.*

*Belli apparatus per Brutū, et Cassiū in Asia.*

*Octavianus demū, et Antonij in Etruria Victoria.*

L I B R O V.

*Nossum senatorum apparatus in Octavianum,*

*& Antonium.*

*Quae ab Antonio in Asia, à Casare in Italia in  
promerēdis victricibus copijs agitata sunt.*

*Dissensio inter Octavianum, & Lucium Antonium.*

a a Perusi

*Perusina fames.*

*Conciliatio iterum, & affinitas, orbisq; parti-  
tio inter Octauium, & Antonium.*

*Conciliatio item cū Sexto Pōpeo ab Hirisque.*

*Dissensio iterum, & nauale bellum inter  
Sextum, & Octauium.*

*Sexti fuga & mors subinde describitur.*

#### L I B R O   I L L Y R I C O ,

*Illyriorum situs, & eorundem origo populo-  
rum peruetus.*

*Qua ab Octaūo in Illyrios, quā' se ab alijs  
primo gesta referuntur.*

#### L I B R O   C E L T I C O ,

*Brenis explicatio Celsisci belli & q; in finem.*

*Romana historia proœmium, quo Romanis im-  
perij magnitudo describitur.*

#### L I B Y C O   L I B R O ,

*Carthago à quibus & quando condita, &  
eius potestas ac imperium.*

*Primum Punicum bellum, quo primū Siciliā,  
ac deinde Sardiniam Romani Carthagi-  
nensibus adimunt, in quo & Attilias Re-  
gulus consul interit.*

*Secundum Punicum bellum, quo duce Corne-  
lio Scipione maiore Iberia Carthaginensi-  
bus adempta est.*

*Tertium Punicū bellum, quo Scipione minore  
duce Carthago funditus euersa ac dele-  
ta est.*

#### L I B R O

## LIBRO SYRIO,

*Antiochus Magnus Syrorum rex à Romanis victus, Europa om̄q; atq; Afia excēdere, atq; intra Taurū regnare iubetur. Cui succedens Seleucus filius, insidijs Heliodori cuiusdam sublatus, filium Antiochum nonnem regni relinquit heredē: quo sublato, Demetrius Syriam inuadit, huic succedens Antiochus Eusebius Tigrans cedist: quo à Romanis superato, Syria in Rom. potestatem venit.*

*Macedonum regum series.*

*Satraparum institutio.*

*Seleuci nouercalis amor, ac de Seleucidis non pauca.*

## LIBRO PARTHICO,

*Crassus Syriam provinciā nactus, in Parthos mouens, primum filium suum Crassum in-iōrem amittit, mox spē in hostium manus venit.*

*M. Antonius hnic succedens, Ventidium in Syriam pramittit, qui mox Parthis tribue pralij superatis, Pacorum etiam regis Ordinis filium acie fravit. Igitur Antonius Ventidio Romam triumphatum remisso, principio rem male gerit, ac dolosis hostium assentationibus penè circumuentus, s̄ix tandem in Armeniam fugitabundo quām belligeranti similior evasit, vnde Artaba-*

xem secū Alexandriā perductum in trium-  
pho habuit.

MITHRIDATICO LIBRO,  
Primum Mithridaticum bellum olympiade  
180. Unde initium sumpserit.

Secundum Mithridaticum bellum Murana  
prouocante excitatum.

Tertium Mithridaticum bellum, quod pri-  
mum quidem Lucullo, deinde Pompeio de-  
legatum, ab eo etiam est confectum.

Mithridatis mors.

Vrbes à Pompeio condita.

Quatenus imperium Rcm. Mithridatici belli  
victoria ad auctum est.

P. CAN

P. C A N D I D I A D D I -

V V M A L P H O N S V M , V T R I V S Q .

Sicilia regem , in Appiani Ale-  
xandrinī historiam bellorum  
Civilium , è Graco in La-  
tinum à se conuer-  
sam Pra-  
fatio.



A R T H O R V M regem Et ab  
Anneo accepimus , sine mu-  
nere salutare nemo potest .  
Ego verò , glorioſiſime Rex ,  
cum tuam Virtutem , humani-  
tatemq ; considero , tum ceteras natura dotes ,  
quibus inter etatis noſtra principes Vel in pri-  
mis illuſtris es , ſublime ingenium , ſummam  
charitatem ſummam continentiam , nulla ra-  
tione adduci poſſum . Et non pluris apud te fi-  
dem meam exiſtimem , quam Ellas opes : qui p-  
pe cum te indigentibus , Et veluti è naufragio  
emerſis , quāquam ignotus , offerre videāpias  
manus . Ceterū nec ſine munere ad te veni ,  
nec Vacuis ( Et aiunt ) manibus tuam mai-  
ſtatem ſum adoratus . Nam cum priores Ap-  
piani libros , Libycum , Syrium , Parthicum , Et  
Mithridaticum Nicolao quinto ſummo Pon-  
tifici , dum in humanis ageret , è Graco tran-  
ſluſſem , reliquos Civilium bellorum cōmen-  
a 4 tarios ,

tarios, quae senatus, populusq; Romanus iniū-  
cem ges̄it, nondum editos aut perfectos à me,  
ad quem potius mitterem, quām ad te, iniū-  
cissime Princeps, Hispanie pariter & Italia  
nostra decus? qui non minus optimarū artium  
studij, et literis, quām armis inclitus es, atq;  
memoranduq;. Accipies igitur nouum opus, nec  
indignum regio animo, regioq; conspectu tuo:  
sed quod cum priscis illis Voluminibus ab his  
qui historias scripsere, posteritati traditis, fa-  
cile conferri queat. Quod si in contrariū non-  
nulls refragentur, Et amulorum mos est, quem  
velint ex Latinis in medium adducant, siue  
Crispum siue Cesarem, siue Curtium, siue alia  
vulgata doctorum nomina, eoru qui historias  
scripserunt: nullos ex his, qui cū ciuilibus Ap-  
piani libris conferri possint, inuenient: si histo-  
riae pulchritudinē & varietatem, si orationum  
copiam, si bellorum magnitudinem, et eoru qui  
gesse, gloriā & famā, non eloquentia leno-  
cinsa metiri velint. cuius tamen nec hi quidē  
omnino expertes sunt. Deinde cū Romanorum  
facinora omnia & magnifica & preclarace-  
lebrentur, quid magnificentius, aut preclarius  
ab illis actum afferemus, quām cū exteris rebus  
etis inter se fertere manus? Et quanquā illa  
nefanda, & horrenda sint, illustria tamen ha-  
bebūtur, si ducū excellentiam, militū prestan-  
tiā pricipuā in perferendis rebus tolerantiam  
& prud-

Et prudentia velimus recensere, Et in his que  
 Mutina, qua Perusij, qua alijs in locis gesta  
 Et transacta memorantur. Adde quod doctis,  
 Et Ciceronis opera quotidse versantibus, aut  
 aliorum qui de Romanis scripsere, nihil utilius.  
 aut necessariu magis dicet quispiam, quam his  
 riam per partes concisam. Et à Varüs aucto-  
 bus hinc inde disiecta, sive quodammodo in-  
 telligibile ordine suo inspicere. Et qua in Pto-  
 lippicis, qua in familiaribus epistolis, Et ad  
 Atticum à Cicerone prescribitur intelligere.  
 Ego mediusfidius dum hec lego, non audire  
 Romanorum gesta, Et hactenus consueveram,  
 Verum intelligere, nec intelligere tantum, sed  
 interesse, mihi videor. Ita suo ordine singula  
 apposita Et descripta sunt. Quod à Graco ho-  
 mine tam accurate diligenterque fieri potuisse.  
 Utique admirarer, nisi iam perspectum haberem  
 Et cognitum, quod luce clarissus intueri datur.  
 ex Augusti commentariis, quos de vita sua  
 edidit, Et Suetonius refert, hos libros desum-  
 ptos, Et exaratos extitisse. Sed hac suo lo-  
 co in Illyriorum bellis, qua ab eodem  
 gesta sunt, sexto hunc operis aper-  
 te describentur. Nunc ciui-  
 lium bellorum motus,  
 qui à Romanis  
 prodiere, refe-  
 remus.

APPIANI  
 ALEXANDRINI  
 HISTORIAE DE CIVI-  
 LIBVS ROMANO-  
 RVM BEL-  
 LIS.  
 LIBER I.

E' Græco tralatus, P. Candido  
interprete.



ENATVS Populusque Ro-  
 manus mutuis s̄epenumero  
 contentionibus de legum la-  
 tione, vel siquando debitorum  
 abrogationes, agrorum ve par-  
 titiones fierent, vel in comitiis vna adissent,  
 dissidebant. Non tamen armata manus opus  
 erat ciuile bellum: verum dissidia ac turbatio-  
 nes duntaxat ex lege moderatè quieteq; inter  
 eos agitabantur. Quamobrem cum simili ex  
 dissensione plebs se aliquando in unum contu-  
 lisset, non statim armis vsa est, verum mon-  
 tem ascendens, qui ob hoc Sacer dicitur, nullo  
 pralio concita magistratum à seipso protulit,  
 quem Tribunatum appellavit, potissimum  
 Et Consulum conatis obfisteret: quos Se-  
 natus eligebat, ne perfectam illi in Rep. ha-  
 berent potestatem. Ob id vero ha adiuvicem  
 dignit

dignitates maiore inter se contentione ac favore subrogari cepta , à Senatu populoque Romano per partes creabantur , ita ut per anatiam , ac largitionem alter alterius sumitetur potestat . Martius autem Coriolanus in huiusmodi dissensionibus preter ius electus Urbe , ad Volscos confugit , & patria subinde bellum intulit : quem primum dicet quisquam in seditionibus ad arma fecisse aditum , cum profugus existeret . Gladius nempe in concilio hactenus à nemine exertus , aut civilis in contentione illata cades , priusquam Tyberius Gracchus plebis fautor , & leges inferens , in seditione occisus est , & cum illo multi in Capitolo deprehensi , circa templum interiere . Quibus ex rebus minime se cohibentibus disfidijs , diuisis inter eos aperte odijs , gladijs accincti sapenumero inter sacra aut comitia , aut in foro , alicuius ex primoribus secutaz nece , seu Tribuns per interualla , seu ducis , seu consulis , aut alterius ad hoc designati , contentiones impudentissimas nullo ordine passatim edidere : quas legum & iudiciorum contemptus infecutus est . Inualecente itaque in dies malo , insurrectiones manifestae in Rempub. facta sunt : exercitus quoque magni ac potentes per vim in patriam inducili , fugitiuorum scilicet , ac damnatorum , aut ad magistratum aliquem exercitumque adiuvi

intricem certantium. Et iam Dynasta in plurimis, & seditionum principes, ac monarchici aderant, cum quidam sibi creditos à populo exercitus dimittere negarent, quodam sibi commissa sine publica utilitate exteris impenderent, & quis prius urbem sibi vendicaret, pariter inter se contenderent, verbo in aduersantes gesturi bellum, re autem contra partiam pugnarent. Nam urbem & hostilem invaserant, ac cades continua nefariaq; cum obuijs agitabantur, aliorum proscriptiones funesta: fugaque & onera assidua occurrebat, plurimorum tormenta ex odio indicta: nullum scelestum opus aberat, quoad Evans, seditionorum caput, anno potissimum quinquagesimo à Gracchi Tribunatus, Cornelius Sylla malum malo mederi satagens, se principem in plurimis professus est, quem Dictatorem nominant. & in periculosis Reipubli. causibus per sex menses creari solutum, iam facere desierant. Verum Sylla si quidem ac necessitate, licet verbo ad Dictaturam perpetuam electus, cum demum potentia abunde fretus esset, primus ex omnibus, & mihi videtur, inuentus est qui tyrannidem deponeret, diceretque se eorum penas subire velle, pro quibus damnaretur: priuatus quoque intuentibus cunctis per forum ambularet, & domum absque iniuria rediret, tanta inspic

inspicientibus cum dignitatis reverentia, & metus merat, aut depositi muneris stupor, aut inferenda pena Verecundia, aut alia benignitatis ratio, quasi ad utilitatem publicam conduceret tyrannis. Non multò deinde cum dissensiones in Syllam defecissent, eorumque vindicta qua à Sylla erant perpetrata, denuo post illum emanarunt, donec C. Caesar principatum occupavit, magnam iam inde in Gallia adeptas gloriam. Senatu itaque iubente & exercitum deponeret, caussam in Pompeium referens, quasi non à Senatu, sed à Pompeio hoste oppugnaretur, quia exercitum per Italiam deduceret, & ad regnum aspiraret, pacis conditiones protulit, & vel & terque eorum exercitus teneret ad reprimendas mutua inimicitiae suspiciones, & quos Pompeios haberet, mutuò deponeret, & pari modo sub legibus & terque priuatus degeret. Quorumcum neutrum esset auctor, è Gallia deduxit, & in Pompeium &naque in patriam inuenitus, abeuntēmque persecutus, in Thessalia demum illustri pugna superavit. Inde in Aegyptum post illum progressus, cum ab Aegyptiis occisum intelligeret, Romanam rediit. & Aegypti rebus constitutus, tam dñi immoratus est, donec reges ordinaret. Sedisitiosum admodum, cui ob gestarum rerum amplitudinem magni cognomen aderat, sic aperte bello profligauit.

uit, nemine sibi obſtare quoquo modo audente, vt ſecundus poſt Syllam dictator perpetuus fieret, ſeditionesque comprimeret. Hunc deinde Brutus, & Caſſius, ſive Zelo principatus ac potentia, ſive patria charitate duci in ſenatu interfecere, popularem maximè, dominiandique experientiſſimum. Ex quo populus eum praeceteris exigit concupiscere, & interfectores eius vnde conquirere. Funus etiam medio in foro edidit, temploque conſtituto in xta pyram veluti deo ſacra exhibuit. Seditiones igitur denuo in maius aduentę ad ſumnum peruenierunt. Cades quoque, & fuga, & dannatorum proſcriptiones cum Senatorum, tum Equitum ex eorum multitudine crebro ab utrisque edita, ſed ſtiosis hostes ſe ad inuicem prabentibus, & ob id ſuos negligentibus, ſive amicos, ſive fratres, adeò natuam charitatem contentio aduersa deuicerat. Et Romanorum imperium veluti poſſeſſionem propriam hi tres potiſſimum inter ſe partirentur vires, Antonius, & Lepidus, & cui Octavius prius nomen fuſt, ex Caſaris stirpe, & ab illo in testamento poſitus, eāmq; ob rem Caſar appellatus. In hac igitur partitione rerum publicarum, non multo poſt inter ſe conuerſi, Et ſimilium moſt, Caſar Lepidum ingenio, & experientia longe praeceſſens, cui Libya ex forte obuenerat, dignitate ſfoliauit. Postea Antonium

nium circa Actium bello finit, cui à Syria ad Ioniam usque sinum ademit principatum. Ad hec igitur præterea tam ingentia, & admiranda, qua omnes ferè in stuporem verterant, classe peruectus, Aegyptum cepit, qua & diuinitate, & potentia post Alexandrum longè inclita regio, ad ea qua nunc continet, Romano imperio deesse videbatur. Ob has res Augustus quanquam in opere adhuc esset vocatus, & primus à Romanis eo nomine quo Casar appellatus, Caius etiam potenterem patrias se exhibuit, gentibusque universalis imperio præfuit, nullus deinceps electio-  
nis aut creationis, aut obsequiū indigus. Procedente deinde tempore cum ad summum rerum peruenisset, ad omnia felix, ac tremendus, genus ex se, & heredes, qui imperio praesent, dereliquit. In hunc igitur modum varijs ex dissensionibus Romanorum Respub. ad concordiam tandem monarchiamq; peruenit. Hec omnia quemadmodum gesta sunt, ex ordine descripsi, que admiratione potissimum digna habentur, in unum colligens, ut contentionem virorum maximam, imperandi cupiditatem vehementissimam, & patientiam penè intollerabilem intelligere solentibus offerrem, formas quoque malorum infinitas explicarem, maxime cum mhi Aegyptiam historiam res antecedentes, deinde in eam finientes necessarium

sarium sit ante scribere. Aegyptus quippe per dissensionem capta est Antonio Cleopatra fereente auxilia. Dividuntur hac autem ob multitudinem in hunc ferè modum. Quacunque supra Cornelium Syllam à Sempronio Gracco, deinde que ab his ad Caij Cesaris interitum: Reliqui Civilium bellorum libri, quacunque Triumviri adinuicem, & in Romanos gesse, &isque ad Egitum & maximum eorum factus à Casare gestum circa Actium contra Antonium simul & Cleopatram continent: quod principium Aegyptia erit historie. Romani Italiam per partes bello vendicantes, telluris portiones inter se diuiserant, in hisque vel considerant Urbes, vel ubi condita prius fuerant, ipsi colonos sorte deduxerant, & has quidem praesidiorum causa munierat. Agros verò quos quisque bello adeptus esset, eorum habitatoribus colendos dederant, vel prelio illis attribuerant, vel mercedis causa contulerant. Si qua autem tellus ingruentibus bellis inulta remansisset, quò multitudine impleretur, neutquam per negligentiam sorde scere passi, in hunc modum proclamare iussarent. Volentibus interim agros colere, annua ve Etigalia publicè esse pendenda, seminum partem decimam, arborum verò quintam eorum quos percepissent fructuum. Adhibitus etiam pecorisbus Etigalis exigēdi modus, maiorum nino

minorumq; armentorum, qua viciissim illis pre-  
tio venundabant, quo plus virtutem ac roboris  
Italo adderetur generi aptissimo, ut eis seide-  
batur, ad labores tolerandos. Et propugnato-  
res domesticos haberent. Quod contra illis ob-  
uenit. Nam dissites telluris indinisa portio-  
nem sibi magnam vendicantes, Et à nemine  
ob deuoturnitatē auferri posse confisi quacunq;  
ipſis finitima, in queis permulta tenuorum  
portiones inerant, partim suadendo, preto ad  
ſe adſcidentes partim per vim auferentes, im-  
mensa camporum ſpatia obſederant, agricolis  
in his emptis, Et pecoribus ſtentes. Liberos  
etiam ab agris ad militsam transire prohibe-  
bant huiusmodi poſſeſſionibus ingentes illis  
ſtilitatis ex magna feruorum industria affe-  
rentibus, qui ob militie vacationem periculo-  
rum expertes, in immensum creuerant. Ob hac  
igitur potentes diſtabantur maxime. Et feru-  
rum multitudo ſundique prouinciam impleme-  
rat. Itali verò inopia pariter Et desida tor-  
pebant, egestate, Vectigalibus, Et militsia one-  
re oppreſſi. Ex his plerique vacationem otio  
adſunxerant, omni tellure exclusi à potenti-  
bus, cum illi feruis liberorum loco ad colendos  
agros ſterentur. Hac populus grauiter ferre  
capit, cum ex propugnationibus Italia nihil  
ſtilitatis acciperet, neque aliqua illi ſine peri-  
culo militsia adeſſet ob feruorum multitudinem

directionem autem nullam intueretur, cum nec facile aut iustii sideretur talibus viris per tantum temporis possessam tam ingentissimam adsimere tellure, arboribus, domibus, ceterisque apparatibus propriis munitam. Tandem populi Tribunis decernentibus edictum est, Neminem ultra quingenta telluris iugera habere posse, neque maiorum armentorum ultra centum, nonorum quingenta duntaxat capita obtinere. Et in his liberorum addidere numerum quem possiderent, quibus hac custodire et referre iniunctorum fuerat. Hec igitur ex lege statuentes, insurandum quoque legi praestitere, paraque summam adhibuere, sperantes eos qui supereressent agros paulatim ad inopes cessuros esse. Sed nec horum, legisve, aut insurandi cura villa habebatur. Nam quis praeter ceteris hac obseruare et custodire debuerant, agros clanculum cum domesticis eorum partiebantur, multi etiam vectigalia spernebant, donec Tyberius Gracchus vir illustris, et eloquio potens, fama potissimum cupiditate ductus, et proprieas summo in honore habitus a ceteris Tribunis plebis orationem gravissimam de Itulis viris habuit, veluti bellissimis, et necessitudine consumatis populo Ro. quod a paucis quibusdam opulentis absumerentur, et ad inopiam pusillanimitatemque truderentur, neque harum rerum directionem ullam sperare possent. Deinde

de seruorum detestatus multitudinem, qui nec militia fuisse, nec herie fidei esse consuefaverent, quae nuper in Sicilia a seruis in dominos gestae essent edisserit, ipsis ex agricultura die-tim succrescentibus, qualeq; in Romanos ges-sissent bellum, non facile quidem aut breve, ceterum per varias periculorum mutationes in longum tempus agitatum referebat. Quibus explicatis, legem denuo protulit, Nemini lice-re ultra quingenta telluris iugera habere. Fi-lijs autem eorum ad Geterem legem dimidium horum attribuit. Ad reliquos vero dimiden-dos agros tres viros prastantes elegit, qui per singulos immutati annos, eos pauperibus im-penderent. Hac lex precipue dimitibus ingra-tia fuit, neque uitib; illam ut prius custare, ob eos qui tellurem erant divisi, nec quicquam ultra id quod forte datum erat, vel precio in-dispisci poterentibus. Quippe hac animaduertens Gracchus, huiusmodi venditionem in primis exhibuerat. Divites igitur per partes in unum congregatis, inter se querebantur, si tenuiori-bus vetera eorum opera, arbores, domos, ac pretium, plerisque etiam vicinitate essent pra-bituri, Et si quid cum tellure sicissim consum-pussem esset, paterna monumenta cum ipsa tel-lure, divisiones quoq; a patribus acceptas illis traderent. Alij mulierum dotes in his con-sumptas, Et agros filiis ex sorte datos, sibi er-

pi deflebant. Fœneratores verò debitz, & alia huiusmodi protulerant. Erat itaq; confusio quādam, & fletus ac querela. Tenuiores autem ex aduerso lamenta proferebant, ex opulentia in maximam cecidisse miseriam, ex hac in desperationem peruenisse. cum ad alendos filios impotentes essent, quotidie per exercitus, & expeditiones maximas deduci & tellurem possiderent. Palam itaq; lamentabantur, si eo quod cōmune illis esset, fraudarentur. Diuitibus præterea ad opprobrium obijciebant, quis liberorum loco, ac ciuium militumque seruos praeligerent gentem infidam, & continue farentem. & ea ex causa militiam detrectantem. Hac & huiusmodi inter se querelantium multitudo. & se inuicem adhortatum, ex colonijs ac municipijs ut quisq; agrorum particeps, ex trepidatione in unum conuenerat, & separatim ad suorum partes se contulerat. Copia insuper & multitudine confisi, undequaque accelerabant, & seditiones nullo ordine inchoantes, approbationem legis expectabant: hi veluti nullo modo concessuri id ratum esse, illi verò & ratum & firmum habituri. Contentio igitur maxima inter eosque ex huiusmodi necessitate inerat & ad constitutam diem se quisque preparabat. Gracchο quidem Senatus assensum prebebat, non tam ad sustinendam abundē cauissam, quam ad hilaritatem atq; confidentiam cum euen-

eventus utilitatem suspensu expectaret, quasi nihil maius aut illustrius ob rei difficultatem in Itala geri posset. Nec multum contentionsibus immoratus Gracchus, quò sententiam efferet, plura, nec minus popularia super his in longum retulit. Num iustum foret, qua communia sunt, communiter dividere? An nobilior seruo perpetuo sit ciuis? An utilior miles viro imbelli? Et in publicis oneribus qui partem gerezet acceptior? Iudicium quoque et inglorium non in longum abire passus, subinde patria spes metusque recensuit. Num plurimum telluris per vim ex bello detinentes, reliquam terrarum orbis spem abycerent, et omnia in discrimen ponere optarent potius, quam per virtutem residua acquirere? An per cordiam et iniuriam ab hostibus eripi mallent? Horum itaque gloriam, et utilitatem, eorum autem periculum et metum anteponens, insit divites hoc animo voluentes, a seipsis si necesse foret, egenis parcere, agrosque in futuram spem nutrientibus filios vero impendere, ne de modico simul dissidentes maiora amitterent. Quippe laboris buius mercedem eos abunde relatuos, cum insignes agros absque onere essent habiti, perpetuo manentes quingentorum iugerum. Filiis vero sic cui adessent, dimidium unicusque horum traderetur. Hac et huiusmodi pluracum locutus esset Gracchus, pa-

b. 3. peres.

peres, & quicunque aderant, & opinione magis quam agrorum desiderio volebantur, incendens scribam iussit legem recitare. At vero Marcus Octavius Tribunus alter, ex possessorum numero, ad occurrentum paratus, continuoque apud Romanos in prohibendo afferior, scriba silentium imponit. In quem multo conquestus Gracchus concionem in sequentem diem imperat, & presidijs abunde dissufsis, quasi iniuitum etiam coacturus Octavianum, mutu, scribat ad populum legem referat, edicit. Verum idem cum referre cœpisset, Octavio prohibente conticuit. Contentione igitur inter Tribunos exorta, & legislatione confusa ex tumultu, qui potentes aderant, Tribunis suadere incipiunt, ut de quibus intersé discederent, Senatum mutuo consularent. Itaque Gracchus arrepta lege, cum omnibus rite sentientibus accepta esset, in Senatum proficiuntur. Eo loci, ut inter paucos, contumelij impeditus à ditionibus, rursum in forum delatus, in sequentem diem de huicmodi legi, & simul de Octavijs abrogatione suffragia iaturum se esse pronunciavit, & an Tribunum plebi aduersantem, dignitatem retinere opus sit. Quod strunque executus est. Qua ex re nibil territus Octavius, denuo aduersari cœpit. Tum Gracchus primum de abrogatione eius ad populum retulit: ac prima tribu Octavianum

vium dignitatem deponere iubente, conuersus ad eum Gracchus, ut sibi mcrem gereret orabat. Recusante eo, reliquas tribus rogare pergit. Existentibus autem tribibus omnibus quinque & triginta, & iam septem supra decem ob iram in eadem sententia manentibus, octaua quidem ac decima sortem latra videbatur. At Gracchus denuò in conspectu populi, cum vel maximè Octauij discrimine percepto, benignè illum admonere hortarique ne sanctissimum ipsius, & toti Italiae in primis, utilissimum prohibere velit, nec tantam populis frequentiam silicitudinemque despiceret quae & ipsi moderatè Tribunatum deponentis assensur a sit, & dignitatem per vim sibi eripi haud contemneret. Hac cum loqueretur Gracchus, deosque testaretur invito se collegam è Tribuna natu eyci, nihilque proficeret, sortem protulit. Octauius igitur quamprimum Tribunatu eius, clanculum aufugit, & Q. Murius Tribunes in eius locum subrogatur, lexq; de agris statim editur: ad quos dissidentes tres in primis viri, Gracchus ipse legislator, & frater eiusdem nominis, necnon Appius Claudius Tyberij sacer, consona totius populi voce declaratur, metuentes ne legis promulgatio quoquo modo impediretur, ni Gracchus omnesque necessarij eius potestate fuerentur. Gracchus autem ob legem pricipue exultans, multitu-

dine cum prosequente, quasi non unus ciuitatis duntaxat, aut gentis, sed omnium qua in Italia erant nationum conditor esset, ac liberator, domum peruenit. Potentes verò ad agros, è quibus ad ista conuenerant, retro cessere: ac veluti potestate exuti, quae gesta erant granter ferentes, inter se colloquebantur, non amplius electuros esse Gracchum, cùmque prius extitisset, regnum quoddam erigentem. Et Asylum, Et seditionem tam immensam Italia inferentem. Iam iesas appropinquabat. Et Tribunorum iussa ad ea qua agenda erant mettebantur. Et dimicis exequenda legis instanti tempore, palam Gracchi inimicos in dignitatem eius concitabant. At is cum rei decaus adesse cerneret, veritus ne in futurum minaretur Tribunus ab illis crearetur, omnes qui in agris fuerant, ad electionem eius conuocavit. Ipsi, Et in astantibus, Et per modicum temporis spatiū accitis, sequenti die ad populum, qui in forēm generat configit, separatimque unumquenque conveniens, Et se tribunitia potestate decorarent precabatur. Eorum nempe causa se in discrimen venisse referebat. Cum Comitiorum adesset dies, duastatim tribus Gracco Tribunatum decrevere. Divitibus autem adversantibus, nec ex lege fore dicentibus, si bis tribunatu potiatur, Rubrio præterea Tribuno concione huiusmodi praefidere

præsidereformidante, atque addubstante, plu-  
 rimum Mumius se Octaviū loco in tribunatu  
 præsidere ait, Et sibi concessionem dimittat e-  
 dicst: quod ab illo factum est. Reliquis deinde  
 Tribunis de eorum presidentia electionem fa-  
 ciendam esse decernentibus, Rubrio verò sorti-  
 tionem ad omnes circumferendam esse, sedis-  
 tione exorta, Gracchus fauore destitutus, elec-  
 tionem in sequentem diem differendam esse cen-  
 suit: Desperatis igitur rebus, nullo mansuetu-  
 denis genere, quamquam Tribunas adhuc esset,  
 abstinuit, ac reliquum dies per forum profici-  
 scens, filium cunctis exhibuit, commendauitq;  
 quasi sub hostibus confestim periturus. Ea ex re  
 multorum commiseratio insecura est, sibi ipsis  
 præcauentibus egenis, veluti non aequo iure  
 Remp. tenerent, verum distioribus inferniere co-  
 gerentur. Pietas quoque ipsius Gracchi eos deti-  
 nebat. Hac igitur verentes atq; pauentes, la-  
 mentatione & fletibus circa Vesperam ad do-  
 mum usque prosecuti, ut in sequentem diem  
 ad comitia descenderet, adhortatae sunt. His  
 suasionibus elatus Gracchus, nocte adhuc sedi-  
 tiosos reliquos in Genum congregans, & signum  
 illis si prælio opus esset imponens, Capitolij tem-  
 plum innadit. Eo in loco electionem subiturus,  
 concessionis in medio conquisitus est quod à Tribu-  
 nis, ac discessibus, ne sortiri posset impediretur.  
 deinde signum protulit. Clamore igitur maxi-

mo à complicibus simul edito, ad manus statim  
ventum est. Pars itaque Gracchane conspira-  
tionis cum veluti satellites quidam circumste-  
terant: pars vestes accincti, virgas, lignaque è  
ministrorum manu rapientes, frangentesque,  
divites è concione pepulerant, tanto tumultus  
vulneribus illatis. Et resquìi Tribuni timore  
percisi, è medio profugerent. Et à sacerdotibus  
templum clauderetur. Fuga præterea multo-  
rum, ac discursus nullo ordine insecessus est.  
Nonnullorum quòd alios Tribunos à Gracco  
dignitate spoliatos existimarent, idque cum  
minime intuerentur, per errorem sibi finxe-  
rant. Quorundam verò quòd seipsum in futu-  
rum tribunum sine colla electione praestitisse cre-  
derent. His itaque sic se habentibus, Senatus  
in Fidei templum se contulit. Et profecto mi-  
rum mihi videtur sapientiæ in dubijs ro-  
bus, atque formidandis ab eniis principantib;  
autoritatem saluti redditos, eo in casu minime  
dictatorem elegisse. Verum prioribus longe vti-  
lius id opus inuentum est, quod nec multis me-  
moria tuic fuerat, neque posterius contigit.  
Decretis igitur his que inter se consuluerant,  
in Capitolium statim ascenderunt. Horum è  
numero primus ac pontifex maximus Corne-  
lius Scipio cognomine Nasica ster arripit, elati-  
tæq; voce, Si quis patriam salvam esse cupit,  
me sequatur inquit. Quib; dicti, inferiorem  
vest

Gestis partem in caput retulit, siue hoc gestu plus  
 res excitatrices, siue ad cursum futurus aptior,  
 siue bello signum his quis sequebantur prabitu-  
 res siue Et deos lateret ea facturus qua subin-  
 de operatus est. Cum templum ingressus esset,  
 subito in Gracchanos concito cursu defertur, ce-  
 dentibus illi omnibus ob dignitatem tanquam  
 viro optimo, Et Senatum cum adhortatione  
 insequentibus multis. Quidam ligna è Grac-  
 chanorum manibus eripientes, nonnulli sedi-  
 lia, Et reliqua ornamenta, ex quibus concio  
 constituerat, vna lacerantes eos insequi, Et te-  
 lis appetere cuperunt. Postremò praecepit è ru-  
 pibus ad ima depellunt. Eo in tumulo multi  
 è Gracchanis, Et ipse in primis Gracchus cir-  
 ca templum deprehensus interficitur, non lon-  
 ge ab ipsis iannis in conspectu regiarum statua-  
 rum. reliquos seditionis comites noctu in Ty-  
 berim necatos prosecerunt. In hunc modum  
 Gracchus ille Gracci bis consulis, Et Cornelius  
 Scipionis eius qui Carthaginensibus impe-  
 rium ademit sororis filius, ob optimum consilium  
 à potentioribus oppressus, Tribunus adhuc in  
 capitolo occisus est, quod primum in Comitiis  
 odium emicuit, nec prius quam simile insegu-  
 tum est, finem cepit. Separatim deinde cinctas  
 ob Gracchi necem ad luctum voluptatemque  
 defluxerat. Nonnulli quoque seipso, Gracchis  
 quoq; Et praesentia desiebant, quasi non vige-  
 rino

rius Remp. habituri, sed per vim & armas pa-  
suri omnia. Alij quod ea qua maxime con-  
ciperent, facile se asequi posse letabantur.  
Hac autem gesta sunt cum Aristonicus in A-  
sia cum Romanis de imperio bellum ageret.  
Interfecto Graccho, & Appio Claudio &cissim  
exempto rebus humanis, protinus ad diuisio-  
nem telluris Fulvius Flaccus, & Papryrus  
Carbo, &nà cum inniore Graccho insurrexere.  
Negligentibus autem his quae agros possidebat,  
eos accusatores praconis voce citari iisserant,  
ac statim causarum difficultum multitudo af-  
fuit. Quicunque alijs finitima mercati essent,  
aut inter socios diuisissent, secundum mensuram  
inquirebantur, quemadmodum ab illis habi-  
ta, aut alijs diuisa essent. Omnibus autem ne-  
que conuenta neque fortitiones proferre Valen-  
tibus, qua inuenta fuerant, &t incerta poneban-  
tur. Mensuratis insuper agris, nonnulli ex plan-  
tatis habitatibusq; locis in vacua ablegabantur,  
nonnulli ex cultis ad neglecta, aut paludes, aut  
lacunas trudebantur, neque ab illis qua sub ha-  
sta vendita fuerant, principium diligenter assu-  
mentes, quod immensuratum esset per praconem  
inquirere velle pradixerant. Erexit autem plus  
rmos, quod proxima ignorantes, agris in vnu  
confusis procedente tempore cuncta complana-  
ta essent. Quod distiorum crimen permagnum  
ferebatur, nec facile inquiri poterat. Non alia  
itaq;

itaque quam omnium insurrectio facta est, binc inde discurrentium, & ad aliena diver-  
tētum. Hac igitur, & super his cēsentium im-  
pulsione non ferentes Italī, Cornelium Scipio-  
nem, à quo Carthago funditus eversa est, roga-  
re incipiunt, ut ipsis insuria oppressis defenso-  
rem se patronūmque praberet. Qui cum eisdem  
in bello utilibus ac promptissimis fūsūs esset,  
neutram eos deserere aquum duxit. Verum  
Senatum ingressu. Gracchi quidem legem mi-  
nimè contempserat populum in primis veritas: so-  
lum difficultatem eius referens, iustum sibi si-  
deris dixit, non à dissorsibus causas, tanquam  
ijs qui indicarentur suspecti, sed ab alijs potius  
esse decernendas. quod optimè illis persuasissime  
fūsus est, veluti qui aqua diceret. Ea ex causa  
Turdianus Consul, index ad hac ipsa electus,  
cum opus aggressus, difficultatem eius intuere  
tur, in Illyrios ad bellum profectus est, occasio-  
nem huiusmodi nactus, ne iudicium efferre co-  
geretur. Hi igitur tellurem dissidentes, nemini-  
ne illis aduersante, per inertiam tempus agi-  
tabant. Et hinc odij origo simultasq; inter Sci-  
pionem plebeiosq; emanasse creditur, quod cum  
prius eum dilexisserant, & plerunque ditionibus  
eius causa ad iniuriam fūsque aduersati essent,  
denique his Consulem prater leges effecissent,  
pro Italī in eos depugnantem intueretur. Qua  
animaduertentes hi qui Scipioni aduersaban-  
tur.

tur, palam criminari eū experant, quasi Gracchi legem omnino soluturus, s̄rbēmque hac de causa in armis ēgade esset positurus. Quibus auditis, populus maiori formidine correptus est, donec Scipio vespere domum reuersus, tabula apud se deposita, qua nocte scripturas s̄debatur quae populo essent referenda, sine vultuere in lecto mortuus immentus est: Sive Cornelis Gracchi matris insidijs impetratus sit, ne Tyberij Gracchi lex dissolueretur, consentiente ad hac etiam Sempronia eius filia, quae Scipioni nuptia ob deformitatem ac stultitiam neque illum diligebat, neque ab illo diligeretur: Sive, Et nonnullis videtur, sponte excesserit ē vita, quod ea quae pollicitus fuerat, exequi non posset: Vt cunque eis mors incerta est. Sunt qui dicant seruos eius in tormentis habitos dixisse ab exteris quibusdam noctu post domum latitantibus oppressum interisse, idque intelligentes referre non ausos ob populum iratum ad huc, Et necis eius consicum. In hunc modum Scipio extinctus est, neque publico funere dignus habitus, cum imperium populi Rom. in maios adauxisset. Sic confestim ira charitatem supergressa est, ac tantæ res utilitas, quasi nullius pretij sub Gracchi seditione periret. Interim agrorum decisionem qui eos possidebant occasionibus varijs in longum protrahebant. Nonnulli propugnatores omnes ad id induxe

duxerant. Quidam ex aduerso in Romanorum Remp. pro tellure se descripsi deposcebant, quod maiors charitate agros inter se essent divisuris: quod Italii libenter admissuri videbantur, agris Rempub. pluris facientes. Hac in re Fulvius Flaccus praeceteris operari visus, cum Consul tellurem sibi partiretur. Senatus contra permoleste ferre, nec satis pati, si sibi subdivisi pari iure in Urbe potirentur. In hunc modum igitur conatus omnis dissolitus est. Populus vero spe illa quam de tellure conceperat, exutus, denuo vereri capie. His ita se habentibus, gratissimus omnium qui tellurem divisuri essent, ad Tribunatum Caius Gracchus habebatur, Gracchi illius qui legem Agrariam primus edidit, frater, verum aetate junior. qui cum ob fratris necem diu silentium apud omnes tenuisset, multis in Senatu aduersantibus, Tribunatum tandem petere perrexit: quem magnifice adeptus, confessim Senatoribus aduersum se prestitit. Frumentum quippe mensuum concusque è plebe ex communi pecuria partendum censuit, cum nulli prises erogari consuefasset. Quicquid ex causis populum in Repub. vehementer extulit, assentiente illi Fulvio Flacco. Et continuo tunc quidem ac subinde ad Tribunatum gerendum constituitur. Nam lex quadam promulgata fuerat, si Tribunus suffragijs egeret, populum ex omnibus eum eligere.

In

In hunc igitur modum Caius secundò ad Tribunatum electus est. Vt pote qui populum mercede sibi adsciscens, Equites etiam in sententiam suam deduxisset, qui medium inter Senatum popularisque obtinebant dignitatem. Ob aliam igitur huiusmodi clementatem iudicia qua ligationes redolere videbantur, à Senatoribus ad Equites translata, & qua nouiora illis aderant obiecta, quoniam Cornelius Cotta, ac Salinator, et tertio Ultra his Manius Acilicus cum Asiam bello cepisset, publicè munieribus acceptis essent accusati, iudicūmque fraude pñnam euasissent. Legati nempe qui apud eos adhuc erant, non sine iniuria hinc inde discurrentes, hec ipsa clamitabant. Quæ ex causa, rubore concitus Senatus ad legem se conuertit, populus verò id ipsum confirmavit. Eoque modo iudicia à Senatu ad Equites translata sunt. Ferunt cum lex promulgaretur, Gracchum dixisse quod subito Senatum perpurgaret. Cūmque res experimento claruisset, maiorem adhuc eius verbis autoritatem cessisse. Cum enim Romanis Italisque, atque ipsis Senatoribus quacunq; ex causa ius dicere capisset, siue de pecunijs, siue de ignominia, aut de fuga. Equites veluti principes quosdam super illos extulit, Senatores verò quasi obnoxios illis subdedit. Absidentes quisque Tribunis Equites, cùm magistratus crearentur,

quac

quacunq; eis libusſent prius capientes, & in  
eum conſpirantes, non mediocrem Senatus  
incuſſerant timorem. Parum itaque deesse vi-  
debiatur ad conuertendam Reipub potentiam,  
cum dignitatem duntꝫat Senatus obtine-  
ret, Equites vero potestate fruerentur. Pre-  
cedentes quidem non ſolum primores habe-  
bantur cum cauſa agitarentur, verum aperi-  
in Senatum opprobria ingerebant. Munera  
praterea affumentes, & conſmuis allec̄ti pre-  
mūs, turpius adhuc & frequentius illo abu-  
tebantur. Accuſatores ad bac in diuites in-  
duxerant, & acceptorum munerum cauſas,  
iſtantes iſſi & ergentes ad ſe tranſtule-  
rant, ſic ut mox penè huiusmodi antiquaretur  
& ſeditionem aliam iudicialium legum non  
priore inferiore propagarent. Gracchus iſ-  
nra per Italiam ingentia conſtituit, ma-  
gnam operariorum & artificum manam ad  
ſe alliciens paratam ad quacunque ei collis-  
buiffent. Colonias quoque plures deduxit, in-  
ter quas Latinos pre ceteris Romanorum di-  
ci voluit, ut Senatus illis veluti cognatis hand  
honeste posset aduersari. Ceteris autem qua-  
bus Roma ſuffrazia in creandis magistrati-  
bus afferre non licebat, in hunc modum ferre  
conceſſit, ut qui tributa per ſoluiffent, in crea-  
tione legum fierent particeps. Quibus ex re-  
bus conterratis Senatus, Consules adſcribere

c mon

monuit, Et ex iis qui suffragia ferre non posse  
sent, ex Urbe nemo egredieretur, nec ad qua-  
draginta stadia ad futurā legum creationem  
proprios accederet. Linium autē Drusus al-  
terum Tribunum. Ut Gracchi legibus obſiſte-  
ret abortatus est, quod causas populo mini-  
mè referret. Conſeſſumq; ipſi obſiſtentiſ nihil  
aduersari Cui decim colonias deducere volen-  
ti, Senatess. Si populo placaret, vitru acquicuit.  
Hes ex rebus latitus populus, Gracchi legem  
facile contempſit. Itaq; populari fauore desti-  
tutus Gracchus, ſimilicam Fulcio Flacco, qui  
post Consulatum, Tribunitiam potestatē affe-  
ctabat, in Libyam emauiguit ex ferte diſtri-  
furis colonias iis qui conſulto delecti fuerant.  
Et ex eorum profectione à popularibus conten-  
tionibus quiesceret Senatus. Ille verò coloniā  
eò loci condidere, ubi Carthago quondam fue-  
rat, nibi perſi facientes. quod Scipio eā ene-  
tiffet, meditatus aſſidua ibi ſtabula futura  
ouiri. Descripſire autem ex minoribus ad sex  
millia ea lege, Et ex hac populū ad ſe allice-  
rent. Deinde Romam reuerſi ex omni Italia  
ſex item milia demitti poſtularent, Quibus in  
Libyam deductis, cū ſorberi deſignarent, lupi  
m̄tas ab Etrisq; poſitas dſſ. paſſe referuntur.  
Pradictib⁹ itaq; augurib⁹ coloniam eam  
infeliciem fore, Senatus. Ut legem ſolueret, cor-  
ciliū rufiſe connocari. Tum verò Gracchus

ac

ac Fulvius fieribundis similes Senatum emen-  
tiri, nec quicquam ex ijs que de lupis fere-  
bantur, nuncratum esse clamitatāt. Qui verò  
ex plebejīs assidacores aderant, ipsis adhære-  
re. Et gladijīs accincti C. pitolū ingredi pro-  
priant. Et co in loco ubi de colonia erat con-  
siliandum, simul conuenire. Populo igitur in  
vnum coēunte, Et Fulvio ac his loqui incipiē-  
te. Gracchus Capitolium ascendit, sedique ar-  
matis circu septus, permolēstè ferens se ad-  
uersis oppugnari legibus. Conuentum itaq;  
multitudine rem euitate, in propinquam porti-  
cum perambulabat: ingredientes continuè ob-  
serans. His ita se habentibus, contemplatus  
eum vir quidam popularis Attilios nomine,  
ad eum accurrit, Et manu apprehensum, sine  
quid suspicaretur, sine mentem eius presensi-  
sceret, sine alijs rationibus ad id induceretur,  
deprecari cōpit, Ut patria ignesceret. Verum  
ille conturbatus, despiciensq; similis toruolu-  
mine in eum conuersus nihil respondit. Qued  
animaduertens quispiam ex ijs qui sūnā ade-  
rant, non signo vollo dato, non insidente aliquo,  
ex solo Gracchi intuitu tempus adesse ratus.  
Et in primis ipsi gratificari studens, exerto  
enī Attilium inuadit. Vociferatione itaque  
insecuta. Et demortui corpore in medium al-  
lato, intuentil res cunctis, Et similem casum  
sibi precauētibus, fuga ex templo facta est.

c 2 Grac

Gracchus forum ingressus, & se apud omnes purgare cupiens, de his verba facturus videbatur. Nemine vero adhibente aures, cum factus quisq; abhorreret, sna cum Flacco desperatis rebus, & tempus quod armis praevenire satagebat amittens, domum perfugit. Et qui cum illis conspirauerant, in Enum abeunt. Reliqua autem multitudo circa medium noctem instanti periculo territa, forum inuadit, Consulm alter Opimius nomine, ut in trepidatione mos est, nonnullos cum armis in Capitolium festinare imperat, Senatumq; per praconem conuocari. Ipse omnium medius, Castoris in templo ac Pollucis rei euentum quietus expectabat. Hac enim in hunc modum acta erant. Senatus Gracchum, ac Fulvium, quo obiectum crimen perpurgarent, ex eorum domibus citari iussserat. Illi assumptis armis Aventinum montem properè ascenderant, rati, cum illum occupassent, facilissim Senatum cum ipsis ad fædera venturum esse. Decurrētes quoq; seruos in libertatem conuocarant. Nemine ex illis apparente, cum his quis eos circumsteterant, Diana templum inuidentes, per Vim retinere conabantur. Quintum insuper Flacci filium ad Senatum premitentes, & conciliacionē & cordiam supplices ab eo deposcebant. Senatus depositis armis ad concessionem accedere eos iubet, & qua libuissent palæ logui, aut neminem

alter

Volterius ad eum mittere. Eae ex causa cum  
 Quintus denuo mississent, Optimus consul de-  
 tineri eum iussit. Ad eos vero quis Gracchum  
 circumsteterant, milites subito emittit. Grac-  
 chus per pontem ligneum ad alteram fluminis  
 enectus partem, Enico comitante seruo in sil-  
 num aufugit, a quo subinde confuds se impera-  
 nit. Flaccus in taberna quadam delitescens,  
 cum eum persequentes locum ignoraret, omnemq;  
 angiportum, nisi ipse traderetur, incensuros na-  
 narentur, traditus supplicem se profueri renuit.  
 alium vero pro se iussit supplicare: ob idq; ca-  
 pteus interficitur. Gracchi & Fulvij capita a  
 nonnullis Optimio allata, pro quibus superbe  
 admodum Optimus aurum impendi statuit.  
 Domus eorum a populo direpta, complices car-  
 teri inclusi, Optimus mandato suffocati sunt.  
 Flacci filio concessum, fit genus mortis elige-  
 ret. Quibus peractis, contulit urbem a cede per-  
 purgauit. Senatus Concordia exemplum in foro  
 sibi erigi mandauit. In hinc igitur modum se-  
 cundi Gracchi seditio extincta est. Lex autem  
 non multo post edita, Et tellurem, de qua iniis-  
 centia contenderent, possidentibus vendere fas  
 esset. Id enim a superiori Graccho prohibitionem  
 fuerat, ac statim dimites ab egenis illam mer-  
 cabantur, ante ex hismodi occasione per vim  
 auferebant: quod temnoribus adhuc detersus  
 redebat. Tandem Spurius Borius Tribunus

plebis legem tulit, Tellurem & terrenos non esse  
dividendam, Serum possidentibus omittendam  
esse. Vectigalia autem populo Romano pro ea  
pendenda, pecuniamq; ex his in distributione  
nes redigēdam fore. Quares ut consolationem  
quandam ob distributionem populo attulit,  
ita ad abundantem multitudinem nihil sit  
tatis afferre poterat. Semel quippe ex spon-  
soribus huiusmodi soluta Gracchana lege,  
ceteris que inueniri poterant utiliore, salut-  
brioreq; non multò post Vectigalia ipsa ab Tri-  
buno alio sublata sunt, & confessim populare  
ab omnibus excidit: ob id que adhuc magis for-  
mulcium  $\text{\textcircled{E}}$  militum spes, tellurisq; reddi-  
tus, ac distributiones lege sq; cessanere, quo-  
que  $\text{\textcircled{E}}$  decem annis à Graccho legislatore po-  
tissimum elapsis:  $\text{\textcircled{E}}$  à controversijs ad achum  
delati sunt. Ea tempestate Scipio Consul thea-  
trum dissegit, quod Lucius Gassius inchoaver-  
rat. Et iam contentionum finis aderat, cùs alio  
denso emersere, adeo non facile Romani fuit.  
Gracchorū abutus illecebris. Quintus Cecilius  
Metellus, cum Censuram gereret, Glaucon  
virum Senatorium,  $\text{\textcircled{E}}$  Apuleium Sabrinum,  
qui Tribunatum ceperat, ob vita turpissi-  
mā dignitate summuere conatus, adversariis  
collega repulsus est. Non multò post Apu-  
leius, ut Metelli electus eret in curiam Tribu-  
natum petens, Glaucon Praetorem obsecrare  
cepit

capit Tributariorum electioni presidentem. Ca-  
terum Nonius vir illustris in Apuleium em-  
necesse, & Glacieam accusans, Tribunatum  
ad p̄tus est. Veriti igitur Apuleius & Glas-  
cie, ne tribunus effectus in eos insurget, tur-  
bam quondam satchitum à concione abeun-  
tum tumultu immisere, & in diversorum fio-  
gentem interficiunt. Casus autem crudelita-  
bat, adolescentem patienter tulit. Hoc solum  
domum ingrediens siue ab ingenio, siue à disci-  
natione quadam furorū duxisse fertur: Non  
sinet adolescens esse alterum aliquando vi-  
rum dignitatem huiusmodi habentem depo-  
nere. quod Romanis paulo post conegit, Caio  
Cesare potestatem minime exuente. Omnino  
mihi Sylla videtur, cum vehemens simul Et  
potens extitisset, ex priuato tyrannus fieri cu-  
piuisse, ex tyranno priuatus, Et ob id ad so-  
litudinem quandam agrestitatemque decli-  
nasse. Profectus est enim Cumas Italia ser-  
bem ad agros proprios, quo in loco maritima  
solitudine oblectatus, nonnunquam venatio-  
ni impedit operam, vitam in Urbe nentiquam  
priuatam agens, neque debilis iterum ad que-  
cumque concupisset, cum robusta illi adesset

etas, corpūsque à natura validum. Circā Italiam vero centum & viginti millia hominum tenuit recens sub eo militare, quibus ingenia munera, agros plurimos contulit. Parati quoque in Urbe Cornelij decies mille aderant, & alter eiusdem factionis seditionis globus benevolus illi, ceteris tremendus, atque formidabilis. His fiduciam eorum que egissent, in Sylla statuentes, salutem etiam propriam in eo collocarant. Ceterum mihi videtur Sylla bellorum, principatus, acciuitatis satietatem nactus, vocacionem duntaxat & feritatem appetisse. Quo deficiente, Romani subito à tyrannide cadęque liberati, paucitatem ad seditiones nouas defluxere. Nam cum Consules creauissent Caio Catulum Syllanarum partium, Lepidum vero Aemilium aduersarum, ad inuicem hostes, & quò subito inter se contendenter, certum erat malum aliud à primo sumpturum ortum. Ferunt Syllam, cum in agris esset, demonem quendam per somnium a spexit, seq̄ub illo vocari existimauisse. Quod somnum cum amicis mane reulisset, summa celeritate testamentum conscripsisse, insequentique nob̄te ob signato eo, cum febris accessisset, sexagesimo exacto anno è vita decessisse. Fuit autem ad omnia felicissimus usque in finem: & quemadmodum cognominatus est, sic felix habitus

bitus: tantum profferitatis, quantum concus  
pierat, affecutus: Et statim quidem post eum  
sedatio in Sorbe emicuit, cum nonnulli corpus  
eius per Italiam pompa in modum ferendum  
dicerent, deinde Sorbi illatum, firi in medio pu-  
blice humandam, Lepidus vero Ego qui circa  
illum erant, aduersarentur. Vicere demum Ca-  
tulus, Ego ceteri Syllana factionis comites: cor-  
pusque per Italiam in Sorbem lectica aurea  
regnum in morem illatum est. Tibicinum copia,  
Equitumque ac ceterorum multitudine prae*gredie*  
batur. Post hos milites omni ex parte, Ego ad  
pompa instructi armis accurrebant, Ego vero  
quisque accesserat, protinus in ordinem refe-  
rebatur. Verum multitudo tam ingens qua-  
lis nullo cinquam in opere visa fuerat, accessit.  
Pracedebant signa securésque quibus Dictator  
cum esset celebratur. Hunc in modum insigni  
pompa, magno apparatu in Sorbem defertur.  
Corona ex auro ad duūm millium numūm, ple-  
resque summa cura fabricata, Urbium dona, ac  
legionum sub eo militantium ab amicis sigile  
latim firebantur, aliaque ad sepulchri decus ad-  
ditæ, quorum splendorem eloqui nemo posset.  
Corpus denique currente exercitu Sacer-  
dores sacraeque Virgines per vicces detulerere. Se-  
natus item reliquias magistratus, cum sexil-  
lis eorum sequebantur, alio deinde ornatio  
Equitum turba exercitusque omnis per partes

divisus, qui sub ipso fuerat, Magno demum studio unusquisque ad ferendum accurrit. Sevilla aurea argenteis preferentes armis, quibus ad pompas nunc etiam stutur. Tubarum infinitus fuit numerus, quarum multitudine per partes grauiorem tristemque emittebat sonum. Vox laudantium prima Senatus erat, deinde Equitum, postremo exercitus, populiq; uniuersi: ex quibus nonnulli Syllam exoptantes, quidam formidantes, tunc autem exercitum, extinctiq; corpus circumsteterat. Cum enim ad magnitudinem gestarum rerum, defunctiq; memoriam flexissent animum, que vir ille per egisset, obstupebant, fatebanturq; eundem omnibus hostibus suis longe feliciorum, defunctum quoque illis formidabiliorem existisse. Verum cum ad tribunal, ubi concionarios fuit in foro delatum esset, funebrem orationem in primis edidit, qui ea tempestate fuit eloquentissimus: quum Faustus Sylla filius adolescens adhuc esset. Lecticam subiere potentiores ex Senatu omni, iudemq; campo Martio intulere, quo in leco reges duntaxat humari consueverant. Equites uniuersi quoque exercitus circum pyram excurrerit. Et hic Sylla finis. A funere deinde redeuntes Consules, verbis statim inter se, calumniisque dissidere, queque ad urbem pertinebant, suiscom parters caperunt. Lepidus quidem Italis subblandiens, agros, quos

quos illis ademisset Sylla, reddi deposcebat. Amborum odia veritus Senatus, iureinran-  
do eos adstrinxit ne armis inuicem contende-  
rent. Lepidus Gallā sortitus, qua supra Al-  
pes loca est, ad comitia minime descendit, Et-  
pote quis bellum in sequenti anno, multo iuris-  
iurandi timore habito, in Syllanos esset gestu-  
rus. Videbantur enim intra magistratus sus  
annum fidem praeftissē. Cum que cogitasset,  
minime laseret, à Senatu accersitus est, nec ille  
quamobrem vocaretur ignarus. Uniusculo cum  
exercitu profectus, quasi cum eo urbem ingress  
furus, proibitus subinde, ad arma per praeconem  
omnes conuocat. Ex aduerso Catulca bellū  
viciſſim praecoris voce denunciat. Post modi-  
cum prelio ante campum Martium inito, ab  
ebrisque sioperatus est Lepidus nec vultum il-  
li aduersatus, in Sardiniam emigravit, quo  
in loco distillationis morbo correptus, cessit ē vi-  
ta. Praetor eius paulatim ceteris insultans per  
partes destitutus. Quicquid residus roboris ex  
optimis fuerat. Perpenna ad Sertorium in Ibe-  
riam deduxit. Residuum quippe Syllanorum  
operum, Sertoriū bellum fuit, per octo, nec faci-  
le gestum annos, neq; insimul Romanis nō tan-  
quam in Iberos, sed ad inuicem pugnātibus cō-  
tra Sertoriū, qui Iberia, Et praeſum est im-  
perstebat. Nā cum Carbōs depugnaret Sylla,  
Sertorius Successam urbē per inducas recepit.

Fugiens deinde ad prætoriam profectus est, exercitumque ab Italia deducens, alterumque ex Iberis in Enum congregans, prætoribus quæ ante illum fuerant, prouinciam inire prohibenteribus, quo Sylla obsequerentur, ex Iberia eos expulit, ac in Metellum, qui à Sylla missus fuerat, egregie bellum gessit. Promptus quippe ad audenda omnia Sertorius, Senatum ex amicis, qui sùa aderant, usque ad trecentum elegit numerum, quem vere Romanorum in alterius ludibrium asseuerabat. Sylla defuneto, ac Lepido, deinde post Syllam exercitum alterum Itzlorum agens Sertorius, quem Perpenna Lepidi Prætor ad illum duxerat, opinionem facile præstisit quasi in Italiam bellum esset traducturus: nisi quod id veritus Senatus, exercitum, ducentumque alium post primum in Iberiam Pompeium misit, qui illi obsteret, adolescentem adhuc, verum fama illustrem ob ea qua in Libya, & in ipsa Italia sub Sylla gesserat. Is igitur ad Alpes penetrandas magno animo profectus, non per Hannibal's illud memoratum iter, verum haud longe à Rhodani atque Eridansi fontibus iter cepit, que ambo flumina paruo inter se spatio caput exerunt. Ex his alter per Celtas quæ super Alpes incolunt, in Tyrrhenum mare diffunditur, alter vero intra Alpes supra Ionium sinum elapsus, pro Eridano. Padi nomen assunit. Accedente in Iberiam

Pom

Pompeo, Sertorises exercitum omnem pabulum  
tum educens, impedimenta eius ac seruos in-  
uasit, & ad Laurum Srbem ingruente Pompeo Srbem diripuit funditusq; dissecit. Ex ob-  
sidione interim muliere deprehensa, cum mi-  
les digitis per obscaenam adhibitis in illam con-  
uiciaretur, oculos sibi eruit. Qua re percepta  
Sertorius passionem eius miseratus, cohortem  
omnem ad similia infamem atque arrogatem,  
quanquam ex Romanis constaret, interfecit.  
Ac tunc quidem insurgente hyeme inter se de-  
uisi sunt. Cum autem ver instaret, ad inuicem  
congregari perirent, Metellus scilicet, ac Pompeius ex Pyrenaeis montibus, inter quos hyber-  
na egerant: Sertorius & Perpenna ex Lusita-  
nia, ac simul iuxta Srbem, que Surium appellatur, congressi tonitru horrendo concutiente  
aera, fulguribus in immensum coruscantibus,  
qui armis experti erant, nullo timore perfe-  
re bellum, plurimamq; cadem edidere, quoad  
Metellus Perpenam repulit, exercitumq; eius  
diripuit. Eo in p[ro]elio Sertorius P[re]opeium vicit.  
Pompeius non sine periculo femur telo saucius  
enaserit, & his finis pugna inter hostesque fuit.  
Ceruam habuit Sertorius candidam admodum,  
atque mansuetam, quam cum forte amississet,  
infelicitatis signum arbitratus per maxime an-  
gebatur animo, nec in aciem prodibat, ceruam  
ab hostibus interceptam autumans, qua eos

lo 4 illud

illudere solebat. Cum deinde inopine apparuisset, cursuque ad eum contendisset, subito in hostes quasi ab ea excitus defertur pralijsq; leuisbus ſuis eft. Non multo deinde pugnam ingentem circa Saguntum à meridie in noctem protulit, in qua equeſtri prelio Pompeium superauit, hoſtium ad ſex millia interfecit, media eorum parte deleta. Metellus ex Perpenna exercitu ad quinque millia neci dedit. Sertorius poſtridie ab ea pugna ingenti barbarorum collecta manu, inopine Metelli exercitum aggreditur, cum iam ſol ad occafum vergeret. Veluti caſtra aduersus eum magno animo eſſet poſturus. Accurrente deinde Pompeio, ab incepto deſtitut. His aſtatis temporibus ab eſtrisque geſtis, ad hyberna diuertere iterum. In ſequenti anno, ſexta & ſeptuagesima ſupra centesimam olympiade, dua ex federibus nationes Romanis acceſſere, Bithynia, Nicomedę eam relinquentे, & Cyrene Ptolemeo Lagi qui Appion dicebatur, teſtamento ſo- ciiffim eam tradente Romanis. Econuerſo hoſtes insurrexere Romanis prapotentes. Sertorius circa Iberiam, & Mithridates ad orientem, piratis maria omnia infestantibus, & circa Cretem bellum aliud à Cretensibus, gladiatorijs etiam pralijs per Italiam vehemen- ter ſubitōque emergentibus. Diuifigitur in- ter tam ingentes res, aliae in Iberiam duas emife

emisere legiones, cum quibus ceteris adiunctis  
 Metellus iterum ac Pompeius ab Pyrenaeis  
 montibus in Iberiam venire. His Sertorius, ac  
 Perpenna à Lusitanis occurserunt. Et tunc qui-  
 dem mules à Sertorio ad Metellum transfugè  
 re, quorum causa turbatus Sertorius, crudeli-  
 ter barbarique in plerosque debacchatu, odio  
 baberis cœpit. Huius rei præcipua exercitus can-  
 sa fuit, quod is custodes à Celtiberis vindique-  
 accinuerat, et Romanis à corpore amotis, ce-  
 rum loco exteris se considerat. Non enim mil-  
 ites aquo animo perferre poterant, se infidelitas-  
 tes ab eo argiri, quamquam sub Romanorum  
 bofle militarent: quinimo id eos vehementius  
 angebat, cum insidiis erga patriam ob illum ha-  
 berentur, nunc suspectos ab eo haberi, nec qui  
 in fide permanissent, à transfigis dignoscipos-  
 se. Multa præterea Celtiberi in eos insurgentes,  
 contumeliosè et iniustis obiectabant. Verunta-  
 men ij Sertorium non omnino simul omnes re-  
 liquere ob eius crudelitatem, atque prastantiam,  
 non enim fuit alter viro illo bellicosior, atque  
 fortunatior. Quia ex causa Celtiberi illum ob-  
 agendorum promptitudinem Hannibalem sole-  
 bant appellare, quem audacissimum et astu-  
 tiissimum ducem apud eos fuisse noverant. In  
 hunc igitur modum exercitus erga Sertorium  
 sese habuit. Urbes interim plurimas eius, qui  
 sibi cum Metello versabatur, assidue infesta-  
 bant,

bant, ciuēsque ad deditōnem impellebāt. Cum  
Pompeius Palantium obsideret urbem, ac mœ-  
nia lignorum truncis vndique appendisset, ag-  
gressus eam Sertorius ab obsidione repulit. Ve-  
rū praeueniens Pompeius mœnia succendit  
igne, deinde ad Metellum rediit. Sertorius re-  
stitutis que corruerant mœniis, ad eos qui  
circa Calagyrā castra habebant delatus, ad  
tria millia interfecit. Hac sunt qua eo anno in  
Iberia dicuntur gesta. Sequenti anno imperato-  
res Romanorum summa si magis solito confi-  
si, ciuitates que à Sertorio tenebant inua-  
dunt, & plerasq; ex illis sibi vendicarunt. Ce-  
teras etiam aggredi cōperunt, dolo confisi; &  
insidijs, non enim totis viribus inuicem conue-  
nerant. Verum iterum & que ad insequentem  
annum ipsi denuò urbes maiori animo invase-  
runt. Sertorius aduersante iam fortuna, bellis-  
carum rerum laborem vtero deposuerat, pluri-  
mumque inter delicias, mulieres, conniuia, po-  
tusq; versabatur. Qua ex re assidue cum vincere  
contigit: & ob id ad summam delatus iracun-  
diā, ob suspicione svarias, acerbitasque pu-  
niendi, ad vniuersa dubitabat adeo, Et Perpen-  
na, quis ex Aemiliana seditione fronte ad eum  
magnis cum copijs accesserat timore ductus,  
decem duntaxat frettus comitatu, insidias in  
eum strueret: ex quibus nonnulli indicio depre-  
bensi, supplicio affectisunt, quidam fuga sibi  
consul

consuluerit. Perpenna præter opinionem delitescens, magis adhuc facinus accelerare satzagabat, & Sertorium custodes à se nusquam dismittentem, in conuicuum sècum vocat. Eo in loco cum astantium turba vino granis minus custodia intenta esset, Sertorium obtruncat. Exercitus quidem in Perpennam sìatim insurrexit, ira concitus, ac tumultu benevolentia quoque pro odio in ducem cōmutauit. Et omnes furore quodam in eos commoti sint, qui illum occidissent: Cùm enim is cuius causa nonnunquam tristabantur, è medio cessisset, ad virtutis propriæ memoriam cum misericordia pietateque reuertebantur. Ac tunc quidem quæ præsentia illis aderant mente cogitantes, Perpennam veluti priuatum quendam contemnebant. Porro Sertorij virtutem sunicam eorum salutem fuisse rati, haud facile in Perpennam coniūciebant oculos. Nec ipsi duntaxat, verum barbari fere omnes, Lusitanique quorum opera Sertorius præcipue in bello Iesus fuerat. Cū verò testamenti referatis tabulis, Perpenna à Sertorio hares institutus perleclus est, amplius cunctorum odia in eum exarsere, quasi non inducem duntaxat aut Prætorem, verum inamicum ac benefactorem ab eo sauitum offet. Nec à Sindicta cohibuissent manus, nisi quod ad eos configiens Perpenna, nonnullos donis, alios pollicitationibus sibi asciscebatur,

pler

plerosque etiam metu cohibebat. Erant quos ad terrorem aliorum sibi adiungeret. In hunc modum igitur turba se subjiciens, adulassione in omnes fecerat. Nam eorum captivos, quos Sertorius carcere addixerat, liberari suscit. Iberis præterea obſides restituit: quibus inductis, illi & imperatoris obsequebatur, parebantque. Hic enim illi post Sertorium honos habitus, qui tamen non sine odio & inimicitia demum cogit. Nam cum supplicijs oblectaretur, crudelis tandem haberi capiebat. Tres quippe ex illustribus Romanos ad eum fugientes, fratrisq; filii interemit. Iam igitur Metellus ad alteram Iberia partem secesserat. Non enim illi difficile visum est Perpennam à Pompeio solo posse debellari. Per nonnullos interim dies leuisbus inter se pralij Pompeius Perpennaque eorum viri res experti sunt. Decima tandem die omnibus copijs in unum conuenerunt, veluti de tota bello mole discrimen subiuris: quo in pralio Pompeius Perpenna disciplinam facile contempserit. Nam cum is de exercitu suo fide haud parum dubitaret, ab omni apparatu statim excidit. Subito itaq; Pompeius in eum inuestitus, nec duce perferente, nec repugnante exercitu, illum superauit. Fuga nempe ab omnibus simul facta, Perpenna sub cespite quodam latuit, domesticos magis, quam externos reformidans hostes. Intercipientes itaque illum quidam ex equitibus

tibus ad Pompeium attrahebant, cabernis  
suorum agitatum, & elus Sertorium dominum:  
acclamantem quoque multa se Pompeio dicitu-  
rum fore ex his que à sedetosis Roma gere-  
bantur. Id autem scilicet verè diceret, siue & sal-  
vius duceretur ad eum fingeret, priusquam ad  
conspicuum eius accessisset, Pompejus rufus in-  
teremptus est, veriti fortasse ne quid inexper-  
tatum ederet, alteriusque malo principium  
gigneret in forbe, quod perspicienter Pompeium  
visus est egisse: summamque illi prostremò lae-  
dem & gloriam attulit. Hic igitur Iberici  
belli finis, & Sertorij morte simul fuit, quod nec  
tam subito aut facile Sertorio adhuc vinente  
gestum esset. Eadem tempestate circa Italiam  
gladiator quidam ex his qui in Caspiis ad spe-  
ctacula aluntur, Spartacus nomine, natione  
Thrax, qui aliquando cum Romanis merue-  
rat, & in custodia ac gladiatorijs spectaculis  
affruabatur, tantum animi assumptissime visus  
est, & septuaginta viris comitatus, pro liber-  
tate potius illos certare persuaserit, quam in  
spectaculis pericula subire. Itaque per vim re-  
pulsiis his qui custodia praerant, fugi abiit, ac  
plerisque ex viatoribus lignis ensibusq; muni-  
tis in Vesubium montem ascendit. Eo in loco  
multos ex fugitiis seruos, quosdam etiam ex  
agris liberos in vicinum congregans, qua propin-  
quiora aderant depopulabatur loca, suppresso-  
res

res habens Enomaum ac Crissum gladiatores. Itaque cum predas ex aquo partiretur, magna confestim multitudo ad eum confluxerat. Ad quem oppugnandum primus Varinus Glabrus missus est, post illum Publius Valerius, non legitimum adducens exercitum, venum ex celeritate & itinere collectum. non enim deinceps Romani belli alterius motum, nec à predatoribus simile futurum expectabant. Cum ad pugnam ventum esset, Romani superantur. Spartacus Variniū equum ense con fudit parūmque absuit Romanorum ducem à gladiatore captiuum duci: Post hoc praelium longe maiores copia ad Spartacum sordique aduenere: & iam ad septuaginta virorum millia in exercitu habebat, & arma dicem fabricabat, & apparatus deligebat. Qui autem Roma aderant, Consules cum duabus legionibus emisere. Quibus se obiciens Crissus triginta millibus stipatus, circa Gargarum montem, ab Etrisque superatur, ac duabus exercitus partibus amissis, sed & ipse concidit. Spartacum per Apennium montem ad Alpes, & deinde ad Celtas properantem alter consulum adeptus, à fuga prohibuit. Altero deinde inseguenter cum ad Etrisque se converteret, per partes Sutorum evasit: ac illi quidem cum tumultu ab ea discessere. Spartacus trecentos ex Romanis captivos Crisso immolauit, ac centum Vigintis milie

millibus pedium Romanorum circumseptuo,  
ad Sorbem properabat, que iniuria armrum  
supererant, igne comburens, & captiuos sumi-  
versos nec dedens, ac super eos curruum iumenta  
consciens, quo leuisse incederet. Transfugis  
plurimis ad eam venientibus, neminem admis-  
sit. Consolibus iterum circa Picenum illi occu-  
rentibus, alia insignis pugna editur: & tunc  
quoque ingens peracta Romanorum cades. At  
ille recta ad Sorbem pergere non ausus, cum nec  
a qualem se ciubus in bello crederet, nec exer-  
citu omnem militaribus instructum armis  
ducere ( nulla quippe ciuitas cum illo conspira-  
uerat, sed feroci duxit atque fugitiis, & con-  
fusa turba illum sequebantur ) Versus Thuriū  
ad montes se convertit, Thuriūmque recepit.  
Aurum porro & argentum negotiatores in-  
ferre prohibuit, aut illud possidere. as solum, ac  
ferrum mediocri pretio emebant, & importan-  
tes humane pertractabant. Qua ex re mae-  
tiam abunde naeli, egregia arma confecerant,  
& plerunque ad predas discurrebant. Roma-  
nis iterum ad manus venientibus, Grecos  
tunc quidem evasere, ac multam prede confe-  
ciuti, retro abierte. Tertius iam annus elapsus  
erat, & Romanis horrendum iam adhuc erat  
bellum, quod a principio Sclavi gladiatorium con-  
siperant. Propositæ nouorū Consulū electione,  
super omnes detinebat, nec quisquam ad peten-  
dum

dum descendebat, quoad Licinius Crassus generere atque opibus longe pollens inter Romanos imperium suscepit, & sex alijs legionsbas ad Spartacum contendit. Cum applicuisse, quo Consulum duorum fuere, copias recepit, ex quibus iacta forte veluti de sape Victis partem decimauit. Quidam non ita existimant, sed cum imperatoris iterum insurrexisset, ex omnibus Victis decimum quenque ex sorte delegisse. & ad quatuor millia interemisse, cum ob multitudinem haud multum indigret. Vtrum istorum factum sit, terribilis certe ipsi ob hostium Victoriam apparuit. Nam cunctis ad decem millia, que cum Spartaco bona miliebant, euia est, & duas eorum partes interficiens, ad Spartacum propius magno animo accessit: quem tandem illustri pugna superatum fragientemque ad mare persecutus est, cum in Siciliam per naues transire properaret. Illum igitur adeptus, fossa circunsepsit, & mœnibus Valloque continuuit. Cum per vim ad Samnites excurrere tentaret, Crassus ad sex millia circa solis ortum interemisit, totidemque alios circa occasum, tribus ex Romano exercitu duntaxat imperfectis, septem Vulneratis. tanta subito ob supplicium ad Victoriam inclinatio facta est. Spartacus equitibus ad eum absunde confluenzis adhuc perfans, non amplius ad pugnam omnibus cum copijs prodibns. Multum autem sibi

sibi circumfidentes infestabat per partes, continue subitoq; incumbens, faces etiā igne corruptas in fossam demittens, Gallū incendebat, & laborem illis multo difficultiorem afferebat. Captiuum præterea ex Romanis campi in me-  
dio suspendit, proprijs militibus aspectū ante-  
ponens quem victi essent passuri. Romans in-  
teriorim qui in Corbe morabantur, obſidionem in-  
telligentes, cum turpe ducerent gladiatorium  
bellum in tam longum deferri tempus, diffi-  
cultate eius cognita, Pompeium ex Iberia nu-  
per redeuntem, ad curam eius rei delegere. Ob  
hanc electionē veritus Crassus ne gloriā huīus  
bells Pompeius sibi ascisceret, summa festina-  
tione in Spartacum dedit. Spartacus Pom-  
peium præuenire studens, Crassum cum eo ad  
fiēdes innocat: Verum ab illo repulsus, pericu-  
lum subire statuit. Assidentibus igitur equiti-  
bus magno conatu cū omnibus copijs Gallum  
exuperat, ac Brundusio verba celerifuga seſe  
proripit, Crasso continue bestigia eius insequē-  
te. Cum vero relatiū effet Lucullum ex Mithris  
idatica Victoria reversum Brundusiu venisse,  
desperatis omnibus, magnis copijs cum Crasso  
congreditur. Exorta pugna longa quidem ac  
difficili, Geluti in deferratione tot millium in  
vnum coeuntium, Spartaco femur telo transfi-  
gitur, quo vulnere prolapſus in genu concidist,  
ubiq; clypeo insurgentes repellebat, depu-  
gnab

gnabatq; donec ipse cateraq; multitudo in circuitu esses oppressa est. Reliquum exercitus nullo ordine, Et in turba, cōcīsum, sic sit cades sine numero ederetur. Ex Romanis mille desiderati, Spartacus ipse defunctus, nusquam iuuentus. Multitudo ex his ingens extra pralium in montibus secesserat. ad quos Crassus profectus est. Illi in quaāraginta acies diuisi depugnabant, donec omnes interfeciēti cum ceteris occubuerent, sex milibus exceptis, qui capti in crucibus sublati sunt per iter quod à Capua Romā usq; protenditur. Hac Crassus sex mēsibus operatus particeps potissimū omni ex parte Pompeiana vīsus est gloria: neq; exercitum deponi re voluit, quia nec idem Pompeius videtur facturæ: amboq; ad consulatum petēdum descenderunt. Hic quidē iam pratura functioe suxta Sylla legem, Pompeius verò neq; pratu ram neque quaesturam Cīpiam adeptus, anno etatis quarto ē trigesimo. multa tribunis secundum veterem morē velle concedere est pollicites. Cōsules itaq; electi, nec exercitus urbi propinquos demisere, occasionem sibi quisque vendicantes. Pompeius quidem ad Ibericum triumphum Metellum redcuntem opperiri se aiebat: Crassus Pompeiū prius dissoluere opere dicebat. Populus igitur dissensionem iam inde emergentem intuens, ac duos exercitus sibi assidentes reformidans, consilium in foro sed. ne

sedentem orare cœpit, Et ambos inter se consilaret. Quod primum vterq; eorum renuit. Ariolis deinde quibusdam multis ac dira cominantis nō inter se conuenirent, populus iterum cum gemitu & rosq; deprecatus est, de quo Sylla ac Marij erumnes afferentes. Quibus ex rebus commotus Crassus, prior ē sōlio descendit, & ad Pompeiū profectus, manū illis, & vni conciliaretur, exhibuit. Is autem subito assurgens ad illum accurrit, seq; innarem complexi sunt. Laudes itaq; multiplices illis reddita: neque populus prius ē concione discesseret, quam Consules exercitus deponere velle scripsere. Sic contentio qua in maius excrescere cunctorum opinione putabatur, feliciter dissipata est, annum circa sexagesimum ciuilium bellorum, maxime à Tiberij Gracchis interitu.

## APPIANI ALEXANDRINI DE CIVIL. ROM. BEL. LIS LIBER II.



OST Syllē monarchiam, & quacunque à Sertorio ac Perpenna in Iberia gestasunt, alia denuo ciuilia Romanis insurrexere bella, quousq; Caius Caesar, Pōpetiusq; magnus adiūtū uicem

uicem armis & si Pompeiusq; à Casare superatus est, Casare verò in Senatu nonnulli regno aspirantem interemere. Haec igitur quemadmodum acta sint, & Pompeius ac Casar demum interierint, hoc secundo ciuium bellorum libro describemus. Pompeius depurgato prius à piratis mari, qui vndeque omnia deprababantur, Mithridatem Ponti regem debellauit, regnum quoq; eius, ac reliquas illi parentes nationes ad orientem usque sibi subdidit. Erat autem adolescens adhuc Casar, verum discendi & agendi promptitudine lange clarissimus. & qui vniuersa auderet atq; speraret, ad ambitionem supra modum profusus & ardens, & pote qui adiustatem & praturam alieno meruisset: felicitate etiam quadam gratius multitudini, qua ut plurimum liberales continebat ac diligit. Lucius autem Catilina gloria & generis splendore praecellens, temeritate notissimus, adolescentem filium ob Aureliam Orestilla amorem interfecisse dicitur, cum mulier superstite filio nuptiis eius recusaret. Is Sylle familiaris olim, et amicus seditione plenus, tyrannidis illius imitator fuit: ex ambitione pariter ad inopiam redactus, cum à potentiibus quibusdam viris mulieribusq; obseruaretur, ad consulatum petendum accesserat, quasi ab illo ad tyrannidem paratus aditum. sed cum eligi se cito sperauisset, ob huiusmodi suspicione

ffisionem repulsus est, & Ciceroni consulatus eius loco delegatur. Viro præcipua eloquentia, & oratorijs artibus ornato. Ob id Catilina eos improbans, à quibus consul esset designatus, in ignobilitatem Ciceronis inuestitus, nouū hominem Ciceronem appellat, sic enim eos qui à seipso nulla maiorum dignitate claruere, Romani solent nominare. Hospitalitatem præterea verbis irridens, inquinatum eum nominat, quo verbo dicuntur hi qui alienas ades incolunt. Ipse Verò hac ex causa Rempublicam ferè omnē penitus euertit, ita ut minimè ad monachiam aut magnum aliquid emergeret. Verū litibus repletetur, & inuidia. Pecunias quippe à plerisq; mulieribus vndiq; cōquirens, qua viros ipso in tumultu occisum iri putauerant, cum nonnullis Senatorij ordinis Equitibusq; iureiurando conuenit. Induxit & populares quosdam, & hospites, & seruos: quorum pri-mores fuere Cornelius Lentulus, & Cethegus. erant enim hi ea tempestate prætores in Urbe. Per Italiam Verò quosdā ex Syllanis demisit, qui cōmoda per vim parta consumpsissent, similia autem exoptarent, ex Fesulis scilicet & Tyrrhenijs C. Manlium, ex Picenis & Apulia alios qui exercitum secrè compararent. Quæ omnia cum occulta adhuc essent & incognita, Fulvia parum pudica mulier Ciceroni indicat. Huius amator Quintus Curius fuit.

Vir ob probrum consulatu amotus, & ob id consiliorum Catilina particeps, leuis admodum, & ambitiosus: ad mulierem omnia detulerat, & velati potentiam statim habiturus, eorum quae in Italia agitabantur, mentionem fecerat. His perceptis Cicero civitatem per intervalla praesidijs munit, & ex illustribus plures emittit, qui ad suspectiora quoq; intenti prasiderent. Catilina nemine eum suscipere audente, ob diligentem sondiq; candelam suspicione exterressus, & in celeritate spem apponens pecunias. Fesulas mittit. Apposito insuper cum coniunctis ordine, ut Ciceronem interficeret, sorbens per intervalla nocte incenderent, ad Castrum Manlium quasi alium paraturus exercitum sese proripit, & sequente orbis incendio promptius accurreret. Eo in loco fasces & securis veluti proconsul leviter admodum præse tulit, & ad Manlium profectiss delectus habere caput. Lentulo, & coniuratis tempore patranda rei adesse visum, cum Catilina ad Manlium venisset. Lentulus igitur ipsum, & Cethegum circa auroram ad Ciceronis domum exsibus veste connectis insidias struere iubet: ingressos deinde ob dignitatem, sermone longum deducto, inter ambulandum, Ciceronem a ceteris senatum interficere: Lucio & Verdi bestiis Trobiensium plebis concionando subinde adire.

aduocare palamq; de Ciceronie conqueri, qui  
asiduè bellū quereret, Urbem nulla ex causa  
in descrimē poncret. Post Sestij orationē nocte  
in sequenti reliquiss ex coniuratis duodecim in  
locis Urbem incendere, pradari omnia, optimos  
quosq; interimere. Sic enim Lentulo, Cethego,  
Statilio, & Sestio, ceterisq; coniurationis pri-  
moribus agendum videbatur, tempusq; ad ea  
opperiebatur. Legati Allobrogum, eorum pra-  
tores apud Senatū accusaturi Romā Generat,  
Galliam quoq; ad bellum concitare cum Len-  
tulo ceterisq; Senā cōfenserant. Hos Lentulus  
ad Catilinā ire inbet, & cum his Vulturtium  
Crotoniatem emittit, qui literas sine nomine  
ad eum deferat. Legati ob id ipsum ambigētes  
rem Fabio Sanga annuntiant. Erat autem is  
Allobrogum patronus in Urbe, & ceteris po-  
populis olim Roma adesse mos fuit. Ab hoc Cice-  
ro certior factus, legatos Urbe discedentes, &  
cum his Vulturtium intercepit, eosq; in Sena-  
tum subito inducit. hi quæ à Lentulo andierant,  
Senatus referunt. Inducti porrò addidere Len-  
tulum se per numero illis affirmasse, tres è Cor-  
neliorū familia Romanis futuros principes. ex  
his Cinnā & Sylla prius extitisse, se tertium  
Sibyllinis libris declarari. Quibus cognitis, Se-  
natus Lentulum dignitate spoliavit. Cicero  
enī quinq; separatim in praetorem custodia

i 4 depon

deponit. Ipse in Senatum reuersus, sententiam de omnibus exquirit: ac statim in Senatu tumultus oritur. Nec enim eorum que ferebantur, manifestè adhuc patebat timor. Lentuli preterea ac Cethegi seruis libertiq; magna opificia manu in unum comparata, pratorum domos diverso itinere inuaserant, eorumq; dominos per quin liberare conabantur. Quare percepta, Cicero è Senatu egreditur, & opportunis praesidijs ubiq; appositis, iterum in Senatum, ut sententia exquireret, accurrit. Syllanus consul designatus, primus ut sententia efferret, à consule rogari cœperat. Quippe Romanis consul prefaturus, merito in primis dicturus videbatur, et ut puto, multa ex his que decreta essent executioni maturares. & ob id maturius liberiusq; singula animaduersus. Consulente itaq; coconiuratos ultimo supplicio afficiēdos esse, multis assensu sunt, ad Neronem quoq; delata sententia. Nero interim eos custodiri, donec Catilinam bello superassent, & rem diligenter certiusq; animaduertissent, aquius censebat esse. Casus autem Caesar cum suspicionem minime purgaret, ne consurationis particeps videretur esse, Cicerone neutiquam fidente, si ad hunc in primis popularem seditionemq; sententiam afferrent, hos viros per municipia qua Cicero elegisset, distribuendos esse censuit, donec superato Catilina in iudicium accersiretur: neq; quid

quid dirum aut intolerabile in primores viros  
 praterius equumq; esse statuendum. Eius sen-  
 tentia cum iusta apparisset, & à plerisque  
 admitteretur, multoq; haud prudenter in eam  
 inclinarent, Cato suffisionem qua in Cesare la-  
 tebat, graui luculentiaq; oratione pronuntias.  
 Veritus itaque Cicero, ne instantे nocte ali-  
 qua coniuratorum manus in foro exurgeret,  
 ac pro illis, pariter & serpso sollicitus, ne quid  
 dirum aut fædum molerentur, Catilinus esse ra-  
 tus, cum Senatus in curia adhuc esset, celers-  
 ter nullo iudicio rem conficere, nonumquenque  
 ex coniuratis in carcерem deduci imperat: ibi-  
 demq; multitudine inscia supplicio affecit.  
 Post bac in forum delatus, palam eos interisse  
 significauit. Caseri metu territi, ac sibi ipsi pre-  
 cauentes, hinc inde dislabantur: eoque modo ci-  
 uitas à trepidatione, qua cunctis eadem die  
 potissimum infliterat, paulisper respirauit. Ca-  
 tilinam deinde ad Viginti hominum millia in  
 unum adducentem, quorum quarta ferè pars  
 armis instruta fuerat, & in Gallia quo de-  
 lectus novos appararet properantem, Anto-  
 nius consul alter sub ipsis Alpium radicibus  
 nullo ferè negotio naclios superauit. Virum te-  
 merarium tam crudele opus mente cogitan-  
 tem, & ad rei experimentum multo magis te-  
 merè apparatu ferè nullo prodeuntem: quan-  
 quam nec ipse Catilina, aut quisquam ex his  
 i s qui

qui illustriores affuerent, fuga saluti sua consumuerint, sed in hostes prouentes, pariter in pugna confosci sint. Catilina itaque seditio, cuius causa parum absuit universam ferè virbem ad extremum deduci exitium. Ciceronis consilio in hunc modum dissoluta est. Ciceron quanquam dicendi potestate clarus haberetur, tum vel maxime ob insigne facinna omnium ferè versabatur in ore. Et saluator tunc quidem pereuntis patria Vixus est extitisse. Gratia itaque immensa ab omnibus ille habita. Variæ que laudationes. nam Cato patrem patria illum appellauit: quod decus nominis subinde à populo confirmatum est. Ea ex cunsa à nonnullis creditum est huiusmodi appellationem à Cicerone sumpsisse initium, ac sub inde ad imperatores qui digni habebantur, paulatim defluxisse. Nec enim omnibus quanquam regno praesidentibus, à principio statim cum ceteris appellationibus id monen inditum, verum procedente tempore vix maximis adhuc in testimonium virtutis accessit. Caesar deinde in Iberiam delectus prator, cum in his que Sicilia Vixa fuerant Roma sperneretur, magnamque facultatem partem ob ambitum are alieno denunciasset, huismodi verbis usus dicitur: Bis millies Et quingenties centena millia sibi adesse oportere. Et nihil haberet. Compositus igitur

tur his, à quibus petebatur, ut melius licuit, in Iberiam delatus, neque in ciuitatibus ius dicere, diem se adhibere ad causas, aut his similia agere sustinuit. Seluti qui nihil operapretium in huiusmodi rebus esse crederet: Verum exercitu in unum comparato, ceteros Iberorum populos per partes aggressos, regionem omnem ex tributo Romanis obnoxiam parere voluit: magnam quoque pecuniarum sum per Quintum questorem Romam misit. Cuius rei causacum ei triumphus à Senatu decreitus esset, pompa apparatum quam splendidissimum in suburbanis Roma iubet instrui. Iisdem forte diebus creandorum consulum comitia Romae parabantur, neceſſe que erat petitorem sna adesse. Ingredients Verò neutquam ad triumphum licebat redire. Caesar ad consulatum potissimum aspiras, nondum triumphi apparatu edito, ad Senatum destinat, roget ut absenti per amicos consulatum petere liceat. Eius rei licentia praeter legem alijs nunquam concessa fuerat. Contradicente autem Catone, & diem ad petendum destinatam verbis deducente, Caesar spreto triumpho, ad comitia descendit, & creationem eius dignitatis opperiri caput. Interea Pompeius ob Mithridaticum bellum ad summum gloria & dignitatis enectus, Senatum rogare pergit, ut multa qua regi-  
gibus.

gibis, dynastis, ac cimitatibus idem concessis  
 set, Senatus ex decreto confirmare vellet.  
 Contrà plurimi inuidia accessi in illum, repu-  
 gnabant. Inter hos vel in primis Lucius Lucul-  
 lus fuit, qui ante Pompeium ad id bellum de-  
 legatus, debiliorem ad resistendum Pompei  
 Mithridatem reliquisse se aiebat, eius belli gla-  
 riā sibi sole spectare predicabat. Lucullo Cras-  
 sus pari modo adīstebat. Indignatus itaque  
 Pompeius, affinitatem cum Cesare insre stu-  
 davit, seque in petitione consulatus illi affutu-  
 rum iure invando pollicetur. Is Crassum Pom-  
 peio subinde conciliasset. Summa igitur potesta-  
 te inter se fructi, commoditates adinuscem par-  
 tiri cuperant. Horum igitur consensum uno li-  
 bro reprehendens quidam Tricospitum eos nū-  
 cupauit. Senatus cum de illis suspicaretur, Lu-  
 ciūm Bibulum Cesari aduersum cum eo cōsu-  
 latum administrare iubet: ac subito contentio-  
 nes inter illos, & armorum primiti, appar-  
 atus extitere. Cesār ad dissimulandum promptissi-  
 sumus verba in Senatu habuit, quasi cū Bibule  
 conciliari cuperet: quantum eorum dissensio  
 Reipublica molesta sit, edifferit. Cum ex ani-  
 mo locutum omnes putarent, ac Bibulus nullo  
 apparatu aut custodia in eum steretur, ma-  
 gnā virorum manū clanculum in senū com-  
 parat. Legem deinde seniorum in Senatum  
 defert: Agros in communi partī advenere:

praece

præcipue qui circa Capuam ceteris cultiores  
 & superiores habebantur, patribus dividendos  
 esse, quibus trium liberorum ius adesset, mer-  
 cedem popularis benevolentia iam inde medi-  
 tatus. Quippe ad Viginti hominum milia his  
 perceptis in unum generant, trium libero-  
 rum alimoniam ultra deposcebant. Cum multi  
 sententia eius aduersarentur, simulata indi-  
 gnatione, quasi que iusta & aqua essent, ab  
 illis spernerentur, Senatu egreditur, ac per an-  
 num integrum Senatum alterius conuocari ve-  
 tuit. Cum demum in rostris concionem habuisset,  
 Pompeium, Crassumque subinde de lege in-  
 terrogat. cui illi vicissim assensisunt. Populus  
 contextis armis ad legislationem progressus  
 est. Senatus cum nemo illum conuocasset ( non  
 enim alteri ex consulibus id agere licebat ) ad  
 Bibuli progressus domum, nihil Caesaris poten-  
 tie & apparati aduersum moleri andebat,  
 Bibulum duntaxat huiusmodi legibus sese op-  
 ponere adhortabatur: neque desidie, verum  
 alacritatis opinionem ceteris afferre. Ab  
 hoc persuasus Bibulus, Cesare adhuc concio-  
 nante in forum profilit. Seditione igitur ac tu-  
 multu iniucem coortis, tandem ad vulnera  
 peruentum est. Quidam itaque exertis ensi-  
 bus fasces reliquaq; Bibuli magistratus insi-  
 gnia dilacerat, Tribunū præterea, et qui illum  
 circunsteterant, plagiis aggrediuntur. Bibulus  
 nubis

nihil territus, ingulum ultra nudatum offerebat, amicosque Casaris magno clamore ad id epus hortabatur. Si enim qua susla eis aqua sunt, Casari, aiebat, suadere non possum, scetus omne hoc eis odium moriens ipse in eum reiacto. Ceterum cundem reluctantem, amici in proximum Iouis possessoris templum deferunt. Cato subinde ad eos missus, iuvenis more inter medios progressus est, concionarique inter illos caput, quoad Casaris mandato è loco sublatas, è Senatu educitur. Non multò post alijs itineribus elapsus, ad Tribunaliterum ac cessit, nec solles minus ab incepto deterreri potuit. In Casarem porrò per acerbè inuictas est, donec à Tribunali sublatus effertur, eis leges Casaris mandato sanciuntur, Casar præterea populum quam optimas eas existimare iure irando adegit, Senatumque pariter iurare depositit. Annuentibus multis, cum Cato silens quietusque persisteret, Casar illi, si insurandum recusasset, mortem est committatus, quod à populo p. tri modo confirmationem est. Iurare itaque hi ac nonnulli trepidantes, Tribunique non enim solerint illi obſtare tutum videbatur. Cum ceteri legem approbassent, Veltius vir popularis in medinm enī nudato progrederetur, se à Bibulo, Ciceronēque, ac Catone missum profitetur, quō Casarem, Pompeliumq; interficeret: enī sibi à Posthumio Bibulo licto

Ecclore esse datum. Causa in utrunque partem  
 dubia, Cæsar multitudinem accelerari iubet:  
 in sequentem diem Vetyl disquisitionem re-  
 ferendam censet. Vetus interim carceri in-  
 clusus, ea qua secuta est nocte neci traditur.  
 Cum varie de rei euentu suspicatum esset, Ca-  
 sar nec id se fecisse renuit, afferens eos qui de  
 se formidarent, quoad populares sibi faueret,  
 conspirantibus in cum prabituros opem. Bi-  
 bulus omnibus è manu electis, veluti priuatus  
 quidam reliquo consulatus tempore neuti-  
 quam domo pedem extulit. Cæsar ad Vetyl  
 causam inquirendam, cum Reipublica poten-  
 tiā solus obtineret, leges quasdam protulit,  
 qua in primis populo & multitudini grata  
 videbantur. Alias porro addidit, qua à Pom-  
 peio gesta, et pollicitus fuerat illi comproba-  
 rent. Interea Equites, qui mediam inter popu-  
 lum Senatumque obtinenter dignitatē, ad omnia  
 potentiores ob facultates, Eccligaliūmque &  
 onerum caterorum mercedem, qua à populis  
 penduntur, capientes, multitudine insuper ser-  
 uorum abundantes, iampridem apud Senatum  
 institerant, quo tributorum onera aliqua ex  
 parte leuarentur. Ad quæcum Senatus differ-  
 re videretur, Cæsar nihil Senatu indigens, Ve-  
 rum solo populo confisus, tertiam tributorum  
 partem remittendam esse censuit. Illi ad eo-  
 rum dignitatē in seferata charitatis munus

acce

accessisse gloriانتes. Casarem ad coniuia invitauit. Sic globus alius longe potentior Casari populisq; accessit, huismodi ciuitate additiz, Ipse spectacula, & ferarum venationes edidit, ultra posse in omnes largus, & exuberans: priorum quoque supergressus est magnificientiam apparatu, choreis, ac munerum liberalitate vissus. Quibus ex rebus eundem ad Gallia omnis principatū, que intra Alpes sita est, in quinquennium praetorem statuunt, exercitumq; pro dignitate legionum quatuor illa tribuunt. Temporis igitur spatium, quo absens futurus erat, mente contemplatus, neque minus inuidiam, que quo maiora possidentur, in manus adaugebat, Pompeio filiam connubio adiunxit, Scipione adhuc existente, veritus ne quamquam amicus sibi foret, magnitudini tamen felicitatis eius inuidaret. Audacissimum porro ex seditionis omnibus ad magistratum sequentis annis, ac consulem Aulum Gabnium flatus, amicissimum sibi. Lucij antem Pisonis filiam, qui sive consulatum gesturus videbatur, Calfurniam duxit uxorem, exclamante Cazone Rempublicam nuptiarum lenocinio corrumpi. Tribunos vero declarauit Vatinium, ac Clodsum cognomine Pulchrum, quem turpem quandam infamia notam in mulierum celebritate subiisse notum erat Calfurnia Casaris sororis causa, qua de re nihil à Casare in eū animadves

maduersum fuit, cum populo acceptum esse co-  
 gnouisset: quanquam mulierem à se allegau-  
 rit. Kelisque ob religionem ad impietatem sifq;  
 illum persecuti sunt. Fuitq; inter accusatores  
 orator electus Cicero: nec Casar in testimo-  
 nium vocatus quicquam protulit, verum Tri-  
 bunum tunc quidem ad Ciceronis insidias pa-  
 ravit, cum ille Triumvirorum consensum ad  
 monarchiam aspirantium propalam impro-  
 baret. Sic malore pariter ob utilitatem frui  
 eos contigit, cum inimico benefacere ad alte-  
 riis praefidia evicti sint. Videtur autem Clo-  
 dius gratias velim primis exhibuisse Casari in  
 obtainenda Gallia prouincia. Hac igitur tam  
 ingentia ad Casare adhuc consule peracta sunt:  
 qui priori dignitate deposita, subito ad alte-  
 ram convertit oculos. Interim Clodius Cicero-  
 nem in iudicium vocauit, quod ante senten-  
 tiā à Senatu latam Lentulum Cethegumq;  
 supplicio affecisset. At ille qui ad tam illu-  
 stre facinus summo ingenio visus est vti, salior  
 tamē in iudicio apparuit. nam sordidam in-  
 dutus vestem, flens, squallore & sorde obsi-  
 tuus, ad quosque obvios per anguportus se proster-  
 nens, etiam sibi ignos deprecari non erubuit:  
 Et tam insigne ipsius opus ob indecentiam ad-  
 risum à misericordia deflexerit. ad tantum ti-  
 midatis ob vinicam domesticam lapsus est  
 accusationem, cuius vita in alienis casibus  
 k sem

semper enituit: quemadmodum & Demostheni ferunt contigisse, cum causam apud Athenienses pro se esset oraturus, praeceps au fugisse, quam in iudicium descenderebat. Clodio vero Ciceronis fiasiones per angipretus cum contumeliam explodente, Cicero desperatus rebus sponcie profugit, cum quo & amicorum multitudine ex Urbe excessit. Senatus quoque cum virum ciuitatibus, regibus, dynastisque commendauit. Clodius interim domum eius euerst, in agris autem ouilia stabulaque disiecit. Ob qua subinde elatus, etiam Pompeio se aduersum prestigit, qui summam in Urbe ea tempestate obseinebat potestatem. Pompeius Milonem qui cum Clodio consulatum postulabat, virum audacissimum ad consularis spem eius loco statim concitat, & in Clodium fauores illi politetur. Reditum quoque Ciceroni ex decreto iubet decernere, sperans, cum rediisset Cicero, non volterius in praesentem politiam oblocuturum esse, cum qua passus esset, mente cogitaret: Iudicata autem & negotia facilius Clodio persuasum iri posse. Sic Cicero ob Pompeium Urbe electus, ab eodem denum restitutus est, sexto & decimo post expulsione exacto mense. Domines illi acceptera publicis impensis instaurata sunt. Admissus est igitur summam gloria, omnibus splendide illum recipientibus ad portas Urbis. Ferunt

runt quippe, dum virum complectuntur, & illi gratulantur, diem ferme integrum fuisse consumptam, ut Demostheni Athenas rediunti olim contigit. Caesar interea inter Celtas & Britannos multa rei militaris opera strenue executus, quemadmodum à nobis in Celtis eius prescriptum est bellis, opibus & dinitijs abundantans, ad proximam Italie Galliam circa Eridanum fluvium progressus est, exercitum assiduis fatigatum praelijs paulatim recreans. Quo ex loco cum pecunias multis Romanam premisisset, anni magistratus per partes obuiam illi prodeunt, & quicunque illustres gentium & exercituum duces aderant, vicissim exierunt. Et centum & viginti fasces circa ipsum affuisse fama sit: Senatorij ordinis ducentos: nonnullos, Et vicem meritorum redderent, que ab illo suscepissent, alios pecunijs acceptis illi obsequentes, alios quosdam diuerso atque alio modo obnoxios, ac parentes. Omnia enim hunc in modum sibi ascriuerat ob exercitus magnitudinem, potentiamque pecuniarum, neque minus ob studium eximiae in quoscunque humanitatis. Venit & ad eum Pompeius Crassusque eiusdem potestatis participes cum eo: communique consilio sisum est Pompeium ac Crassum consulatum inire denuo: & farem serò nationum earum imperio, quod pridem tenuisset, per quinquennium adhuc

k 2 preſt

prafici. Sic mutuo consensu Rempublicam in-  
 ter se partiti sunt. Pompeio ad consulatus pe-  
 titionem Domitius Aenobarbus aduersabatur,  
 & ad idem statutam ambo ad petendum  
 descenderant, nec quanquam nocte ingruente  
 è Martio campo discedebant. iam enim lites  
 inter eos cepta, donec Domitij serum lumen  
 afferente interemere. Insecuta deinde omnium  
 fuga, Domitius siccus in domo propria salvatus  
 est. Pompeij vestis cruore sordida, à nonnullis  
 ad suos delata, adeo parum eterque à pericu-  
 lo abfuit. Consules igitur designati ambo Cras-  
 sus ac Pompeius, Cesari, ut instituerant,  
 Gallia imperium in aliud quinquennium pro-  
 regat. Provincias ipsi inter se, exercitusq; par-  
 tiuntur. Pompeius Iberiam sortitus, ac Lybiam  
 amicis ad eas emissis, Roma perstigit. Crassus  
 Syriam, ac Syria proxima, cum ad Parthicum  
 anhelaret bellum, & ad lucrum gloriāmque  
 accommoda existimaret, sibi assumpsit. Ve-  
 rum illi orbe egredenti, multa quidem ac  
 dira Tribuni annuncianere, & ne Parthis hu-  
 ius male prorsus indignis inferret bellum, mo-  
 nuere. cui minimè parenti publicas execratio-  
 nes extulerunt. Quibus s; retis Crassus demum  
 in Parthia profligatus est cum filio eiusdem  
 nominis, & in iuxta exercitu. nam ex cētum  
 militum millibus, siccus decem milia in Sy-  
 riā è fuga evasisse referuntur. Verū hanc  
 Crassū

Crassi infelicitatem eo libro abunde diximus,  
 qui Parthicus inscribitur. Romanis assidua fa-  
 me diutina vexati, Pompeium annona omnis  
 prefectum & promissorem elegere, eidemque,  
 Et Piratico olim bello, Viginti Senatory or-  
 denis viros addidere, quos ille vicissim per  
 provincias partitus est. Ipse nationes vndeque  
 percurrentes, urbem frumento, ceterisque ad vi-  
 etum necessariis impletus. Qua ex causa ad  
 ampliorem abhuc gloriam potest atque inque per-  
 venit. E atestate Iulia Caesaris filiacum  
 ex Pompeio pregnans abhuc esset, cessit è vi-  
 tta. Ob id timor universos cum subito invaserit,  
 Geritos ne ex huius mulieris interitu, magnis  
 inter se exercitibus continuò concurreverent Ca-  
 sar & Pompeius, turbata potissimum, &  
 difficulter se habente Republica. Nam magi-  
 stratus per seditionem & anaritiam turpis stu-  
 dio lapidibus ensibusque inter se contendebant.  
 Decuplatores, & ambitiosi nullo rubore  
 ad lucra confluebant. Populus non nisi merce-  
 de acceptis ad suffragia prodibat. Ferunt octim  
 gentorum talentorum summam magistratus  
 nomine ex sequestro fuisse deprehensam: ita,  
 Et neque consulibus per singulos annos exer-  
 citus ducere, aut bellum gerere fas esset, hac  
 vel in primis Triumvirorum potentia prohi-  
 bitis quicquam agere. Quae autem his scele-  
 stiores aderant, aut exercituum loca commu-

k. 3 nia

nia Urbis commoda ad se transtulerant, aut  
successorum suorum creationes in utilitatem  
propriam conuerterant: Boni verò à dignitate  
eis omnino excludabantur. Ut ex hismodi  
inordinatione per octo fere menses urbem ma-  
gistratus caruisse notum sit: Pompeio sens-  
uera consulto negligente, ut dictatoris oppor-  
tunitas aliquando occurreret. Et hec quidem  
multi inter se referebant, unicum presen-  
tibus malis adesse remedium, si sensim taxas  
potestas traderetur, necesse autem, eis mitem  
sensim, eis potestate praditum eligere: his fer-  
bis Pompeium hand dubi significantes, exer-  
citus praepotentis ducem, populique amato-  
rem habitum, eis Senatum ob eius dignitate-  
tem quo vellet inducentem vita continentia,  
eis sobrietate, ad salutationes porrè facilem ad  
modum, vel apparentem, vel existentem. Is ve-  
rò banc de se expectationem verbo quidem de-  
testari videbatur, opere autem, licet clancu-  
lum, ad eam aspirat, eis ab id Reipubl. com-  
fusionem indignitatemque despiciebat. Milo-  
nenus quippe in Clodium sibi famularem, eis  
populo pergratum ob Ciceronis redditum, eis  
consulatum veluti in tempore Ultra deposcen-  
tem, à creatione continuist, iniecta mora, quo  
ad animo grauatus Milo, cum Pompeium er-  
ga se infidum deprehendisset, Lauantium in pa-  
trium profectus est, quo in loco Diomedem ex

Ilio

medio constituta, cuius brametatus est ita, ut ad  
flumen descendentes; equestre pralum per par-  
tes in ore cogerentur, totis autem viribus neu-  
tiquam inter se concurrerent, Pompeio tyrones  
ad bellum instruente. Suos itaque à Brundusio  
venturos opporiens Casar, cum ineunte vere à  
pelago soluentes, & Orchadibus delatos, Pom-  
pejū triremes hanc facile evitare crederet con-  
tinue ad eorum custodiā intentas, & per ma-  
re discurrentes: hyeme vero ad insulas profe-  
ctos hostium, fortassis easdem latere posse, aut  
magnitudine massum. Ventorumque violen-  
tia longe superare, magna celeritate ad eos mit-  
tit, cursumque accelerare imperat. Non acce-  
dentibus illis, ipse in scio exercitu ad natum agere  
statuit, & poterat qui neminem faciliter eos addu-  
cere speraret. Dissimulato itaque consilio, tres  
ē seruorum numero ad flumen pramittit, quae  
per duo stadia à castris aberat, iubetque se ra-  
tem celerem, gubernatorēmque peritum, Gelu-  
ti quendam ex suis prmissuris, appararent.  
Ipse ē canaculo descendens, corporis fatigatio-  
ne præensa, amicos epulari suadet, dein pri-  
mato habitu currus defertur. mox nauem in-  
gressus, Casaris nuncium se esse simulat, ca-  
sera per seruos facienda edifferit. Eo modo lar-  
gente, nocte potissimum instante, cum à ventis  
agitaretur mare, seruos gubernatorēm albor-  
tarī

tari monet, properè cursum arripiat, quæsto bo-  
stes finitos latere cuperet. Gubernator clausis remis per vim fluvium celer exuperat. Cum  
autem ad ostia E[st] maris aditum peruentum  
esset, mare ipsum summis concitatum fluctibus,  
magno impetu ac turbine cursum inter-  
ciperat. Gubernator veluti instantibus hostibus  
per vim conabatur euadere: Verum cum nibil  
proficeret, fatigatus ac desperans tandem clau-  
num è manibus abiecit. Tum Caesar sublato bel-  
amine ad gubernatorem conversus, E[st] intonans,  
Alacri animo E[st] fortis aduersum fluctus esto,  
inquit. Casarem quippe, E[st] fortunam eius te-  
cum vehis. Hac voce stupefacti remiges guber-  
natörque, magna vi nauem educere conten-  
dunt, ita ut fluvij ostia demù euaderet. Ven-  
to deinde, E[st] fluctibus eam extollenteibus, ad  
littus tandem victa compelluntur. Instante die  
cum lux cuncta apertiora redderet, trepidare  
capere, veluti manifesti futuri hostibus. Tum  
Caesar fortunam accusans, quod felicitati eius  
inuidisset, nautas retrouerti subet. Nauis ita-  
que aspirante vento facile compulsa, ad fluvij  
oram citra regreditur. Casarem igitur nonnulli  
ob audaciam admirabantur: quidam quere-  
lia prosecuti sunt, quod facinus militari potius,  
quam imperatoria laude dignum esset aggressus.  
Is verò cum alterius latere non posset,  
Postquam eius loco adnavigare subet, Ga-  
biniisque

Imisoque et exercitum naviibus adducat imperare. Sin id abnuat, hac ipsa Antonio præcipere, post Antonium Gerò Caleno. Sin id omnes negent, epistola alia ad exercitum scripta erat, velle se eos supra naues positos Posthumio obsequi. Et in locum in quem ventus duceret vela tradere, nihil naviibus parcentes. non enim naviibus, sed viris Casari opus esse. In hunc modum Casar proratione fortuna sibi deliberasserat. Quæ omnia Pompeius intercipere festinans, in pugnam paratam ducebat aciem.

Sed cum duos ex suis in medio fluminis, et aliæcum eius scrutarentur emissos, unus ex Caesaris præcursoribus interfecisset, retrouerti cœpit, id omen infaustum dicens. Causam autem palam retulit, temporis commoditatem sibi defuisse. Posthumio Brundusium ad nauigantem Gabinius priusquam Caesaris mandatum astulisset, solentes per Illyrium nulla diei interposita quiete secum duxit, quæ omnes fere ab Illyrijs interficiuntur, quod Caesar per occupationes patienter taliit. Reliquos Antonius naviibus in Apolloniam deuexit, tensis velsis incumbente vento. Quo deinde in meridiem cessante, ad Vigiliati Pompejum naues inspectis fibris in eos deferuntur. Illi sè in aëris tranquillitate detenti, ne ab ipsis frangerentur, aut à maroribus exitu prohiberentur, trispida re incipiunt. Itaque ad pugnam necessaria  
quæque

queq; parabant, fundas, sagittasque exere-  
bant, cum Ventus subito priore maior insurgit,  
quem elatis velis denuo assumentes, nullo pa-  
nore insperato cursu se proripiavit. Quae autem  
à cursu ventis ac profundo destituta sunt, diu-  
tius afflcta, sive tandem ad importunia, pe-  
trisque delabuntur, duas quasdam in eas de-  
latas retinentes. Reliquas Antonius in locum  
qui Nymphaeum dicitur, à cursu sistit. Iam igitur  
Cesari exercitus omnis in Enum aderat.  
Aderat vicissim E<sup>g</sup>. Pompeo, E<sup>g</sup> ad invicem  
in colle quodam magnis praedijs castra habe-  
bant. Multa hincinde prælia ex singulis munici-  
tionibus, veluti vel cum vallum fossa muni-  
rent, vel muro circundarent, in angusto simul  
agitantabant. Inter haec cum circa vallum repulso  
Cesare ductor turma, cui Scæua nomen fuit,  
multa E<sup>g</sup> præclara facinora edidisset, oculum  
sagittæ saucio hastam perfregit, deinde velu-  
ti quipparam dicturus in medium prospicit. Si-  
lentibus cunctis, Pompeij ductorem singulari  
virtute cognitum ad se vocat, deinde sic affa-  
tur: Salua tibi similem, salua amicum, ac cu-  
ratores mihi adhibe, quoniam vulnere affligor.  
Accurrentibus ad illum veluti transfugam  
duobus ex exercitu Pompeij, Enum aggressus  
occidit, alterius humerū ense deiecit, qua cum  
egisset scipsum vallumq; reliquit. Ob id catcri  
rubore conciti impetu feruntur, vallumque in-

super

super tutati sunt: Minutio qui custodia prae-  
fuerat, quam plurima tolerante. Ferunt quip-  
pe clypeo eius viginti supra centum inbasisse sa-  
gittas, corpus sex vulneribus transfixum pa-  
tuuisse, oculum viciissim excussum esse. Hos igi-  
tur Casar honoribus multis insignisit. Ipse ex  
Dyrrbachio proditione quadam sibi oblata, no-  
tis tempore, ut solebat, paucis comitantibus  
ad Diana templi portas proficiscitur. Eadem  
hyeme Scipio Pompeij sacer alium ex Syria  
duxit exercitum, cui C. Calvisius circa Ma-  
cedoniam occurrens duellus est, ac legio in-  
tegra, ceteris duntaxat exceptis, viciissim  
casa. Casar igitur nihil mari conari poterat,  
Pompeio classem paratam obtainente. Exerci-  
tus quippe eis fame premebatur, ita, ut ex  
pabulo panes ederent. Transfugis igitur huius-  
modi panes ad Pompeium deferentibus, ut le-  
tistiam ex visu caperet, nihil exhilaratus ille,  
cum beluis se pugnare professus est. Casar ige-  
tur necessitate duellus, copias omnes, feluti  
Pompeium etiam insuitum ad bellum coactu-  
rus, in unum contrahit, pluraque ex praesiidijs  
interim vacua à suis contemplatis per quietem  
iulit. Verum ob id magis indignatus est, adeo  
ut opus longe difficillimum & inauditum quo-  
dammodo aggredi tentaret. Pompeij videlicet  
exercitū intra muri unius septa circuncludere  
& à mari usque ad mare perpetuū manus  
sepire

sepius: ratus et si minimè id opus valuerit, magna tamè audacie eius allatum famam.  
 Per stadiam quippe ducentas supra mille spatium eiusmodi erat amplectendum. Pompeius cōtrā Gallū fossamq; anteponit, multaq; iniutilia certandi studio inter se dictim machinantur. Insigne interea pralium ab utraq; parte edetur, in quo superior Pompeius, Caesaris milites in fūgā vertit, eosq; in castra h̄sq; persequitur. Si gna porrò militaria pleraq; sustulit, inter qua ē aquilam pricipium Romanis signum pendē eripuit, nisi quod eam anteferens miles praeoccupato eorum cursu, aquilam intra Gallum ad suos secit. Illustri conuersione in hostes facta, Caesar altera ex parte copias alias emittit, quibus tanta ob Pompeianos trepidatio insectata est, ut Pompeio quanquam procul apparente, non portis immorari, non ordinem fernare, ac neq; mandatis ullis fidere auderent, sed quocunq; voluntas tulit, inde sinens fugaraperentur: nulla Verecūdia, aut mandato, aut ratione eos detinente, cum Caesar illis immineret, nec sine infamia Pompeium à longe residensem. ē hac ipsa intuentem demonstraret: ipsi tamen abiectis signis vltro fugerent, nonnulli rubore compulsi, in terram nullo negotio procumberent, tantum illis paucis iniicitur. Horum è numero cum sonus vexillo in cōtrarium verso caudam ad Casarem extendisset, eius

mandato à scutiferis occisis est. Illi verò egressi nentiquam ad castrorum curam consistere audebant: adeo omnia trepidatione & metu referta erant, ut castra derelinquerent. Quae cum animaduertisset Pompeius, fortiter illas, ut castris potiretur, bellumq; uno opere cōficeret, à Lavinio prohibitus est, qui casu illis obuius infugientes adhortatur. Ille igitur sine quod proposuerat dubitaret aggredi, siue castrorum solitudinem timeret, ne insidia subfissent, siue bellum iam confectum esse crederet, eos qui exierant inuidit, multosq; ex ipsis pugnans interfecit. Vexilla ab eo supra Viginti duobus pralijs ea die suscepit. Verum successum tam perfecti operis exequi neglexit: ut Cesarem dixisse ferat, bellum ea die finem habiturū fuisse, si hosties, qui Victoria & scississet habuissent, Pompeius huiusmodi Victoria elatus, regibus & universis ciuitatibusq; prescripsit. Casaris præterea exercitū fame maceratum, & belli presentis clade titubantem, facile ad se transiurum sperauit, maxime ipsius præfectis ob errorem trepidantibus. Verum illi ad penitentiam conuersi, peccati causa assumptere animos, ac Cesare perhumane in illos conquerente, venienti, pollicente solito magis contraria blos accenduntur, ita ut inopinata mutatione conuersi, more patris decimam eorum partem à Cesare multari peterent. Reniente illo

éto, maiore althuc letissim fablatis animis, agnoscere cōpere quasi indignè ab ipsis iniuria affectus esset, eos verò quis signa detulissent, necandoz conclamarent, belles minime in fugam abituri, ni primi illi signa cōcertissent. Ceferum Cesār ne id quidē facere sustinuit, pauculos quosdam supplicio affecisse contentus. Quamobrem tāta omnibas ob moderationem audacia innata est. Et sc̄ quām celerrime in hostes deduci poscerent, magnaq; promptitudine eum adhortates, errorem suum insignis aliquas Victoria, emēdaturos se promitterent, ipsi que inter se conuersi inspectante Cesare turmatim surrenderendo confirmarent non prius è bello redacturos esse, quām victores euasissent. Amici itaque illi, Et huiusmodi promptitudine steterunt, quamprimum suadebant. Ille audientibus cunctis commodiore tempore se eos in hostes deducturum pollicetur, Et huius promptitudinis Et audacia reminiscerentur admouuit. Amicius deinde priuatim ita locutus est. Id enim vel in primis necesse esse, trepidationem, que denictorum animis vehementius infederat, eximere. hostium etiā reprimere audaciam. Ob id fassus est se illis indulgere, qui ad Dyrrhachium superati fuerant, ubi omnis Pompeij apparatus in Enum steterat, opus esse ad alia loca, que similis incipia oppressa essent. traducere Pompeium. Quibus dictis Apo-

boniam subito contendit. inde clanculum per noctem agmen agere in Thessalam peruenit. Gomphos urbem parvam, quod eum ab ingressu prohibuisset, invasit iratus: exercitus quoque diripere concessit. Milites igitur divisa fame macerati, liberius cibo vinoque indulgebat. Et plurimi ex ipsis ebrietate laborarent. Inservierunt hos Germani potissimum ridiculi fusse referuntur, cum a vino vexaretur adeo, ut ad meniente celerius Pompeio, faciliè eos deleri posuisse satis constet. Verum ille ob contemptum perseguis neglexit, quod ad Cesar septem continuè diebus volterius profectus ad Pharsalum tandem castra posuit. In Gomphis interim rem memoriae & pietate dignam extitisse memorant. Cadavera quippe illustrium virorum medicinali quodam in loco iacentia reperta sunt calicibus appositis, nullis affecta vulneribus, viginti ipsorum veluti ex ebrietate procumbentium in terram, uno dantur at in throno sedente, medici in morem, qui venenum reliquis prabuerat. Pompeius interea in Casarem mouere dispositus. Id enim prius in animo conceperat, classem omnem, qua longe antepollebat, Afram tradere, ut in Casarem insurgeret, & errantem egenemque mari prohiberet. Ipse cum omni peditatu celerrime in Italiam transire: benevolam adhuc erga ilium & hostibus carenem Gallians, insuper Iberia

Iberiamq; suscipere, deinde Seluci è prince-  
patu atque domo in Casarem transferre ar-  
ma. Quae omnium utilia futura essent, age-  
re contèpsit, solum ad eos qui in Caesaris exer-  
citum insurgere illum admonebant, fame con-  
sumptum, ita ut residuum post Victoriam ad  
Dyrrachium iam antè habitum, facile supe-  
rari posse dicerent, conuertit animum. Turpo  
quidem esse auebant, fugientem derelinque-  
re Casarem, Et denictis similiter victorem ce-  
dere. Quibus delinatas Pompeius, cum orien-  
tis nationes ad se ressidentes erubesceret,  
Et q; Lucio Scipioni circa Macedoniam bel-  
lum formidanti morem gereret, potissimum  
abhortantibus militibus, pugnam inire fla-  
tuisse aciesq; procedere imperat, nec longe à  
Pharsalo iuxta Casarem castra locat, ut non  
pleratriginta stadia inter se videret abesse.  
Commeatus Pompeio omni ex parte abunde  
ferebatur. Sic enim illi itinera, portus, oppi-  
daq; pacebant, ut è terra secheretur continua-  
per mare vero quounque vento ad illum age-  
retur. Caesar id solum commeatus, quod vel of-  
fenderet vel difficulter adipisceretur, nācisc  
poterat, neque tamen ab sollo suorum destitu-  
tus est. Verum mirabilis studio in hostes de-  
duci omnes appetebant, cum in bello melio-  
res se his arbitrarentur esse, qui nuper in ar-  
mis per decem ferè annos experti forent: ad-

fossarum autem opera , aut mænium erexitio-  
nes, aut commeatum denectiones , ob senectu-  
tem debiliores facti, si Volerius defatigari opus  
esset , satis perspicere se aiebant ex desidio  
aut fame intituros fore. Quæ omnia cum  
Pompeius intelligeret , non mediocre descri-  
men arbitratus cum viris bellicis , & sesplos  
contemnitibus conferre manus , & Cesariis  
fortunam de Univerſa re certare cupientis fa-  
cile obtinere posse : fortius & tutius existi-  
mans , fame eos difficultatibusque conterere,  
qui neque à terra commeatum , neque à mari  
kopias Villas suscipiērent , neque nauibus ad fu-  
gam paratis Vt possent , optima ratione bel-  
lum producere , & ex fame in famem hostes  
paulatim carpere instituit. Magna autem cir-  
ca ipsum Senatorum multitudo , magna illu-  
strium Equitum , reges plurimi , ac Dynasta  
aderant , qui partim ob inexperientiam , par-  
tim ob res apud Dyrrhachium feliciter ge-  
fas elati animis , nonnulli quod hostibus se su-  
periores esse crederent , quidam quod bello  
fessi subitum rerum euentum potius quam ho-  
nestum exitum cuperent , vno ore Pompeium  
ad pugnam hortabantur : Cesarea continuè  
eos provocantem , & acies instruentem osten-  
dentes. Pompeius contrà eos admonebat , id  
Cesari ex inopia summa contingere. Ipsis long-  
e utilius esse quietem agere , quoniam Cesari-

enue

ex necessitate bellum inire cogeretur. Stimulante deinde exercitu elato admodum ob floriam ad Dyrrhachium habitam, & ipsum à dignitate ad ambitionem declinante, sponte retzardare, Et tantis tamq; illustribus imperaret viris, conquerente, regum etiam regem, & Agamennone illum appellante, quoniam & ipse propter bellū regibus praeset omnibus, à propria ratione excusus est, seq; illis, deo forte als quo aduersante, ceteraque universa, bellumq; concessit. Segnior iam, ac tardus prater natum factus ad omnia, non sine suo suadentissimq; periculo ac malo, quamquam iniustus, pugnam intravit. Caesar ea nocte legiones tres frumentatū misericordia. Pompej quippe tarditatem laudans, cum consilii minime immutare crederet, liberius ire sussurrauit. Acies deinde preparari audiens latitus est, necessitate cognita, qua Pompeius ab exercitu ad pugnā cogeretur: statimq; suos conuocari imperat. Nocte media perfectio sacris Martem invocauit, eiusq; parentem Venerem. Ex Aenea quippe, & Iulo eius filio, Iuliorum genus, & ex nomine intueri licet, vindetur emanasse. Templū igitur Victoria fastigatis gratis Roma dedicaturum voulit, si ritè pergeisset. Cum autem fulgor ē cælo labens, ē Caesaris ad Pompej castra penetrasset, ibidemq; extinctus esset: qui in exercitu Pompej aderat, quippiam splendidum ab hostibus ad se fistu-

rum prædicabant. Casar autem se in Pompeium insurgentem, gloriam eius extinctorum. Ipsi deinde Pompeio eadem nocte, cum vietima aufugisset, neutquam deprehendi potuit. Apum præterea examen in aris constitit. Trepidatio quoque ante lucem in exercitum incidit, ad quam accurrens Pompeius, & singula constituens, non multò post profundo somno est consopitus. Excitatus ab amicis somnium retulit, paulo antè templū se Roma consecrare sicutum Veneri Victoris, voti Casaris ignarus. Amici, & exercitus omnis his confisi letabantur, & ut ad catera imprudenter cum impenitu & contemptione, sic ad bellum quasi iam confectum ferebantur, quorum è numero plerique tabernacula lauro adornarant contubernij causa. serus quoque dapes opipare instruebant. Erant qui de Casaris sacerdotio inter se contenderent, qua omnia Pompeius velues rei militaris peritis simus abhorrente videbatur, ac super his turbatus dissimulabat, tacebatq; ambiguitate ductus, ac timore, quasi non veleretur imperaret, sed ab illis potius regeretur, cum ex necessitate prater ipsius voluntatem pugnam cogeretur inire. Tantum homini magnifice, & cuiusque ad id tempus prospere cessissent omnia, timiditatis videtur affuisse. Vel quod utilia dijudicans illis non consideret, sed ad alciam tot virorum salutem esset positurus, priam

priam insuper gloriam, quam iniictam praeſtiſſes: ſeue diuinatione quada aspirate, proprieſtate ex malo terretur, cū die illa e tanto casu ne  
eſſet principatu, hoc ſolum amicis prafatiſſis di-  
citur. Diem illam quicunque Victoria potiuit  
eſſet, magnarum Romanis calamitatum fiaſ-  
ram cauſam: deinde acie eduxit. Quamobrem  
eius mentem à timore conſternatam nonnulli  
intuentes, non immerito exiſtimaffe credue-  
tur. Pompeium ſi viciſſet, nequitam monar-  
chiam fuſiſſe poſitum. Vtriusque exercitus,

(Et mihi videtur dubia multorum dicta per-  
ſcrutanti, Romanorum maximè, qui veriſimi-  
liora de Italis viris perſcripsere, quibus poti-  
ſſimum fidentes, ſociorum velut aliena auxi-  
lia hand multi exiſtimant, & modicum illis  
incrementum adiycere arbitratur) ſumma ba-  
iuſmodi ferè fuſt. Caſar duo ſupra viginti mil-  
lia miliftum ſecum habuit, inter quos Equeſtes  
circa mille annumerantur. Pompeium bis to-  
tidem ſecuti ſunt, in quibus ſep̄ē millia Equeſ-  
tum fuere. Qui autem de his veriſimili a loquii  
exiſtimantur, ſeptuaginta millia Italorū hoc  
praleo in ſumum concurriſſe memorat. Qui mi-  
norem numerum deſcribunt ſexaginta millia.  
Qui rem in masu extollunt, quadringēta mil-  
lia extiſſe aiunt. Horum ſeſciplum Pompe-  
io: alij tribus ex partibus duas illi ascribunt,  
tantum inter ſe diligenter perſcrutantes am-

bigere putantur. Quoquo modo res se habuit,  
 sterque maximè spem in Italìs videtur po-  
 suisse. Sociorum quidem Cesaris, Equites Cet-  
 ea ac Celtarum, qui supra Alpes incolunt,  
 numerus ferè alios. Gracorum ad hos auxi-  
 lia accesserant, Dolopes, Acarnanes, Aetoli.  
 hac Cesaris exercitus summa fuit. Pompeio  
 orientis nationes omnes magno numero  
 astiterant, partim in equis, partim pedestri-  
 bus suffulta copys. Ex Gracia Lacedamnij  
 sub proprijs distributi regibus, & ex Pelo-  
 ponneso alijs. Bæotij præterea cum ipsis ade-  
 rant, & Athenienses in castris. Vtrisque  
 igitur praconis voce proclamantibus, minime  
 iniuriam exercitus inferre, veluti legum Lato-  
 res sacros, ad gloriam conuersi belli, quasi pro  
 Romanorum dignitate pugnaturi Pompeio  
 adhaerant. Ex Gracis modicum quid, verum  
 quicunque in circuitu maris orientem versus  
 incolunt, ferè omnes ad eum venerant, Thra-  
 ces videlicet, Hellefponij, Bithynij, Phryges.  
 Iones, Lydij, Pamphylij, Pyside & Paphla-  
 gones: Cilicia ad hac & Syria, Phanice-  
 que, & Hebraorum genus. Arabes quoque  
 his finitimi. Cyprij insuper, & Rhodij, & Cre-  
 tenses funditores, & insulares alijs. Convene-  
 rat & reges, ac Dynasta auxilia secum affa-  
 rentes. Deiotarus, orientalium Galatarum te-  
 trarcha, Ariarashes Cappadocum rex. Arme-

nios intra Euphratens incolentes Taxiles princeps adduxerat. Armenios verò supra Euphraten Megabates, Artapi regis praefectus. Alij præterea inferiores potentia Dynasta ad bellis laborem sùmà se contulerant. Feruntur & ex Aegypto names sexaginta ad illum pernisse. & ex Aegyptijs regibus Cleopatra, fratre puerò adhuc existente. Verum ha quidè bello minimè interfuerent. non enim alii names ad id accesserant, sed Corcyra in ocio cum ceteris degebant. Quod à Pompeio minus prudenter factum existimatur, cum classem neglexisset, qua longe præpotens, omnem qui ad hostes ferrebatur commatum facile auferre posuisset. Is autem terrestribus fretus copijs, sors ex longo labore assuetus, & in pralijs ferocioribus sese immiscuit. Caterum eos ad Dyrrhachium seruantem infelicitas quadam ad bac tempora Casari potissimum accommoda videtur adduxisse. Ob hac quispe Pompeij exercitus leuiter elatus, imperatorem suum supergressus est. & in bellum minus prudenter se concurrit. Sed hac deuso ita statuit, ad imperium, quod nunc sùmiera obtinet, transferre meditatus. Tunc verò & terque eorum copias in sùnum congregans, hortari nitebatur: ac primum Pompeius sic exorsus est. Vos quidem o commilitones huic labori praesidetis, magis quam ab alijs vobis imperetur. Nam cum Cesarem diu-

tino

tius macerare in animo esset, ipsi hāc pugnam  
inire depositis. Ut igitur bellū consultores,  
paucioribus longe plures insurgatis, cōtemnē-  
te eos & victores victos decet, confectos at-  
te iuuenes, & plura perpeccos, quibus integra  
vires manent. Tanta Galerius potentia adeat,  
tam ingentes apparatus, ad hac conscientia  
causa optima. Pro libertate enim & patria pu-  
gnamus, iure legum frēti, opinione recta, tōtq;  
praecellentibus sispati viris, quorum pars Sena-  
toriū ordinis est, pars equestris, aduersus ho-  
minem per latrocinia imperium sibi vendican-  
tem. Ite igitur & dignum est cum bona spe, eo-  
rum fugam cum ad Dyrrachium effettis, signo  
rumq; numerumque vñica die ab illis ademi-  
stis, in conspectu vestro præponentes. sic Pom-  
peius elocutus est. Casar contrā suis mīlitib;us  
hoc edisserit. Que difficultora nobis fuerant, a-  
mici iam euicimus. pro fame quispe & ino-  
piacum viris decertamus. hac dies cunctorum  
afferet iudicium. Recordemini eorum qua ad  
Dyrrachium mihi promissis, & qua me in-  
tuente iure iurando confirmasti, cum adiuvi-  
cem succenseretis, non nisi victores esse reditu-  
ros. Hi sunt, commilitones, aduersum quos ab  
Herculeis accessimus colūnas, qui nos ex Ita-  
lia effugient, qui per decem bellū gerantes an-  
nos, ac tot hostes victoriāsque adeptos ex Ibe-  
riis, Celtisq;, ac Britanniis, quadringentis fere  
nationis

nationibus patria additis, sine honore ac tristis  
pho, donis que rejecunt, quibus nec sp̄se cum in-  
flapeterem, quicquid suadere: quae meritorum gra-  
tias nobis renauerent. Nostis que sine sella ambi-  
tione posuerim, cum quippiam ab illis iustitia  
pietatisque sperarem. Horum omnium vindic-  
ces in Eorum miseri adeste, & mea erga vos, si  
quid vobis est ingenij, fides, curaq; remissi-  
mini, liberalitatis preterea, ac munierum qua  
vobis contuli. Non enim difficile admodum ty-  
rones inexpertosq; viros ab his quis labores ac  
pralia experti sunt, pugna superari, ad haec in-  
ueniliter ad inordinationem & diffidentiam,  
ducis conuersos, quem ego ad huc bellum trepi-  
dantem inuitumq; descendere certoscio, fortu-  
na iam desuetum, segnitie ad omnia tardum  
iam effectum, neq; imperantem magis, quam  
suorum imperio parentem. & hac pro Italie so-  
lum loqui me arbitremini. Sociorum quippe  
nulla alterius a vobis cura aut ratio habenda  
est, neq; cum illis pugnandum a vobis credite.  
Mancipa quidem illi e Syria, Phrygia, & Ly-  
dia ad fugiendum continuè, seruendumq; para-  
ta quos ego clarè expertus sum, & vos statim  
intuebitur. & Pompeium ipsum nentiquam  
ad ordinem belli propinquantem: Italos ita-  
que dantur at inseguamini. Et si forte soci  
vice canum vos circumcurrerint, aut tumultu-  
tum concitarint, eos auertentes, selenis cognata-

tis vestris parcite, socijsq; vestris ad illorum  
terrorem pariter tamini. Ante omnia verò  
efficite, ut eorum qua polliciti mihi estis, non  
immemores vos intuear, & victoriam potius  
quam mortem eligentes, diruite ad pugnam  
currentes mania, fossas vestras obruite, se  
nihil nisi victores abeamus. Videant nos ho-  
stes ipsi destitutos castris, sciантq; quoniam ex  
necessitate nobis iniunctum est in eorum tra-  
bernaulis castra ponere. Hac effatus, vetera-  
norum ad duo millia ē castrorum custodia emit-  
tit. hi muris egressi, magno silentio fossas aqua  
uere terra. Vident igitur eos Pompeius, cum  
nonnulli fugam ab illis meditari crederent, an-  
dacia eorum cognita, suspirio palam conque-  
stus est. se ad pugnam cum feris accessisse, fa-  
mem patientibus, que dignum ferarū esset phar-  
macum. Ceterum nec ulterius cedendum vide-  
batur, rebus omnibus iam in ensis mucrone con-  
sistentibus. eam ob rem ad quatuor Italorum  
millia ad exercitus curam derelinquens, cate-  
ros omnes inter Pharsalum oppidum, Eri-  
pheumq; fluuium ad pugnam instruit. Quo in  
loco Caesar copias suas pariter eduxit. Ac pri-  
mū Italos & terque eorum in tres acies diuis-  
sos in fronte collocauit, modico intervallo in-  
tersē distantes. Suprabs Equites per par-  
tes cornibus attribuit, quibus sagittarij &  
funditores admisi inerant. In hunc modum  
Italor

Italorum natio ab illis distributa est, quam maxime & terque eorum confidebat. Sociorum vero copias & locis ad ostentationem quandam praetulerunt. Pompejo sociorum copia aderant multo formes, variarumque linguarum, ex quibus Pompeios, Macedones, Peloponnesos, Baetios, atque Athenienses ob ordinem ac silentium a ceteris selectos phalangi Italica adherere soluit. Reliquos, quemadmodum Casar arbitratus est, extra ordinem per patrias distinctos. Et in subsidiis manentes, cum ad manus gentium esset, hostes circundare, & illos inuidentes simul insequi mandauit: Casaris praeceps exercitum nullo Valli munimine firmatum, in pradam ponere. Phalangem in medio regebas. Scipio Pompeij sacer, in sinistro cornu Domitius in dextro Lentulus constitit. Afrianus ac Pompeius exercitus cura praefuerere. Casari duces aderant, Sylla, Antonius, & Brutus. Casar ipse, & affluerat, legioni decima praeedit. Quod intuentes hostes, precipuos Equitum contra illum collocarunt, & plures existentes, si possit, eundem omni ex parte circundarent. His perceptis Casar audaciores ex omnibus pe- dites & q; ad trium millium numerum in subsidiis locat, subiectis. Et cum primis hostes acies circuncurreret & viderint, subito exiliant, & nq; profilentes relictis telis hostium facies innudat. Non enim iuvenes, & inexpertos, hac ipsa inten-

intuentes cultus discrimina facile laturos esse. Sic eterq; exercitum ad inuisum cōstituit. Singulos itaq; circum euntes, et quum opportuna forent disponentes ad audaciam adhortabantur. ad hac mandata illis proponebant. Caesar Vicitricem Venerem, Pompeius Herculem inviētum in auxilium vocabat. Cum omnia in bellum parata essent, diutius magno silentio immoti constitere, veluti ambigentes adhuc, et de fides: sēq; alterutrū intuētes, quis prior pugnā iniret morabātur. Multitudo enim que nullius commiseratione commota fuerat, tam numeroso Italorum cōspecto exercitu, qui belli unius discrimen esset subiturus, cum virtutem vtrāque ex parte in iudicium venturā cerneret, capiebat, misereri, potissimum cum Italos Italis adversos intueretur. Appropinquante deinde male, ambitio, qua eorum mentes inusserrat atque excacauerat, extincta est, & in trepidationem demum timoremq; cōuersa. Ratio quippe cum laboris gloriam diligentius expenderet, periculum quoq; metiebatur. Causam præterea, qua duo inter se de superioritate contendarent, & seipso pro salute propria periculo subiicerent, ut qui vicitus esset, ne in ultimis quidem locum foret habiturus: Tantam bonorum multitudinem propter illos interire. Subiit deinde recordatio veteris affinitatis, atq; amicitia, quam multa & præclara pro dignitate

E

Et gloria inuidem egissent, nunc autem gla-  
 diis inter se armisque contenderent, omnes  
 quoque sub illis militantes ad simile bellorum  
 facinus adducerent, qui ex usdem essent chari-  
 tatis ciues, simul cognati, amicique, nonnulli  
 fratres. nam id quoque nec in acie illa defuit.  
 Nam inter tot virorum milia, qui in unum  
 concurrebant, multa prater opinionem et admiranda contigere, qua quisque animadver-  
 tens, acri penitentia eo in loco repletus est. Et  
 beluti si dies eorum quid in terris sunt, vel pri-  
 missus, vel ultimus futurus esset, magno stupore  
 in dubium convertit omnes. Viraque etiam ex  
 parte lacrymas emississe ferunt, cum ut se amplius  
 intueri possent, dies illa videretur eripere: omnisque Itala natio magno silentio im-  
 mota perstinet. Videns itaque Pompeius socio-  
 rum copias huiusmodi profectu terrefactas,  
 veritus ne pugna initio confusio ab illis proti-  
 nus emergeret, bellum signum ultra protulit. Cui  
 ex adverso è Cesare concilatum est, statimque  
 tubarum sono, et lituorum clangore ex-  
 recto universos excitat, et post in tam pro-  
 funda maledudine praecones et praefecti hinc-  
 inde discurrentes, exercitum per partes horta-  
 bantur. At illi arduè admodum miro silentio,  
 et horrore, magnis experti in pralijs inter se  
 concurrunt. Cum in proximo ventum esset,  
 primum sagittis fundisque bellari cæptum.

o

Equi

Equites quoque pedestibus admitti brevi in spatio pugnam sniere. Praeualentes igitur Pompeij milites, legionem decimam circundare festinant. Signo à Cesare elato, qui in subsidij consisterant subito occurrit, Et ad Equites delati, erectis pilis sessorum facies inuidunt. Illi hostium audaciam, plagasque in os illatis non ferentes, nullo ordine fugans capescunt. Eo loci pedestatum omnem, depulsi Pompeij Equitibus, Casaris Equites inuidunt, circumducentq; qui praus ab aliis circundari timuerant. Quod animaduertens Pompeius, pedestribus edicit, ne se velterius in eos vertant, neq; à phalange longius excurrant, aut telis communisstantur, verum emines distantes, iaculis è manu missis insurgentes repellant hostes. quod mandatum cum circuitoris discrimen imminet, nonnulli cetele arbitrantur esse. Cesar autem in epistolis id pugna genus maxime contemnit. Plagas enim ex impetu factas potentius insigi, virosq; ab incursu promptiores esse: immorantes vero tepercere alnodum, ac refrigerari putat. Audacter quoque ob firmitatem insurgentibus, veluti signum quoddam sese offerre: quod Et tunc fieri contigit. Decima quippe legio assistente Cesare, Lenam Pompeij aciem, qua ab Equitibus destituta fuerat, circunquaque percurrit, Et lateracius omni ex parte immobilis telis misilibusque confodit quoad

quoad conurbatis omnibus in fugam verritatem  
quares Victoriae auspiciis illi attulit. Reliqua  
interim multitudine vulneribus, necesse, Varus  
belli opere strepebat, nec tamen bellicosa vox  
in tam immensa phalange tot inter se pugnare  
tibus audirebatur, non cinctus morientum,  
aut ferro petitorum, verum tremitus, et suspiria  
omnis ex parte resonabant, eorum maxime  
qui quo in loco constitissent, honestè occubuerat.  
Sociorum vero copia veluti certaminis huic  
spectatores quidam, acierum ordinem formis-  
dine metuque replenerant, non Caesaris castra  
ab admirationem ingredi ausa, paucis qui-  
busdam Veteranis adseruantibus, nihil aliud  
quam stantes trepidabant. Sed cum sinistra  
Pompeij acies hostibus cedere, et iam mone-  
ri implicari que capisset, socij omnes in fugam  
versi, nullo ordine clamare occipient. Superor-  
is sumus. Deinde tabernacula eorum ac ca-  
bra veluti aliena invadentes, diripientesque  
quocunque licuit Variè sparguntur. Iam relin-  
qua Italorum acies, intellectu clade, paucatim  
quangundam seruato ordine, à posterioribus ter-  
rata, pedem retrahebat. Incumbensibus po-  
scremo, et in Victoria hostibus, et ipsa pariter  
in fugam conserfa est. Quia in re astutissima  
quidem Caesar, ne ad pugnam denuo rediret,  
nec Enius pralij, sed totius bellis opus admis-  
pleret, egisse quisus. Pracones enim acies

discurrere, & à Romanorum cade omnes temperare iubet, solum ad socios afferre manus. Victis deinde propius admoti, intrepidos manere admonet. Id cum Enus ab alio intellegret, omnes constitere. Et iam Pompeianorum id unicum signum erat, tutò permanere. Cateris deinde Italorum more consistensibus, similemque vocem edentibus, discurrentes Casaris milites, sociorum copias nullo praesidio munitas interficiunt, ob idque ingentem edidere stragem. Pompeius militem suorum conversione perspecta, mente collapsus ab exercitu secessit, indeque in tabernaculum delatus, sine voce aliquandiu persistit, quemadmodum Testamentum Aiacem in Ilio passum fuisse memorant inter medios hostes à Fortuna destitutus. Reliquorum pauci ab exercitu abiit, praeconis voce eos à Cesare tutos pollicente, accurventibus deinde hostibus per partes dissipati sunt. Finiente iam die, Cesar per exercitum prouectus, ut manerent praeabatur, donec Pompeij castra recepissent. Quippe si hostes per diem unicam vires assumpsissent, Victoria denuo habituros esse: sin castra & exercitum simul occupassent, bellum omne iam esse profligatum. Ad hac manus ad eos protendebat, & cursu prior antecedebat. Quorum igitur à labore corpora exhausta fuerant, accendi animos, cum ducem ipsos praecuntem aspe-

affexissent. Erexit ad hac etiam eos spes, ac felicitas gestarum rerum, vt castris poterentur. Et quocunque in illis essent, sibi assumerent. Homines quidem in spe ac prospexitate minus labores sentiunt. Sic igitur omnes incumbentes magna vi aduersos pepulere. Pompeius his inspectis, ex tam longo silentio hoc solum dixisse fereur. An ad castra ēḡ hi nostra? Quibus dictis, mutata veste concendit equum: quatuorque ex amicis eum comitantibus, nullo in loco cursum intermisit, quoad exorta luce Larissam tandem venit. Casar in Pompejū tabernaculo, quemadmodum se facturum dixerat, concedit, ēḡ qua illi in canam apparata fuerant, sibi assumpsit. itidem ēḡ reliquis exercitus ex hostium epulis recreatus est. Cecidere hoc in prælio ab Estraque parte, Italorum quidem (non enim sociorum copia ob multitudinem contemptumque annumerantur) ē Casaris primum exercitu turmarum ductores ad numerum triginta, armati ducenti, vt alijs scripsere, mille ēḡ ducenti. Ex Pompejū verò partibus Senatores deceni, quorum ē numero fuit Lucius Domitius, olim Casari in Gallia successor destinatus, equestris ordinis ad quadrageinta ex illustrioribus. Ex reliquo autē exercitu, qui rem in maius extollunt, quinque supra viginti millia cecidisse aiunt. Ceterum Asinus Pollio, qui sub Casare ea in pu-

gna militum est, sex millia ex Pompeiū exercitū interiūsse solum scribit. Et hic finis admirabilis illius circa Pharsalum bellū fuit. Cæsar triunera quidem prima & secunda ex omnibus protulit, fassus eos egregiè pugnasse, & cum ipso legiōnē decimā. Tertia Crasina turma duxtor habere meruit. Is cum Cæsar pugnā ingredereetur, & ab eo quid speraret exposceret, elata voce, Vincemus, inquit, o Cæsar: & me hodie vel vivam vel mortuum recipies: Exercitus autem iste, me ad quascunque accurventem acies, & multa praelata & illustria agentem intuebitur, testisq; erit virtutis mea. Inter cadavera itaque repertus, muneribus donatus est, qua cum illo sepulcro illata sunt, quod insigne prope stragem Cæsaris mandato erectū constat. Pompeius ex Larissa similis cursu ad mare & sive delatus est. Eo loci parvam ingressus cymbam, cum adnauigantem nanè offendisset, Mitylenas peruenit. Assumpta igitur Cornelia & xore, triremibus quatuor combatus, que à Rhodijs & Tyrjs ad eum venerant, Corcyram tunc quidem & Libyam praeteruectus est quo in loco exercitum alium, & nanticos habebat apparatus. Ad orientem itaque conuersus, Parthos. Veluti ab illis opem pertinens, nulli pacto interim consilso, adire statuit: quod penè cum in Siciliam venisset, amicis reculit. At illi à Parthis abstinentum

suedo

suadebant, qui super Crasso insurrexisse, &  
 adhuc ubi eius clades elatiores speritus habe-  
 res, nec Corneliani singularis forma mulierem  
 in eorum postestate committendam esse, maxi-  
 mè cum ē Crasso esset genita. Cum in Aegyptū  
 dominari poteſtiffet, sed ad Iubam potius se  
 convertere, amici repudiatus Iuba rebus, & ipso  
 qua nullius estimationis, aut gloria futura ex-  
 sent, Aegyptum sūt adiret suāsere, finitimam  
 regionē. & principatu ingens praditam, felicē  
 præterea, ac potenter nāvibus, frumento pecu-  
 nijsq.; cuius reges quāquam puerili in aucte  
 essent, Pompeio nāmen paterna charitate obſe-  
 querentur. His permotus Pompeius ad Aegy-  
 ptum se convertit. Cleopatra Aegypto eiecta,  
 qua cum fratre regnum simul obelinebat, exer-  
 citum circa Syriam in fratrem apparabat. Pro  
 lemanu ea tempeſtate prope Caſsum Aegypti,  
 Cleopatra inſuleus morabatur. Ita caſu quodā  
 incumbente vento, Pompeius ad Caſsum de-  
 fertur. Inſpectis copijs qua plurima in littore  
 confiterant, à curſu temperavit, meditatus,  
 quod re ipsa fuerat, adesse regem. Premissis  
 nuncij, amicitiam, quam cum patre eius ha-  
 bniſſet, exponit. Rex tertium ſupra decimum  
 statu annum iam attigerat. Exercitum eius  
 Achilae quidā adſtruabat, pecunias verò Pho-  
 tinus nomine eum uochabat: qui cōfertim de Pōpejū  
 aduentu inter ſe consultare incipiunt. Aderat

Et Theodorus Samius rhetor, pueri regis preceptor. Hi nefandum iniucem negocium animo soluentes, Pompeium interficere conueniunt, quò Casari morem gererent. Approbat deinde consilio, cymbam eximie ornatam ad eum mitunt. Veluti mari importuno eo in loco existente, nec à maioribus nauibus adiri facilis. Ministri porrò regi cymbam inscenderant: Et cù his Sempronius vir Romanus, qui tunc forte regi assidens, alias cum Pompeio militauerat. Is dextram regis nomine Pompeio obtulit, Et ad amicum filium tutò monet accedere. Inter haec exercitus. Veluti Pompeio honorem prabiturus, iuxta littere in acie constiterat, Et rex inter medios purpurea amictus veste praefidebat. Quorum aspectu Pompeius suspicione motus est, cum exercitus ordinem, cymba ornatum intueretur, potissimum cum nec ad ipsum accessisset rex, nec ex suis digniores praemississet. Hunc solum itaque Sophoclis iambum protulit. Quia ad tyrannum proficiuntur, illius seruus est, quamquam liber sit. quò dicto cymbam trepide est ingressus. Cum in alto longe abesset, inter nautigandum magis adhuc de Sempronio capite suspicari, siue quod Romanum hominem secum olim militantem nosceret, siue quò solum adesse cerneret, quasi ob militaris disciplina amulationem imperatorem suum esset inuaserus. Ad illum itaque conuersus, Tene, inquit.

egò

ego cognosco ô miles ? cui statim ille annuit.  
 Deinde conuersum primus perculit: ceteri ve-  
 rò insecuri sunt. Vxor itaque, & amici eius  
 hac à longe intuentes, eiulatu, gemituque ad  
 deos fæderum vindices, manus tollere, nullaq;  
 interiecta mora a classē ab inimico littore ause-  
 tere contendunt. Caput Pompeij à busto ab-  
 scissum, & à Photino Cæsari magno pro mu-  
 nere seruatum. Verū idem tam nefandi sce-  
 leris meritas luit pñnas. Reliquum corporis in  
 littore sepultum à quodam tumulo insigni ad-  
 dito, cui ab alio inscriptum fuit. Templi pon-  
 dus erat, modica qui clauditur verna. Proce-  
 dente tempore, cum tumulus sub arena esset  
 obrutus, statua etiam que Pompeio à necessa-  
 rijs eius circa Cassium ex are erecta steterant  
 in templi aditu, iam vetustate exeseruaren-  
 tur, etate mea ab Hadriano imperatore sum-  
 ma diligentia perquisita, & inuenta sunt.  
 cum ad partes illas accessisset. Tumulus quoq;  
 mandato eius perpurgatus, statua erecta sic ve-  
 denuò ab omnibus dignosci possent. Et hic finis  
 vite Pompeio fuit, a quo tam ingentia prælia  
 exantata sunt, cuius opera Romanorum im-  
 perium in maius aductum, ob qua magni co-  
 gnomen habere meruit, cum à nemine antea  
 esset superatus, sed ab adolescentia usque inui-  
 ctus fuisset, ac beatus. A tertio quippe & vi-  
 gesimo usque ad octauum & quinquagesi-

sum etatis annum monarchia praecepsit, summa  
 potentia fessus. Et opinio fert, ob Casan-  
 sis Zebium populari favore in principatu posset.  
 Lucius igitur Scipio Pompejū sacer, ceterique  
 quicunque illustriores à Pharsalica pugna per-  
 fugerant, ad Catonem Corcyram servire abie-  
 re, qui ad alterius exercitus curam, trecenta-  
 rumque triremum custodiām pratoradicās  
 fuerat. Itaque quicunque ex ipsis gloriari  
 ceterē, Pompejū copias, classēmque inter se par-  
 titi sunt. Cassius in Pontum ad Pharnacem  
 profectus est, et in Casarem illum excitaret.  
 Scipio et Cato in Lybiā enauigarunt Vari  
 fiducia, et exercitus qui cum illo adseruaba-  
 tur, Iuba Numidarum rege pariter cum illis  
 ad bellum conspirante. Pompeius autem pri-  
 mogenitus Pompejū filius, Læsoniusque cum  
 eo copiarum partem deducentes, in Iberiam  
 sunt profecti: quam ad se asciscentes, exerci-  
 tum alium ex Iberis, Celestiberis, seruisque in-  
 sumnum congregarunt, sic ut longe maiore impe-  
 tu assurgerent. Tanta adhuc vires ex Pom-  
 pejū apparatu superfuerant, quas idem infelicitate  
 quadam dereliquerat in fugam versus.  
 Cum autem qui in Libya conuenerant, Catonem  
 ipsis ducem postularent, Cato consularium  
 praesentia commotus, id munus rennit, qui de-  
 gnitatis causa eo in loco legati aderant, cum  
 ipse in urbe prator dantaxat extitisset. La-  
 ciunt

ciam itaque Scipionem imperatorem elegere, cum quo magna adhuc copia conspirare ad bellum. Et hi duo potissimum exercitus astimatione digni, ex Libya, & Iberia, in Casarem una vires assumpserunt. Cæsar post adeptam victoriam per duos dies in Pharsalo commoratus est, sacris intenderis, exercitumque è prælio defessum viciissim recreans. Eo in loco Theffalos qui cum ipso depugnauerant, liberos esse insit : Atheniensibus præterea veniam petentibus facile concessit, his verbis versus. Sepenumero hos vestri culpa ad interitum redactos, maiorum vestrorum gloria saluti reddidit. Tertia die orientem versus castra mouit, fidem Pompeiana prosecutus fuga. Cum ad Hellestantum peruenisset, triremium inopia scaphis exercitum traducere compellitur. Cæsius fortuna quadam triremium parte comitatus, ad nauiganti obuius fit, cum ad Pharnacem properaret. Et quanquam triremium numero aduersus paruas rates tutò depugnare posset, Cæsar's tamen felicitate conterritus, ciusus fides perfecta erat, vires formidanda, eundem consultò ad nauigare ratus, à trireme in scapham porrectis ad eum manibus soltro desistit, Geniaque impetrata triremes omnes illi tradidit. Tantum potentia Cæsar's felicitas sibi ascriuerat. Non enim ego aliam contemplor rationem, neque opus aliud

excog

excogitare possum in tanta temporis difficultate, tamen illi fortuna successisse, ut Cassum virum bellicosum octoginta triremibus aduersus nassantem, ac illi imparato occurrentem adeò terruerit, ut nec ad manus cum eodem accedere sit ausus. Nam eum, qui tam turpiter ex timore se illi dederat, posterioris Roma imperantem neci tradidit. Quae re satis constat, longe ampliorem ex fortuna Caesaris tunc illi timorem affuisse. In hunc modum prater opinionem saluatus Caesar, superato Hellestanto, Ionijs, & Aeolijs, caterisque nationibus, Cherronesum magnam incolentibus, quam Enon nomine Asiam minorem vocant, per legatos deprecantibus veniam concessit. Audiens præterea Pompeium in Aegyptum pertransisse, Rhodum peruenit, neque Ulterius expectato exercitu, quia ad eum per partes accedebat, Cassij & Rhodorum triremibus assumptis, cum praesentibus duntaxat classem ingressus est, neque ulli patefacto isteneri circa Gesperam cursum mouet, reliquis gubernatoribus, ut classis sua signum per diem sequerentur admonitis. Gubernanti autem proprio, cum iam à littore longe abesset, Alexandriam versus vela iubet exponere. Sic tribus diebus pelago profectus Alexandriam peruenit. Eo loci ab regijs ministris benigne receptus est, cum rex moram circa Cassum adhuc

adhuc ageret. Ac primum quidem ociositatem quandam ob assidentium sibi paucitatem simulare caput. Nam ad eum accedentes per humane recipiebat. Et orbem circumiectus, pulchritudinem eis admirari visus, et disputantibus philosophis in multitudine presens astitit. Quibus ex rebus gratiam apud Alexandrinos, veluti à negotijs omnibus solutus, sibi comparavit. Assidente vero exercitu, Photinum quidem. Et Achillam ob ea qua in Pompeium perpetraverant, morte malitauit. Theodotum deum fugientem Cassises cum in Asiam venisset, cruce suspendit. Tumulus ob hanc rem inter Alexandrinos orto, cum regium exercitum in illum concitassent, pluribus prelijs circa regiam. Et in mari littore certatum est. Quo in loco cum in mare desiluisse, et in profundo aliquandiu enatasset, Alexandri vestem ab eo ademptam, in trophai modum erexere. Postremò iuxta Nilum cum rege certamen iniit, in quo victorsa superior evasit. Inter hac per nonum menses commoratus, tandem Cleopatram fratri loco Aegypti regnum insit obtinere. Per Nilum quoque quadringentis nubibus deuictus, quo regionem perlustraret oculis, cum Cleopatra simul adiit, multaque alia se illi obsequeretur effecit. Verum hoc  
 sing

singula et gesta sunt, diligentius eo libro reu-  
 feruntur, qui de Aegyptiis inscribitur a no-  
 bis, Caput Pompeij ad se delatum minime  
 intueri voluit, verum sepeliri statim iussit.  
 Templum quoque perexiguum ante urbem  
 condidit, quod indignationis Sacrum appella-  
 batur, et quod atate mea Traiano impera-  
 tore Indorum genus in Aegypto debellan-  
 te, ab Iudass ipsis ad opportunatatem bello  
 disiectum est. Tam magna in Alexandria  
 operatus Cesar, per Syrnam in Pharnacem  
 copias mouit. Is quippe iam multa perege-  
 rat, et quasdam Romanorum provincias si-  
 bi ascuerat, et cum Domitio Cesaris preso-  
 re depugnans, splendide victoriam adeptus  
 fuerat. Qua ex re maxime elatus, Amynum  
 urbem in Ponto sitam, et Romanorum fa-  
 cientem partibus, in seruitutem redegerat,  
 pueris quoque eorum manus abscondi iusser-  
 at. Adueniente deinde Cesare, pavore, no-  
 paenitentia cunctus, cum per ducenta stadia  
 longe abesset, legatos pro pace ad eum misit,  
 qui coronam deferrent auream, filiam quoque  
 eius ob inscitiam in matrimonium illi trade-  
 rent. Cesar intellectis his que affreabantur,  
 cum exercitu progressus est, et ipse in pri-  
 mis anteire properauit, legatos verbis deti-  
 nere, donec ad Pharnacia castra perueni-  
 set.

set. Et hoc solum ingniens: An panas ad-  
huc dabit hic patris interfector? equum ascen-  
dit, & confessim à prima voce Pharnaces  
infugam fertit: plures quoque cum equis in-  
bus quis ad mille primo impetu ad eum venie-  
rant, occidit. Qua ex causa illum exclamaf-  
se ferunt: O beate Pompei similibus post Mi-  
thridatem huic patrem occurrens hostibus,  
et ob id magnae habitus, & magnus ap-  
pellatus: post pugnam deinde hac Romam  
permisit. Veni, vidi, vici. Pharnaces in Bo-  
sphori regnum quondam à Pompeio sibi tra-  
dustum libens abscessit. Caesar nulla ad actum  
intermissa mora, tot bellis ipsum circumstren-  
pentibus, in Asiam peruenit: & in trans-  
itu Sorbitibus qua tribus oppressa fuerant, insa  
administravit, quemadmodum à nobis in  
Asiaticis rebus prescriptum est. Sentiens  
deinde seditionem Roma coortam esse, &  
Antonium equum prefectum, comman-  
dum cum exercitu omni ex parte praecludere,  
Romam regreditur: quòcum venisset, omnia  
civilis sedis extincta est. Verum milatum  
altera in eum insurrexit, qui nec ipsi Phar-  
salico bello promissa capientes, neque ex le-  
ge Solerius in bello permanentes, ad patriam  
redire properabant. Nam quadam illis insi-  
nitæ in Pharsala, & alia etiam infinita

cuncta

cum in Libya bellum perfectum esset, pollicitus olim fuerat: tunc autem ad illos misit sanguineque mille drachmas personam iubens. Hi vero non polliceri cum potius quam excolvere statim admonebant: parumque abfuit, quin Priscum Sallustium ad eos missum hic de rebus interficerent, nisi quod idem fuga elapsus est. Quibus perceptis Cesar legionem alias militum, qui verbum sub Antonio seruabant, domini sua, verbisque egressibus insit prasidere, Veritus ne milites ad rapinas se conferrent. Ipse trepidantibus cunctis, Et militum insultum praecaueret admonentibus, longe audacior ad eos dissidentes in campum Martium profectus est, ita ut priusquam loqueretur, in tribunali sit conspectus. Illi cum tumultu inermes ad eum accurrere, Et mos est inopine adueniente eo, imperatorem generati sunt. Iubente deinde illo ut si quid de muneribus loqui vellent, in conspectu suo dicerent: nihil ausi ex paurore siluerunt. Cum autem moderatus a militia dimitti omnes conclamarent, sperantes eundem ob exercitus indigentiam sub munerum spe ad reliquos hostes deducturum esse, de communi opinione nihil Veritus, dimisso vos, inquit. Stupentibus ipsis, multo magis subsequento silentio, in hunc modum fari caput. Dabo vobis

Nobis omnia qua pollicitus sum, cum de ceteris triumphum agam. Quo insperato responso  
 moxi, cum id ipsum late audirent, serecundis  
 etiam oppressi sunt. Ratio quoque cum Zelo si-  
 mul incidit, quasi eorum imperatore hostium  
 in medio relecturi essent, alijq; ipsorum loco  
 triumphum habituri. Lucra insuper, qua in  
 Libya longe maiora consecuturos se sperarent,  
 amissuri, & vicissim Casaris & inimicorum  
 eius futuri hostes. Quia ex re ampliore adhuc  
 timore ex dubitatione conticebant, sperantes  
 Casarem quicquam illis daturis esse, ac simul  
 ab necessitate, quam in praesenti haberet, pa-  
 nitentiam acturum; at ille ex aduerso loqui  
 desyat. Amicis deinde, ut aliud quippeam ad  
 eos loqueretur suadentibus, & ne tam breui  
 superboq; responso plura militibus celaret ad-  
 monentibus, loqui exorsus, cives militum loco  
 habere se dixit, quod discedentium à militia,  
 & privatam vitam subeuntium signum erat.  
 Illi penitentia ducti, & gloriua non ferentes,  
 exclamare, ac precari, & ut ad militiā assu-  
 merentur exposcere. Reensante & id Casare,  
 & à tribunali simul descidente, milites mul-  
 to acris instare, & ut permaneret orare, &  
 qui delinquissent, pena affici debere postula-  
 bant. Modicum igitur quid commoratus, ne-  
 que discedens, neque regredens, dubitatio-  
 nem simulare caput. Max reuersus, nem-

nem ex ipsis se punire velle dixit, angustam admodum, ac dolere legionem decimam, quam in honore semper habuisset, huiusmodi tumultus præstissime causam. Hanc igitur solam ab exercitu meo, inquit, exire. dabo autem quaecunque vobis pollicitus sum, cum ex Libya rediero. dabo insuper agros cum bella omnia confecta facient, nec quemadmodum Sylla, à ceteris eripiens quos illi haberent, & scelatos cum his qui accepissent, in unum habitare faciens; & ad iniucem hostes eos statuens. Verum populi agros inter eos distribueret, & ex me ipso necessaria simul adhibens. Plaustru & collaudatione ab omnibus elatis, decimæ legio marore tabescerat. Casarem solum erga se implacabilem esse intuens, se que ab illo sortiri deposcebat, & partem ex ea morte multari. Casar nihil cum illa contendere ausus, cum indigeret adhuc, cautes demum patitentia deductam sibi conciliavit: indeque in Libyam ad bellum se proripuit. A Regino itaque Urbe in pelagos delatus, à Messenia tandem Lilybaum deuictus est. Ibi Caetanem bellii apparatum cum classe & pedem tum parte in Utica seruare intelligens, trecentis Romanorum additis, qui se belli consultores fecerant, & Senatum seipso nuncupabant, Imperatorem vero eorum Lucium Scipionem constitutum esse, præstantiores ex ip

ex ipsis in Adrumeto moram ducere, Scipionem versus classem mouit. Quem cum ad Iubam profectum offendisset, contra Scipionis exercitum aciem instruxit, quasi opportune hostes Imperatore absente praesio invaserunt. Labienus ex aduerso ac Petreius Scipionis duces illis occurrunt, & ex Casaris milibus plures intercipiunt. Fugientes quoque per contemptum insequis caperunt, donec Labienus equus per ista confusus humili deiecit. Verum illum clypeatorum manus ab hostibus eripiuit. Petreius abunde eorum periculo perfecto, & quacunque libuisse, facile obtemperare potens, bellum intermisit, eos qui circumsternerant, his verbis increpans, Ne Scipionem imperatorem nostrum Victoria fraudemus. Quid opus Casarea fortuna pars altera videtur existisse, hostibus, Et apparuit, Victoria addeptis, qui tam inopine pugnam dissoluerent. Ipsum autem Casarem eo in palaio in suos insurgentes à fuga cohibusse auirent, & quendam ex ipsis aquilam ferentem, qua præcipuum in bello signum fuit, sua manus invadentem, à fuga ad primos compulsiſſe, donec Petreius retrogressus est, & Casar ipſe faciliter suos reuocauit. Et hic belli primi à Casare gesti in Libya finis fuit. Non multo post cum Scipio octo peditum legionibus instructus, equitibus viginti millibus, quorum maior pars Le-

bycorum fuit, adhac scutatis plurimis, & elephantis circa triginta, aduentare diceretur, & cum eo Iuba rex, qui pedites alios ad triginta millium numerum, Numidas equites ad viginti millium, lanceatores quoque multos, & elephantos sexaginta alios secum duceret, Romanorum exercitus caput trepidare, militesq; inter se tumultum concitaverunt eorum causa qua tampridem experts fuerant, & hoc ob opinionem multitudo ac virtus, maxime insurgentium Numidarum equitum, tum ob elephantorum bellam aduersus constitutum. Boccho deinde altero Maurusiorum rege, Cirtam, qua Iuba regia fuerat, intercipiente, Iuba intellecta re ad propria cum exercitu reversus est, triginta duntaxat elephantis Scipioni derelictis. Qua ex re Casaris exercitus adeò exhilaratus est, & quinta legio elephantis se opponi postularit, eaque in primis victoriam adeptæ sit: & ex hoc nunc etiam ipsi legioni elephantis Sexillis inscribantur. Tandem longa cum labore in omni eius bellis parte pugna, multimoda conversione facta, Casar fix tandem in vesperam Victoria potitus est. Et Scipionis exercitus demum superatus, nulla Victoria intermissione nec in nocte quidem facta, quoad omnia profligata sunt. pauci hostium & potuere in fugam abiens, Scipio ceteris omnibus Afrania permissione

missis, per mare duodecim catapultarum missibus clausus est. In hunc modum exercitu ex ducentarum milibus militem ad praelium instrueret, et iam pridem expertus, & ex prima pugna in spem maximam elatus, hoc secundo praelio penitus dissipatus est. Casaris gloria felicitate bellis insuperabilis à cunctis habita, nihil vetus virtuti eius tribuentibus, sed propria errata Casaris felicitatis adscribentibus. Visuna est enim id bellum ducum imperitis in hanc cladem decidisse, minime sustinentibus ipsis quousque ut in exteris indigeret Casar, neque primam victoriam ad finem usque deducentibus, verum se statim ipsos dissidentibus, cum iam Casar esset profigatus. His Uticis relatim circa tertiam ferme diem, & Caesare subito admovente copias, fuga omnium infecuta est: quorum neminem retinuit Cato, sed manus illustrioribus eorum tradidit, ipse quietus in forbe persistit. Uticensibus etiam pro illis in primis deprecari pollicentibus, subredens Cato, non conciliacione sibi cum Caesare opus esse respondet, & id ipsum Caesarem optimè intelligere. Publicatis insuper his que recondita apud illum fuerant, singulis Uticensium primoribus inscribens atque dispartiens, circa vesperam à balneo ad canam transiit. Discubens porro cōminatus est eo more, quo à Pompej nece consuerat, nihil solite con-

versationis omittens, neque plura aut pauciora consilio inferens. Cum astantibus etiam de his qui enauigauerant, sermonem protulit, rogans an prospero vteretur vento, & quia in intervallo longe essent abituri priusquam ad lucem accessisset Cesar. Postremo in cubiculum delatus, ceteros omnes, filio excepto, a se dimisit, quem solito arctius amplexus est. Post hac ensim lecto assidere solitum minime intuens, exclamare capit, se hostibus ab domesticis inermem prodi. Quemadmodum enim, inquit, necessarijs uti possum, si per noctem contra me insurgat quisquam? Amicis autem illum adhortantibus, & se nihil in eum machinari profitentibus, verum ut sine ense quiescere vellet suadentibus, aperte hac inquit. Non enim mihi mori cupientis, ense opus est. facillime quidem vel veste spiritum letet opprimere, vel caput parietis vltro impingere, vel in collum praeципitare meipsum vel peream, vel resentio spiritu obire mortem. Multaque aliae elocutus, ut ensim perferrent exorauit. Quo aliato, Platonis librum, qui de anima inscribitur, ab illis poscens legere persenerauit. Cum a lectione desisset, qui portis praesidebant, quieti indulgere monuit. Ipse autem se sub pectore impresso ense vulnerauit. Effluentibus itaque visceribus, cum strepitus insensus esset, qui ad portas morabans subi-

to accurrunt. Medici quoque viscera adhuc illas reducere, & vulnus colligare tentabant. Ille reassumpto spiritu, dissimulare iterum, ac scipsum increpans, quod mensus alte vulneris impressisset, gratias illis veluti salutis sue auctoribus ultra reddere, demum se quicte indigere dixit. Illi artepto ense discessere, & quasi quieturo præludere portas. Cato dormientis similitudine prælata, obligatus Vulneris silens ipse manibus diripiuit ambabous, & suturas corporis infregit, fera in morem. Vulnerus præterea & ventrem sanguibus digerisque laceravit, visceraque dissecit, quoad tandem extinctus est, annum tam quinquagesimum etatis agens. Mentem suam ex hisusmodi indicio aperuit, omnium mortalem ferè singularis, iustum & honestum, & quod bonum dicatur, non moribus magis quam rationis magnanimitate diffiniri. Martia illi exar Philippi filia à principio fuit, qua maxime oblettatus est filios que ex ea genuit. deinde Hortensio amico habendam tradidit, veteri consuetudine, cum ille filiorum cupidus, nusquam mulieri fecunda conuenisset, hanc posterius ex eo pregnantem domum reduxit, quasi illa indigeret. Talis Cato fuisse scribitur: quem Uticensis splendide intulere se pulchro. Caesar illum gloria sua inuidisse retulit. Cicetone de ipsis laniibus librum per-

scribente, qui Cato appellatur: Caesar ex aduerso Anticatonem in calumniam eum edidit. Iuba & Petreius perceptis his qua gestas fuerant, cum nec fugare aut salutem Elterius sperare possent, inedia vulneribus que se ad iniuriam tandem confecere. Caesar Iuba regnum Romanis sub tributo contulit, cuius Crispus Sallustius pro pretore praefuit. Uticensibus, Catonisq; filio Veniam concessit. Pompej filiam cum duobus ex ea patris Utica prehensam, Pompeio dimisit encoluminem. Ex trecentis verò illis qui Senatus formam præferebant, quoscumque repertos nec traxerunt. L. Scipio, qui eo in bello imperator fuit, hydram in mari agens, hostilibus nauibus a casu obesus, peregregie se gesit, donec superato eius classe serpsum interemisit, spōte que in mare præcipitem dedist. Hic igitur Casario in Libya belle finis fait. Ipse Romanam reuersus, quatuor interpositis diebus peregit triumphos. De Gallicis primum, in quo plurimas & maximas duxit nationes, & quacunque alia deficiencia adeptus fuerat. Ponticum contra Pharnacem, Libicum in Libyos, qui Scipio adheserant. Inter hos Iuba, Iuba filios inflans adhuc afferebatur. attulit & eiusdam circa Nilum naumachie triumphum Aegyptium, Gallorum & Pharnaciis in medso. Que verò ad Romanos pertinebant, veluti in

ter

ter cives gesta, neque sibi admodum beneficia.  
 Et Romanis insuper turpia infamia que vi-  
 debantur, et triumpho per imagines inscriptas,  
 eorumque passiones pariter expressit. Viros  
 quoque semiludinibus varijs scriptisque re-  
 presentauit, Pompeij imagine exceptis. Hu-  
 ius solam deferrit Et ostendit venit, cum po-  
 pulum erga illum benevolentia affectum ad-  
 huc esse intelligeret. Populus igitur domesti-  
 cis in malis, quamquam timore oppressus, sus-  
 perio tamen maiorem prodidit, posissimum  
 cum L. Scipionem imperatorem suum à se-  
 ipso sub pectore trajectum, Et in mare colla-  
 bentem, Et Petreium se inedia ferro que con-  
 fidentem intueretur, Et Cataram fera in mo-  
 dum Sicyera dilacerantem sua. Achila ne-  
 cem, Et Photins, gaudio prosecuti sunt o-  
 mnes, Et in Pharnacis fuga risum emisere.  
 Pecuniarum in triumphis summam delatae  
 ferunt sexaginta quinque talentorum mil-  
 lium. Coronas ex auro duas Et viginti, ac  
 octingentas supra duo millia, qua quatuor su-  
 pra decem Et quadringentarum amplius. Vi-  
 ginti que millium librarum pondus excelle-  
 rent. Ex quibus statim post triumphum, qua-  
 cinque exercitus pollicitus fuerat, amplia-  
 re adhuc pecunia exoluit. Militi drachmas  
 quinque mille Atticas, turma ductori bis toti-  
 dem, tribunis militum, equitibusque in du-

p 5 ple

ploratius, ad hac singulis ex populo minantur  
 Enam Atticam. Spectacula quoque multi-  
 fariam edidit equorum, & musici pedestrisq;  
 certaminis, vitorum mille ad totidem certami-  
 nium, & equestres pugnas ducentorum pa-  
 riter, & alium expeditibus, equis' que prae-  
 dum subinde immiscens, elephantorum vi-  
 ginti bellum strinque locatorum. Nautes  
 praterea pugnam remigunt' quia t' millorum,  
 mille bellatoribus utraque ex parte insiden-  
 tibus. Erexit & Veneri genetrici templum.  
 Et prius ad Pharsalum vocerat bellum ini-  
 turus. Atrium quoque templo circumduxit,  
 quod Romanorum forum esse voluerat; non re-  
 rum quidem Vendalium, sed eorum, qui ad in-  
 rasimul consentirent, quemadmodum apud  
 Persas aut quarantibus aut explicitibus in-  
 racernuntur. Cleopatra per illustrem de a ima-  
 gitinem templo contulit: quae a nobis eo loco  
 adhuc visitur. Cum census populi describere-  
 tar, siccus dissidenteum turba, qua ante bellum fue-  
 rat, intentum est, in tantum hisusmodi con-  
 tentio exhaustit scribam: Ipse iam quarto fuen-  
 ctus consulatus, in Ibersiam contra iuniores  
 Pompeium profectus est. hoc quippe resa-  
 duum, nec ab eo contemnendum spererat tri-  
 nile bellum. Quicunque etenim optimi ex Lib-  
 ya perfugerant, hunc in locum conuenere, &  
 exercitus ex Libya: ducibusq; in Pharsalo fu-  
 pera

peratis, in unum se consulerat. Ex Iberis vero  
 et Celestiberis nationibus audacissimis, bello  
 consuetis, et ex seruis præterea multitudine in-  
 gens ad Pompeium venerat, et iam quartum  
 annum in his cœtentionibus exegerat, animoq;  
 ad pugnandum parato cum desperatione quoq;  
 ferebatur, qua minime cōfissus Pompeius pu-  
 gnare subire formidabat. Verū accedente Ca-  
 sare, belli descrimē inire statuit, quanquā dis-  
 suadētibus illis senioribus, qui ad Pharsalum, et  
 in Libya Cesarem experti, tempore fameq;  
 bellū exteris in locis conterendum potius esse  
 suadebant. Caesar autem e Roma septem et  
 viginti diebus ad eos venit, granissimo exer-  
 citu longissimum emens iter. Timor igitur,  
 qualis haud antea exercitum eius invasit ob  
 multitudinem et experientiam, desperatio  
 nēque hostium. ob qua Caesar tardius mil-  
 tes in aciem educebat. Id animaduertens Pom-  
 peius propius accessit, ob pauorem minimā  
 eos faciens. Quod dedecus permoleste ferens  
 Caesar, copias prope Cordubam in aciem edu-  
 xit, insigne, ut prius, Venerem illis anteponens:  
 Pompeius contra Pietatem. Incumbente Ce-  
 sare, cum exercitus paurore correptus trepi-  
 daret, pauci quoque desidia admixta esset,  
 Caesar porrectis ad celum manibus, deos o-  
 mnes innocare, et ne unico prælio multa et  
 splendida eius gesta detur parent, capit depre-  
 cari.

cari milites quoque discurrens nominatim appellabat, casside præterea adempta, vultu eius inspicere cogebat. Illi vero nec hoc quidem modo à timore cessauere, donec Caesar finis clypeo arrepto, duces circunstantes in hunc modum affatus est: Erit hic mihi vita finis, sub his autem rei militaris dies ultima. Quibus diebus ex acie procurrent sic hostes propulsi, ut per decem pedum spatium loco cederent, ducentaque ad illum tela iacerentur, quorum partem evitaret, partem clypeo exciperet. Ea ex causa ceteri accurrentes ante illum constiterunt. Et exercitus omnis impetu cunctus per finitem diem depugnauit, nunc impellens, nunc repulsus, victus victorq; per partes, quousque in vesperam tandem Victoria potitus est: Ut Caesarem dixisse ferant: plerisque pro Victoria, tunc autem pro anima solum decertasse. Cade ingenti edita, fugaque à Pompeianis in Cordubam subinde facta, Caesar ne fugientes hostes denuo ad prælium redire possent, militesibus ut verbum vallo cingerent imponit. Illi defensio corporibus ob bellum gestum, interemptiorum arma iniuciem deferrre incipiunt, et telis in terram fixis sustinentes, super ipsa morari sunt. Sequenti die ciuitas ab illis capitur. ex Pompeij ducibus Scapula erecta pyra semee iniecit flammis. Vars et Labieni, ac aliorum illustrium capita ad Caesarem delata sunt.

Pompeii

Pompeius clavis initio cum centum & quinquaginta equitibus ad Carthaginis ausfigit, quo in loco classem obtinebat, & velut primatus naves latens, lectica ablatus est. Cum autem & hos de salute desperantes intueretur, veritus ne ab illis traderetur hostibus, fuga denuo inita scapham ingressus est. pede casu à funibus simpliciter, dum funem gladio secare nititur, pedis plantam gladia abscedit. eo modo ad locum quendam nave delatae curabatur. Cum denuo quereretur ab hostibus, per iter profundum, dumque obsatum fuga elabitur: sentibus vulnus stimulatis, sub arbore tandem fessus constitit. Deprebens itaque ab his qui illum inquirebant, non ignave se se protegens imperfectus est. Caput ad Casarem delatum, eius mandato sepultura traditum. sic bellum & impetu preter cunctorum opinionem confectum est. reliquos ab his fugientes Pompeij frater adolescentior in Egnatiam congregabat, & ipse Pompeius appellatus, Sextus pronomine. Verum idem latitans & fugiens disertim pradabatur. Caesar Romanum regressos, civilibus confectis bellis omnibus, formidabilem se Egnatissim, ac veredum praestitit. & qualis ante eum nemo fuerat. Ea ex causa honores omnes, qui supra homines excogitari possunt, nulla mensura illa prabitis, in sacris scilicet iudic, monumentis, in templis, locisque publicis

publicis, per tribus, omnibusque nationes, reges qui nomini Romano amicitia aliqua afficerentur. Figura multiformes eius statuus inscripta, quarum nonnullis corona ex queru addita veluti sermatori patria, quibus olim ciuem clypeo tegentes ornabantur. Appellatus est ergo pater patria, ergo Dictator in omnem vitam electus, consulque ad decennium, corpus eius sacrum ergo intemeratum habitum. Ius ab aureo solio eburneoque descēbat, ergo triumphibus induitus ornamentis continue sacra faciebat. Urbem per singulos annos diebus in quibus acce siccisset, sacratam statuerunt, sacerdotésque ad quinquennium, votaque publica pro eodem haberi solita, dignitates ad hac constituta, qua iure invando nibil his que à Cesare confecta essent, aduersari velle confirmarent. Ad honorem quoque stipeis eius, Quintilem mensem Iulium appellari placuit. Templa illi plurima veluti deo publicis decretio statuta sunt, ergo commune ipse Clementia que in unum condiderunt. sic enim Sot dominum illum venerati, Et propitius sibi foret, deprecatisunt. Fuere ergo regem dici suadcent: donec his perceptis, scena obnugratione ab huismodi nomine continere iussit, veluti nefandum abhorrens, maiorumque suorum execratione detestandum. Cohortes militares, quarum opera se ab hostibus tutas

sus

tue esset, custodia dissolue. Et popularibus  
 ducentarum ministris comitatus, in publicum  
 processit. In hunc modum ante rostra agenti,  
 atque iudicantis, decretum humorum omnium  
 Senatus ipse praecuntibus consulebus, ornatum  
 viro Et ardore illi detulit. Caesar bilare su-  
 sciptis, apsis, menti quam accendentibus atq; ma-  
 nentibus assurgere sustinxit: Verum stimu-  
 lantibus ad regia appellationis nomen, affen-  
 sam re ipsa præstisit. Cateras dignitates, con-  
 sulatu per decennium exceptio, sibi assumens,  
 consules in futurum se Et Antemius magi-  
 strum equitum eius declaravit: Lepido im-  
 pterus, Et interim pro Antonio magistratum  
 gereret qui Iberia preposuisse, amicorum gra-  
 tie illi præcerat. Exules omnes renocaverit, nisi  
 quis ad intolerabiles fuga peruenisset. Inimicis  
 Semiam concessit, Et plerisque qui illum oppu-  
 gnaverant, se penumero magistratus an-  
 nulos consulerit, Et ad provinciarum curam ana-  
 exercituum emisit. Quibus ex rebus adductus  
 popularis, democratiam se illi concessum confi-  
 sus est, que admodum Sylla par modo potentia  
 sua præstisisset. Caterum in loco quam maxi-  
 me videtur aberrasse, imaginem quippe eius  
 quidam ex adulorum numero ex verbo ad  
 effectum regni representans, lauro tenui per-  
 alba insertae coronauit. Hunc tribuni Ma-  
 ryllus Cesariusq; carcere inclusere, simulan-  
 ges

tes & in hoc Cesari rem gratam agere, quia  
ad regni mentionem continuo subirasci con-  
sueverat. quod ille patienter perferre sisso.

Alijs circa portae aliquando gradientem sa-  
lutantibus & regem, cum populus ad vocem  
ingemisceret, percallide in hunc modum re-  
spondisse dicitur, se Cesarem esse, non regem:  
quasi ad nomen eius aberrassent. Cum Ma-  
ryllus eos quia principium hanc rei prastitif-  
fent, subinde deprehendisset, & a ministris in-  
sudicium deduci tuberet, Cesare non ultraeum fe-  
rendum ratus, de Maryllo in Senatu graci-  
ter conquestus est, Seluti astute in eum insi-  
diis fruente ob tyrannidis calumniam: di-  
gnum quoque morte esse censuit, Selu à magi-  
stratu salem & Senatu submonendum, quod  
potissimum illi calumniam inflixit, quasi ho-  
iusmodi nomen affectaret, que ad experimen-  
tum usque progressus tyrannidem inclusam ge-  
reret. Sive enim occasio eundem puniendi, Re-  
gij nominis appellatione prætentia est, sive quod  
tribunorum potestatem veteri facramento at-  
que lege sacram inviolatamque censeret, iram  
cerce peringentem extulit, quo reliquum ei ad  
magistratus tempus perferre nequisisset.  
Quod & ipse intelligens, primitis adductis  
cum hoc solum nullo bello initio in ipsa pace in-  
solerabile granèque iudicaret, amicis dixisse  
fertur, cum illum diligenter procurare ad-

monus

recomisissent. Inimicis aduersum inquirentibus, occasionem sè atunde praefistisse. Adhortantibus denmo illis, ut custodiā corporis Ibericis cohortibus exhibere vellet: Nihil assidua custodia infelicius esse inquit, & in perpetuo timore commorantibus. Neque propterea adipiscendi regni experimenta cessavere. nam eodem Lupercos in foro contemplantē ante rostra in throno aureo, Antonius in consulatu collega eius, cum nudus & nectusque decurreret. Et celebratissimus illius sacerdotibus mos olim fuit, ad rostra delatus, Caesaris capiti diadema intulit. Quamobrem cum à pueris plausus redderetur, plebes autem ingemiscerent, Caesar diadema subito reiecit: quod Antonius sterum illi apposuit. Reijiciente iterum Casare, & id munus abniente, populus ad eorum contentione mō silens perstans, suspensus quoque finem & eventum morabatur. Casare diadema omnino response, magno clamore letitiam prodidit, Casaremque summis laudibus omnes extulere. Ille igitur sine desperans, sine frustra labori innixus, & experimentum tandem existans aut calumniam, aut cimilibus quibusdam hostibus ultra cedens, sine valetudini curam adhibens, epilepsia scilicet, & caduco morbo, qui plerunque inter osium illi acciderat, ingensem in Parthos Cesariq; expeditionem measatus est.

Getis quidem, & in insolentioribus, & pugna  
 cupidis. & propinquis sibi nationibus bellicis  
 parans: Parthis vero, & Graeci sollicitare-  
 tur iniuriam, quem prater fidus bello inua-  
 ssent. Exercitum igitur sex & decem legio-  
 num peditum, equitum decem milium, qui  
 Ionium transmitteret, praesore iussit. Sermo in-  
 terim aliis ex Sibyllinis monitis fulgurare est.  
 non ante Parthos Romanie parituros, quam  
 rex ad eorum bellum mitteretur. Quia ex can-  
 sa nonnulli in medium afferre ausi, & dicta-  
 torem prius, sic nunc imperatorem Cesarem  
 esse vocitandum, & quocunque also nomine  
 reges appellantur, omnesque nationes Roma-  
 nis subditas nullum alium appellare regem.  
 Ille id ipsum abhorrere simulans, omnino ad  
 egressum suum properabat, cum iam iniui-  
 dia in Urbe laboraret. Caterum per quadrin-  
 dicum antequam ad Parthos profecturus es-  
 set, ab amulis in Senatu occisus est, sine ob-  
 felicitatis zelum ac potentia, cuius iam ad  
 summum videbatur peruenisse: sine, &  
 illis assertum est, patria desiderio & chari-  
 tate ducerentur. iam enim absurdè notum  
 erat, et si Parthos non viciisset, haud ambi-  
 guum tamen Romanorum futurum regem.  
 Hac igitur ratione ductos arbitror in eum af-  
 fumpisse impetum, nomine duntaxat inter se  
 disidentes, opere vero dictatore cu[m] & re-  
 gno

gem intuentes. Insurrexere autem in eum duo  
potissimum viri Marcus Brutus Capio co-  
gnomine, Brutus illius qui a Sylla interficetus  
fuerat, filius, et bello apud Pharsalum gesto a  
Cesare profugerat: et Caius Cassius qui tri-  
remes circa Hellespontum in potestate eius  
deiderat. His quippe ambo Pompeij partes o-  
lum secunt, et ab ipso Cesare in amicorum  
nomoero habitu fuerant, Decimus etiam Brute-  
tus, et Albinus, omnes apud Cesarem ho-  
noris et fidei causa generati, quibusque res  
magñas idem credidisset, et in Libya ad bel-  
lum proficisciens, exercituum suorum curam  
demandasset: nam Celsus supra Alpes Deci-  
mō regentos dederat, qui vero intra Alpes  
ercent, Brutus. Cum igitur Brutus et Cassius  
inticem de pratura virbis discederent, sine aliac  
rum dignitatum, sine pratura ipsius causa,  
aut simulacionis potius inter se contendenter,  
ne in ceteris vna conuenire viderentur, Ca-  
esar virbis eos deliniens, ad amicos ita dixi-  
scetur, Ita et Cassium exposcere, Bruto ta-  
men indulgendum fore, tanta omni in re bene-  
volentia et honore erga illum fuisse est, ut a  
quibusdam Cesaris filius existimat sit,  
ciem Serusiam Catonis sororem, Brutus ma-  
trem eo tempore quo Brutus natus est, arden-  
tissime adamisset. Itaque ad Pharsalum victo-  
ria potius, magna solitudine auxibus impo-

q 2. fusse

suisse dicitur. Et Brutum quo addiceret, in-  
 columem prastarent. Verum ille sine ingra-  
 tus, sine culpa matris ioscans, sine Cesari  
 minus fidens, erubescens ut, sine libertatem  
 pluris faciens, scelus, patriamque pafceret,  
 sine ex Bruti priſci stirpe genitus, qui re-  
 ges expulsi, Ego à populo conuitis ad id opem  
 irritatus. Nam multa Bruti prioris flatua.  
 Ego ipsius tribunali inscripta clam reperta  
 sunt, in hunc ferè modum. Brute munera  
 accipis: Brute mortuus es: Etiam Brute fa-  
 ueres. Quād indignam sortitam es Brute pro-  
 lem. Neque ab illo profecto es genitus: plenar-  
 que huiusmodi inuenem incenderunt, ad hoc  
 certè facinus. Veluti maiorum auctoritate di-  
 gnum deflexit animum. Incredulitate itaque  
 regis fama, Ego consilio inter eos de hac re  
 cum primum affuturo, Cassius dextra Bru-  
 te prabita, Quid in consilio facturi, inquit,  
 o Brute? an et Cesaris adulatores decet. sen-  
 tientiam de rege proponemus? Minime huic  
 consilio adesse velim, respondit Brutus. Ele-  
 tus his verbis Cassius: quid si nos, inquit, sed  
 praetores aduocarint? quid agemus Brute opt-  
 me? Patria, inquit, usque ad mortem opem  
 afferemus. Quibus dictis complexus cum  
 Cassius, Quis te, inquit, non optimus seque-  
 tur ita sentientem? An artifices Ego capo-  
 nes tribunal tuum inscribere magis autem,  
 quād

quam Romanorum quosque optimos, qui à ca-  
seri pratoribus eorum dantur a spectacu-  
lo, aut ferarum, à te autem libertatem, tan-  
quam maiorum tuorum insigne opus exigunt?  
Huc igitur iampridem meditati, tunc quod-  
dam palam inter se proculere: ac primum  
quidem amicos proprios, dein Casari ipsius  
attentare ausi, quos in utramque partem au-  
daciens noverant. Ex suis potissimum fra-  
tres duos Cecilius, & Bucolanius, & sub-  
trahes Rubrium Rigam, Q. Ligarium, Mar-  
cum Spurius, Seruidum Galbam, Sestium  
Thasinem, Pantium Aquilam: bos quippe  
ex domesticis effuerant. Ex amicis vero  
Casaria, Decimans, de quo prescripsimus,  
Caium Casiam, Trebonium praeterea, &  
Attilium Cambrum, Minutum, Basillam-  
que. Cetero abunde ipsis promisum videretur, nec  
pluribus commiscandum esse Volserina, in-  
vicem conspiravere omnes, nullo invenian-  
do aut sacrificio adhibuto: neque tremen quis-  
quam ex ipsis se intimidavit, aut fidem pro-  
didit: tempore dantur auct. & locum requiren-  
bant. Attulit autem vel maxime commodi-  
tatem tempore, cum Caesar die quarta ad exer-  
citum esset profectus: sed custodes milium  
ipsum circumstante, locum in Senatu prime  
elegere, rati Senatores, eosque conspirationem  
maxime intellegentes, inspecta re promptis-

simè manus ad opus allatu<sup>r</sup>os; quæ madmo-  
 dum in Romulum, cum ex rege tyrannus effi-  
 cetus esset, euenerisse satis constat. Sic isti pauci  
 formiter accidere; cum in Senatu fieret, non  
 ab insultu existimare homines, sed ab ambi-  
 faciuitate perpetratum esse. Et veluti com-  
 mune facinus multum periculum à Caesaris omni-  
 tibus afferri posse. Verum laudem ipsius non  
 ignorantibus quantum negotij aggressorū fuit,  
 permanere. His rationibus permotamnes, Se-  
 natum pro loco sibi destinante, de modo adhuc  
 inter eos dubitatum est. Nonnulli quippe vici-  
 conum Caesaris collegam in consulatum. Et  
 amicum eius præpotentem, miliebus quoque  
 quam notissimum, cum eodem interficiendum  
 esse censebant. Quibus adversariis Brutus  
 in Casarem, inquit, velut in regem insiden-  
 gentes, tyrannicidiorum habitueros fuisse in  
 amicos verò eius non secus ac Pompeianas sedi-  
 tionis duces, hostium censeri loco. Ad qua-  
 posissimum adhibentes animum, futuram Sen-  
 atus Unionem expectabat. Caesar prædicti quare  
 Senatum ingredetur, Lepido magistro Equis  
 tum cena adhibito, Decimum Brutum,  
 Albinumque pariter induxit. Sermone  
 deinde inter calces apposito, quod mortis  
 iucundius habereatur genus: alijs alia dicer-  
 se sentientibus, ipso immeditatum cunctis au-  
 temperat. In hanc modum de Japso Vaticina-

tus est. Et hic que postridie passurus esset, illus-  
sisse visus. Nocte postmodum defessò corpore  
cum accubuissest. Calpurnia eis nos exor per quāz  
sem existimasse sis est eundem sanguine plus  
rimo madentem. ob idque è domo exire prohib-  
ebat. Sacrificanti etiam ut plurimum signa  
apparere perhorrenda: quamcibrem Anto-  
nion, qui Senatum dissolueret, emittere cura-  
bat. Assistente autem Décimo, ac illum ad-  
bortante ne suffisionis infamiam subire vel-  
let, sed præsens ipse ad locum proficiens, Se-  
natum sponte emitteret, leticia in Senatum  
delatus est. Spectacula tunc quidem in Pom-  
pej theatro agitabantur. Et Senatus in proxi-  
mos adibus conuocabatur, solitus et ad specta-  
cula huiusmodi accedere. Brutus interim sum-  
mo mane in portico, que ante theatum sita era-  
rat, exigentibus ab eo veluti pratorius admi-  
nistrabat. Intelligentes staque coniurati de Ca-  
esaris sacris, et Senatus intermissione omnino  
quid ageret addubitabant. Quidam igitur ad  
eos sic se habentes profectus, enixa ex coniura-  
tis cui Casca nomen fuit, apprehensa manu. Tu-  
me, inquit, amicum latere soluisti? Brutus au-  
tem omnia retulit. Cum Casca ob conscientiam  
trepidare capisset, subridens ille, à quo, inquit,  
has pecunias, quibus adiustatem emeres, tibi cō-  
parasti? quo audito Casca timere desist. Ipsos  
autem Brutum et Cassium simul colloquentes

quidam ex Senatoribus Puplius Lena verbi aggressus, dix sibi qua cogitatio felicitent, inquit: Verum celeritate opus est. Quibus auditis conturbatis ambo, ex stupore siluerunt. Cum Casar in Senatum deferretur, quidam ex familiaribus coniuratione percepta, ut quod discerat, illi annunciaret, ad Calpurniam accessit, hoc solum inquiens, instante re magna Casarem à Senatu redeuntem opperiri velle: cum omnia que in eum parabantur, haud abinde intellectisset. Et alius in Gno hoffes illi notus, Artennidorus nomine, ad Senatum accurvans nuperrimè eum interfictum reperit. Ab also etiam insidiarum libellus in Senatum properanti traditus, qui subinde in defuncti manibus repertus est. Antequam è lectica egredieretur, Lena qui cum Cassio paulò ante sermonem habuit, Casari obscurus, quedam instantis eloquebatur. Eius rei aspectus, ac dilatio, adeo eos conterruit, ut se vicissim intuentes, prius quam deprehenderetur facinus, aggressi velle properarent. Verum cum sermone in longum producto, Lenam potius deprecantem pro aliquo, suadentemque, quam aliquid annunciarem suspicarentur, persisterunt. Deinde cum Casaris ultiro genua amplectentem considerent, iterum assumpsere animos. Mos fuit principibus Senatum ingredientibus, flatim ab ingressu sacra facere. Denno itaque Casari

id

id agere, scutum primus corde caroisse  
volta, vel et alijs referunt, caput visceribus in  
primis defuit. Aruspice per id signum mortem  
portendi referente, subridens Casar, id ipsum  
in Iberia cum Pompeio ac pugnari covenisse sibi  
retulit. Respondente aruspice non modo crede  
cum adiisse periculum, sed nunc inquit propi-  
tius nobis aderit. iterumq; intromolare monuit.  
Cum nec eodem modo litare posset, consilij per-  
ditatem erubescens, sed ab hostibus veluti amphi-  
cis abortatus, contemptis sacrificiis ingressus  
est, hoc, inquietus, necesse est, quod necesse est  
covenire Casari. Coniurati interea Trebonium  
qui Antonium ante fores moraretur relique-  
re. Casarem vero in throno confidentem, amici-  
orum in morem circumstetere omnes pugioni-  
bus instructi. Et primum quidem Attilio  
Cimber in conspectu positus, fratri suo redi-  
tum quoque tum exul erat, supplex precabatur.  
Contradicente Casare, sed omnino remunente:  
Cimber vestem eius veluti precaturus denuo  
apprehendit, exertoq; pugione collum percussit,  
voce elata, Quid immorarini o amici? Casca  
caput eius innudens, primus ferrum gutturi in-  
fixit, ac ferè pectus ex ictu aperuit. Tunc vero  
Casar Cimbri teste fortius apprehensa, cerre-  
ptæ etiam ipsius manu, à throno decurrit, sed  
coniuerso Cascam magna vi propulit. Sic se  
agit habens, ac latua in conuersione simul

q s deteg

detergentis alios transfixit altius. Castrus pugionem in vulnus adgit. Brutus femur vulneravit. Eucolianus inter scapulas impressit istum: adeo et Casar fera in modum ira elatus, nonumquemque eorum a se ameriteret. Post Brutus plagam, Velutis desperatis rebus, vestes se circundedit, quo honestias caderet. Cecidit autem in conspectu dompeij statua. Illa in candentis dedecus, tres et viginti impressere plangas, plerique etiam se mutuo impellentes adversis percussere ictibus. Explorabat ab ipsis tam ingenti scelere, et loco sacro, et in hominem pariter sacrum intemeratumque, subito fuga per Senatum, uniuersamque sorbem fieri capta, nonnulli Senatorum in tumultu vulnerati sunt, aliij interempti. Plurima etiam circum exteriorumque cedes edita, nulla meditatione, sed ut in tumultu civitatis per inuidentium ignorantiam solet fieri. Gladiatores quippe summo mane instructi armis, ad spectacula endenda in theatro in Senatum per septa decurrere: theatum quoque ex strepitu cum timore et fuga dissolutum: Genalia direpta omnia, foras occlusa, a tectis parata praesidia. Antonius ad proprias ades reuersus est, rebus Casaric consilium afferre meditatus. Lepidus vero prefectus Equitum, cum in foro persistens, quid actuum esset intelligeret, ad insulam que intra fluminum sita est accurrens (ibi enim militem legio

legio confederat) in campum legionem addu-  
xit, ut ad Antonij mandata paratum retine-  
ret. Antonio quicquid abheserat, si pose Casaria  
numico, & consuls in primis existenti. Ipfis igi-  
tur inter se convenientibus visum est Casaria  
iniuriam quoquo modo vlcisci. Senatum an-  
tem cum interfectoribus & ma-  
gnopere timebant. Quid fieret itaque intenti  
prospectabat. Circa Casarem milites ferè nulli  
affuerant: non enim custodibus solis creba-  
tur, principatus officium dantaxat inerat. Ple-  
riquo porro magistratus, ciuium & exterorū  
multitudo, non mediocris seruorum turba, qui  
se in libertatem vendicantes, ad domos pro-  
prias abscesserant. Ex his tres solum cum co-  
commorati, corpus ferebro imponentes, nullo or-  
natu domum detulerunt: & eis quidem qui  
paulo ante terra marique imperabat, interfe-  
tores Casaris nonnulla in Senatu dicere con-  
ti, auscultante nomine vestes clypearum in mo-  
rem sinistri annectentes, pugiones quoq; crivo-  
re illatos palam deferentes, regem se ac tyran-  
num occidisse clamitabant. Ex his quidam pi-  
leum in hasta præferebat libertatis signum, unius  
versusque ad ciuitatem patriam vocabant.  
Brutus que Veteres in reges peregrissent, illis  
memorabat. Accurrere itaque ad eos plerique  
ensibus instructi, qui eis operis minime par-  
ticipes, se tamen affuisse simulabant. Lemulau-  
scilicet

scilicet Spinter, Faonius, & Acutus, Dolabella insuper, & Marcus, & Petrus: hi gloriam nullam partem consecuti, supplicij & reorum causas subiere. Populo ad eos minime acurrente, addisibitare & vereri admodum coepere. Senatus nempe a principio ob inscitiam tumultumque diffugerat. Confisi itaque his & amicis, & cognatis, & tyrannidem insuper odio habentibus, populum contrà verebantur. Multos quoque ex Casariorum milibus in Urbe commorantes, & qui tunc forte praesentes aderant, quosdam quod à militeribus soluti oneribus inter suffragia distributi essent. Alios quod ad expeditionem preparati, Casarem ad exercitum cunctem secuturi forent: Lepidi insuper aspectu, militumque sub eo existentium timore ducebantur. Antonij ad bac consulis, ne Senatus loco populares ad se traheret, aliquidque cum ipso crudele moliretur. Hec igitur animo volentes, cum gladiatoriis in Capitolium summa peruenierunt. Consultantibus quid optimum factu esset, mercedem populo conferre visum. Nam quisbusdam, qua gesta fuerant, laudare incipientibus, reliquos secuturos sperabant, libertatis causa, & Respub. defiderio pellebant, cum populum ex Romanis quam sincerissimum esse existimarent. quemadmodum Bruti illius Prisci astate fuerat, qui reges expulit. Nec satis animaduertebant duobac adimis-

censo

enim contraria, qui libertatis simul & mercedis cupidos sibi vestiles arbitrarentur esse, quanto alterum facillimum erat, Repub. sampridem depravata, Permissa iam quidem multitudine ex aduenio emersit, & libertinus par illis habetur ciuis, & seruus berilem quadammodo prefert imagine, senatoribus exceptis, quibus selia vestis quam que seruis communis est. Annona insuper, qua Roma solummodo pauperibus impenditur, desidem aquæ, & pauperem, industriaue Italorum in urbem conuocat, nec turba eorum qui à militia soluti sunt, caritatem prisco more per patrias discidit, Sic enim iniusta propositabantur bella. Verum communiter ad suffragia iniqua aliena urbis, alienarum domorum properabant homines, & in sacris locis templisque residencebant sub uno signo, uno praeside sua civitatis, qua presentia illis erant, veluti ergationem quandam reputantes, benenoli ubi mercedem adesse noscerent. Quamobrem non difficulter admodum extot talibusque viris multitudine ingens fori in medio circa Cassum statim coit: quis licet mercede ducerentur, que gesta erant, ventiquam laudare audebant, Casaris gloriam, & aliorum qui ab eo futuri erant, formidantes, Carterum ut in communis commodo pacem conclamabant, & plerunque primores ad eam horababantur. Id enim interfectorum figmentum, fuer

fuerat, salutem suam per hunc modum meditantium, cum pax non nisi delictorum oblatione inducta sperari posset. His ita se habentibus, primus Cinna qui prator erat, et Caesar cognatione deuinctus, in conspectum venit, inopineque in medium progressus, vestem militarem, quia erat induitus, exuit, quasi a tyranno prabitam deficeret. Et Cesarem tyrannum capit conclamare, et qui eum occidissent, tyranni interfectores esse. Et qua acta essent, in maius collaudare, quod maiorum fideorum virtutem forent instati. Viros eos e Capitolio et benefactores evocando, et honoribus meritis afficiendos esse: sic Cinna laetissus est. At vero quis plebem opis permisit am non adeo syncretam esse cognovissent, non sicut eos viros evocare satrgebant, nec alius amplius, quam pacem conclamabant. Dolabella etiam adole-scens, et insignis nomine, et qui sub Caesare in reliquum anni tempus consulatum gesturus videbatur, cum Caesar Urbe excessisset, et consularem vestem sibi induerat, et consularis signa circumulerat, eum qui talia sibi concessisset, secundus accusabat, et his qui in illo conspirassent ignorendum esse, se manu solo imutum absuisse praticabat. Fuere qui dicebant, eundem natalem Urbis ea die statuendam censuerunt. Ad quia mercede ducti in primis exaltabant, veluti pratore et consule ipsorum indul-

indulgentia in forbe constitutis. Cassium quoque  
 & Brutum è templo deposcebant. Ille Dolan-  
 bella maxime confisi, eundem & prudentem.  
 & iuuenem, & præterea consulem Antonij co-  
 natiibus adversaturum existimabant. Descen-  
 dere tandem ad eos soli Cassius & Marcus  
 Brutus, manus adhuc sanguine fidat aspre-  
 rentes. Intulerant enim in Casarem biplagas  
 ad iniuriam certantes. Cum in mediū stetissent,  
 nihil misericordia aut abiectum sive que corū  
 locutus est, sed & in rebus honestis solet fieri, se  
 mutuo laudarunt, urbem beatam appellantes.  
 & plurimum Decimo attribuentes, qui gla-  
 diaatores in tempore illis praefuisse. Deinde po-  
 pulum adhortari pergitat, & paria suis maio-  
 ribus experiri vellet, qui reges non ex vi imper-  
 rantes, & Caesar eggerat, sed in pace sub legi-  
 bus degentes pepulissent. Ad hoc Sextum Pon-  
 peium, magnifissum, eis qui pro Democra-  
 tiam Casarem monisset arma, esse renocan-  
 dam, cum aduersus Caesariis doices in Iberia  
 adhuc perferret bellum. Tribunos plebis Ca-  
 setium & Maryllum, qui regnum Caesari ab-  
 stuessent, eligendos esse. Hac Brutus & Cas-  
 sius palam elocutio, Capitolium denuo ascen-  
 dunt: non enim presentibus sati fidebant. Sed  
 cum domesticis earum ac cognatis, quampris-  
 sum ad templum ire licuisse, legatos elegere:  
 qui pro ipsis ad Lepidum proficierentur &  
Ant

Antonium, conciliationis & libertatis proscribenda causa, & ut patria ignoscerent, qua, nisi inter se omnes conuenirent, magnorum malorum discrimen esset aditura. Hac quippe legati exorare iussi, quod actum erat, nequaquam extollentes, cum de Casaris amicis minime confiderent, verum id ipsum perferre suadentes, misericordia eorum que gesta fuerant, non alicuius odio, sed patria potius charitate, & amore, ac virbis pietate, iam odii exhausta assiduis, cum futura seditio reliquos bonos videretur ereptura. Non enim esse aquum, si quae priuatim odia inter eos extitissent, ea in publicam conferre perniciem: quinimo multo magis in rebus publicis singulares inimicitias esse eliminandas. Antonius autem & Lepidus Casarem volcisci, ut prius diximus, in animo habebant, siue amicitia causa, siue fœderum, siue dominandi potius cupiditate: ac subinde cogitantes omnia ipsis faciliora esse tot & talibus è medio sublatis viris, cognatos tamen & amicos eorum formsdabant. Reliquum porro Senatum ad eos conuersum, ac Decimum praesertim à Casare finitimiis Celtarum populis praecesse iussum, qui exercitus magnos continebat: Quibus ex causis, quam tutissimum visum est, futurorum præstolari cœuentum: ac subinde meditari, quo pacto Decimi copias assiduis laboribus attritas sibi assumeret. Hac machina-

tus Antonius, legatis, ita reddidit. Ob prima-  
tas iniurias nabal attētabimus. Verius modij  
causa, & eorum qua Cesari inreinando pollo  
etiam omnes suos, custodes fore etiam corporis,  
aut quippiam perpresso adesse saltores: optimum  
id erit inserviandum, scelus vindicare. & cum  
paucioribus iniociam potius vitam agere,  
quam omnibus execrationibus esse obnoxios.  
Verum haec nos, quibus sic videtur, bobiscum  
in consilio scrutabimur, & id Etile urbo faci-  
mus credimus esse, quod communi omnium co-  
sensu erit approbatum. Sic Antonius aperiè lo-  
catus est. Illi relata gratia discedunt, in spe  
forma ponentes omnia. Senatum certè in cun-  
ctis obsecutur illis esse confidebant. Anto-  
nius interea magistratibus nocte urbem cu-  
stodire imperat, quemadmodum per diem ex  
intervallo in medio locatis. Conspiciebantur  
itaq; per soniuersam urbem ignes, quorum gra-  
tia nocte tota coniuratorum amici ad Senato-  
rum domus decurrebant, eosq; ad patrias salu-  
tem ac suam hortabantur. Ex aduerso, eorum  
qui ex sorte electi fuerant, duces ferebantur,  
palam communiantes, nisi illis promissa etiam  
saltro data seruaretur. Et iam eius pars syn-  
erior fiduciam accepérat, paucitate eoru qui  
quisquam agerent, inspecta. & ad Cesaris me-  
moriā sna ferebatur, animosq; erexerat. Ea-  
dem nocte Cesarius pecunias cum imperij codi-  
cilio

cellis in Antonij domum detulere: siue Casariis uxore id inbente, qua à minus tuta in securis viorem Antonij domum se contulerat, siue Antonij mandato. His peractis, decretum nō esse perfectum est. Antonium sequenti die in Telluris templo hanc longe ab ipsis domo Senatum habiturū non enim in consilium, quod Capitolio subiectū fuit, accedere audebat, gladiatoriibus apud cōiuratos commorantibus: nec exercitum virbi inferre, ne tumultum concitaret, quem Lepidus subinde intulit. Appropinquare die quidam ex Senatorsibus in Telluris templum conuenere, & Cinna pretor Vestem adhuc exutus militarem, quam pridie veluti à tyranno prabitam reiecerat, s'na venit. Hunc quidam ex Caesaris militibus ira conciti, quod primus quanquam Caesaris affinis, maledicta in cum conieciisset, agrè perferentes, lapidisbas insecuri sunt. & ad domū quandā fugientem comitatis, igne adhibito succendere tentabant, nisi quod à Lepido exercitum ductante sunt prohibiti. Id confidentia in primis signis Caesaris rebus videtur affuisse, & quod mercede ductis cōiuratisq; incuteret timorem. In Senatu verò peregrina quadam synceroruī manus aderat, violentoruī quoq; & querulorum. Plures enim vario apparatu ad cōiuratos se contulerant, & primū fide dignos seipso exstimatorantes, cum illis s'na adesse, & commorari. &

ri, & à reis ad optimos transire letabantur.  
 Quod ab Antonio neutiquā prohibitum fuit,  
 satis si s̄ eos minimè venturos esse, quemadmo  
 dum non Genere quidem. Senatus scrutatione  
 proposita, quidam quid ab illis audacissimē ad-  
 modum tentatum fuerat laudabant. Vero ex  
 tyranni interfectorēs, & meritis honoribas  
 donandoes pradocabant. Quidā honores dandos  
 abnuebant, recusantibus ip̄sis, nec c̄b̄ id, qua  
 egissent, fecisse proficentibus: satis esse illos &  
 benefactores collaudare. Atq̄ laudationē eam  
 omittendam esse, solum illis ignoscendum in-  
 dicabant. Nonnulli circa huiusmodi subdole se-  
 habebant, satis animaduertentes si à Senatu  
 à principio admissi essent, ad reliqua postmo-  
 dum faciliorem illis affuturum adistum. Erat  
 & qui cateris sinceriōres hoc opus sit nefari-  
 dum abhorrent. Quod autem ab illustrium  
 domibus salvi pr̄staretur, ne quaquā prohibe-  
 bant, querebantur tamē si eos & benefactores  
 honoribus excolerent. Plericō, è contrario dice-  
 bant non cōuenire, quibus salutē prestissime,  
 inuidere & tuti esse possent. Cū vero quaffiam  
 dixisset, eorum laudem Cesari calamitiam af-  
 ferre, neutiquā concedēdum patuerunt, &  
 defunctos viris praferretur. Alio constanter  
 admodum discente, ex duobus alterum eligen-  
 dum esse, aut Cesarem scilicet tyrannum pro-  
 fiteri, aut hos veros ex misericordia saluos fa-

r a cere:

ecce: Hoc solum reliqui admittentes, sortes ad  
 hac tradendas postularunt. Et de Casaris in-  
 resurando inter se scrutarentur, sententiam  
 quam sincerissime ab illis ferri posse, nihil ad  
 sortes necessitate latas intuentibus, neque se  
 prius de se ipsis sollicitis, atq; verentibus, de-  
 functo Casare, sub quo nihil sponte egisset  
 Pompeio exemptore rebus humanis, ac post Pan-  
 peum infinitis alijs. Antonius eos contem-  
 platus, cum insidias astrueret, in sermonum  
 materiam hanc inopem, Et qua ambiguita-  
 tem auferret, eos incidiisse videns, quod ani-  
 mo conceperat, domestico quodam paurore, ac  
 folicitudine illis aperit, Et Senatorum multa  
 silentio conspecta, qui partim ad Urbanos ma-  
 gistratus atque sacerdotia partim ad prouinc-  
 iorum exercitum ve prefectorias, à Casare  
 in futurum creati fuerant, quasi Et ipse in ex-  
 peditonem ad quinquennium esset abiturus:  
 silentio per cubicinem indicto, consulari pot-  
 estate sic effatus est. Qui sortes de Casare de-  
 nro emittendas censem, eos hac intelligere ne-  
 cessere est: Ipso scilicet imperante, Et praefide  
 iuste electo, omnia ab eodem facta, Et pra-  
 bata, illa sa permanere. sin violentia Et tyran-  
 nide grastatum afferant, corpus extra Urbem  
 inseptulum abiciendum esse, eiusque gesta e-  
 minia pro nihilo habenda. Est autem, Et con-  
 sideror, quacunque per omnem terram marisq;  
 prom

prouebuerunt, nobis vendicare. Et nolam co-  
 rum nolentibus etiam nobis obtinere: quod  
 post modicam ostendam. Quod autem ad nos  
 solam pertinet, quoniam de nobis solis id ipsum  
 est, vobis ante omnia proponam, Et in re per-  
 facili, difficiliorum imaginem possitis certe-  
 re. Nos quippe ferè omnes partim sub Casare  
 magistratum gessemus, partim adhuc geri-  
 mus ultra illos designati, partim in futurum  
 gerere electi sumus. Ad quinquennium quip-  
 pe, ut scitis, Et urbani vobis magistratus, Et  
 anniversarij ad prouinciarum aut exercituum  
 coram distributi sunt. An hos sponte estis di-  
 missi? hoc enim in potestate vestra est. hac  
 igitur eos in primis dijudicare censio, dein  
 de reliqua perficere. Ita Antonius ingens,  
 non pro Casare, verum pro se, ipsis incendiis  
 exuscitans, loqui desyit. Ille subito voce clausa  
 nullas alias sortes depositentes in medium pre-  
 silerunt: nihil prius à populo, quam ut ipsis rata  
 permanerent que concessa fuerant, exposu-  
 lant; quibus que vel a statis imbecillitas, aut  
 aliud quippe in electione nonuisset, indul-  
 gerent. Horum in numero Dolabella ascribi se-  
 debatur, cui minimè licere existimabant, cum  
 quantum supra vigesimum a statis annum don-  
 taxat ageret, sonica ex lege concessum sibi  
 inire consulatum. Subita igitur eorum que  
 pridie inter agenda dixerat, immunitio ab

illo facta est, eodem coniuratis multis incessante, qui coniuratis honores afferre decreverant, ducisque suos accusassent, quod condecentem pertussoribus salutem quererent. Alij porro Dolabellam, caterosque ad spem magnam incitabant, gratiam ob id à populo sperantes, si magistratus statim declararet, non ex praesidentium immutatione solla, sed & legaliorem creationem fore ostenderet qua à monarcha ipso esset edita, & qua ornamentum quoddam ipsius in monarchia & democratis pariter afferret. Dum hac illi loquerentur, quidam ex pratoribus vestes in contradicentium deceptionem ultra exuunt, & demum cum cateris illas assumentes, iustiore impetu efferti viderentur, neque creationis buis mode fuisse duces. Sic procedentibus rebus, Antonius Lepidusque è Senatu simul exuunt: & statim nonnulli à longe accor- rentes eos vocabant. Cum ab alto conspecti essent, & vociferantium quies sive tandem subsecuta foret, quidam ex illis sine sua sponte, sive ab alijs inductis, ne similia patiantur, praeceperat eos admonet. Quo dicto Antonius, exuta veste, thoracem, quo erat induitus, aperuit, aspicientes deinde verbis irritans, neminem sine armis, ac ne consules inquit tutos esse posse. Acclamantibus etraque ex parte plurimos ad id facinus accorendum esse: mul-

tis contrâ ad pacem prouocantibus , his qui de pace loquebantur , ita respondit : De hac igitur perscrutemur qualis futura sit , & facta quemadmodum seruari possit. Inscrutabilis quippe eius est securitas , quoniam neque Cæsari sacramenta quidem profuerunt , neque execrationes. Ad illos vero qui exire eum suadebant , subinde conuersus , consilium eorum commendauit , quasi sacra-tiora , & magis pia praeligerent. Et ipse , inquit , in aciem vos educerem , primus verbis in-tonans , nisi quod consul sum , cui dictorum magis quam iustitia cura imminet . qui enim in-tres sunt , ita nobis suadent. In hunc modum Cæsar , quos hostes ex ciuibus ceperat , ob verbis utilitatem saluare studens , ab illis interfectus est. Hac Antonio sensim machinante , qui factis opem afferre suadebant , Lepidum in auxilium simul prouocant , Lepido vero loqui incipiente , qui longius aberant , ut in forum descendenter , eum hortabantur , ut omnibus aequè vox eius nota esset. Quamobrem & ipse subito processit , ratus plebem ad se conuertere : & ad rostra delatus , suffirare flexus in multorum prospectu capit , deinde sic orsus est. Hoc in loco heri cum Cæsare sna affui . eodem in loco vicissim defuncti necem cogor inquirere : quid igitur à me vultis ? Ac clamantibus multis , et Cæsaris necem vicisse

264 APPIANI LIB. II.  
retur, contra mercede condubitis reclamantibus, ut pacem orbis impenderet. Hoc, inquit, confidemus: sed qualem pacem dicatis, Et quibus firmata in sacramentis? Nos quidem per patios omnes deos in re surando Cesari pollicits sumus, deinde fefellerimus, qui auratorum optimi esse dicimur, deinde ad eos qui Ultionem postulabant, se convertens, Caesar inquit, à vobis ademptus est sanctua re ipsa. Et contendens vir. Urbem ne, Et cetera clades verebimur? Hac itaque primores e vobis perscrutentur, si pluribus videtur. Exclamantes iterum ille, solus perscrutator, Sic solo, inquit, Et optimum mihi etiam adest inservandum Et solo quidem. Ceterum nec mihi, nec vobis, solis hoc velle sufficiet, aut solis contradicere. Hac Et huiusmodi machinantem, qui mercede ducebantur, liberaliter intuentes laudare incipiunt, Et ad sacerdotium Caesaris ineundum adhortantur. Quo audito non nihil exhilaratus est, Et hoc, inquit, posterius mihi memineritis, nam indignus esse videor. Magis adhuc confidentia ob sacerdotium de pace assumentibus his qui mercede ducebantur. Et instantius urgentibus: hoc impium Et iniquum est, inquit, faciam tamen que volueritis. Et his dictis in Senatum reversus est, in quo Dolabella per omne tempus consulatus causa surpissime instigerat. An-

tonius que in populo fierent opperientur, cum risu  
 eum intuebatur. Diuersè quippe sentiebant, &  
 abunde ex affectu licebat intueri, nec aliquid  
 in populo feruentius actum apparebat. Coniu-  
 ratostraq; ex necessitate salvare instituit, ne  
 cessitatem oculens, quasi in re difficile ex gra-  
 tia eos præsernaret. Que igitur à Casare facta  
 erant, consilio firmare studens. Et cōsulta per-  
 ficerē, silentio à tubicine iterū indicto, sic orsus  
 est. Ego quippe oī viri de ciuium facinore con-  
 sulētibus in omnium vobis nihil locutus sum. his  
 autē qui de Casaris sorte ex aduerso pro illis  
 deposcebant, unicum ex operibus Casaris an-  
 teponui & sq; nunc, quod vobis non irrationabi-  
 liter tumultum attulit. Si enim magistratus  
 deposuerimus, facile confitebimur tot & tales  
 viros indigne eos assumpſisse. que igitur mi-  
 nus audistis, perscrutemini nunc, & numero  
 colligite virbes, nationes, reges, Dynastas, &  
 quacunq; & sic dixerim ab oriente in occiden-  
 tem Casar nobis virtute ac potentia subegit,  
 legibus, clemētia & benignitate firmauit. Ho-  
 rum nonnulla vos sinere necesse est his qui ea  
 sibi dedicarunt, ni omnia bellis dissidijsq; ad-  
 implere vultis, qui patriæ maximē agrotanti  
 ob facinora nuper gesta, salutem afferre cupi-  
 tis. Et hac quidem que à difficillimis & tre-  
 mendis rebus longe absunt, omittemus. Illa ve-  
 rò, que non solum vobis propinquā, verum do-  
     r    s    mef

mestica per Italiam omne sunt, referam, eorum  
qui Victoria premia sumpserunt, quoru[m] multitu-  
do ingens est in armis, sub eodem ordine à Ce-  
sare instituta, & multa viscissim in Urbe &  
matoru[m] millia: quid e[st]o[rum] auctu[ro]s existimatis, si  
quae accepere, aut que ex ciuitatibus prouisa-  
cujusq[ue], auferre satagunt, illis abstuleritis? Hec  
quidem nox preterita per imaginem Bobis  
anteposuit, deprecantibus quippe Bobis pro-  
hos qui deliquerant, illis ex aduerso comminans-  
tes accurrere. Corpus Caesaris attractum, ac  
fieditum, inseptulum quoque abiectum. Hec  
enim ex legibus in tyrannos fieri solent. Cir-  
cuspice nunc, & cogitate, qui cum e[st]o[rum]  
militabant. Celtarum & Britannorum, qua  
accepere, stabilis ne sibi fore existiment, illis  
qui concesserat, sic turpissem affecto? Quid po-  
pulum ipsum facturum, quid Italos omnes cre-  
deris? Quantam in eos concitaturos esse intui-  
di am deorum hominumq[ue], si imperia vestram  
ab oceano usque ad ignotas gentes propagal-  
lum fideaueritis? Non enim causa & reprehe-  
sione minus carueritis ob huiusmodi inconstan-  
tiam vestram, quam ob qui consalem in consi-  
lio, sacrum hominem sacro in loco, conuocato  
Senatu, in conspectu deorum occidentes, bene-  
re dignos arbitrantur. indignum vero illum  
haberi volunt, qui etiam apud hostes ob  
statim est dignissimus. Arbitris igitur & fidei  
dis-

dissimis, nec in nobis existentibus, abstinere  
eos omnino capio. Sententiam autem affero.  
Se ea qua per Casarem facta ēs consultas sunt,  
stabilita permaneant. Delinquentes verò laudi-  
bus extollere neutquam dignū puto. Nō enim  
sanctum, non iustum, aut consonans id quidem  
est, si qua à Casare acta sunt, velimmo cōfirma-  
ri. At si ex misericordia eos salvare cupitis, af-  
finium ēs amicorum causa, idq; ad eorum gra-  
tiam illip̄i habituri sunt, minime reprehendo.  
Hac cum increpatiōne, ēs impetu quodam gra-  
uitatis dfferente Antonio, decretum statim  
silentibus omnibus, ēs id approbantibus perle-  
atum est. Nullas in morte Casarii controversias  
rum causas habendas esse: quacunque ab eo  
facta essent, ēs consulta permanere. Ad soli-  
litudinem porro Urbis, ēs eorum qui salus futurā  
essent, firmatatem, id à necessariis eorum ex-  
tortum est, Et hoc etiam adderetur, non obie-  
ctum magis quam ob solitatem ea fore con-  
seruāda, quod ab Antonio concessum est. Dura-  
bac ab illo decernuntur, quicunq; sortientiū  
duces aderant, proprium pro sp̄is decretum  
cum communī adjicendum postulant, Et quo  
sorte collata ēs data fuerant, immota perma-  
nerēt, quod nec prohibuit Antonius, senatus tre-  
pidatione insecta. itaq; id etiam concessum est.  
Secutum est ēs aliud hinc simile, Senatoribus  
ad domos properantibus. Casar nemp̄ apud  
Lucas

Lucium Pisonem testamentum deposuerat.  
 Nonnulli igitur Senatum à consilio redeuntem  
 intuentes suadere illi properant, neque testamentum publicandum, neq; corpus publice hu-  
 mandum esse, ne quid nouis tumultus in forbe  
 fieret. Senatoribus minime assentientibus,  
 ipsimet publicare velle dixerunt, Et quod com-  
 muni consensu factum esset, populo minus vi-  
 rum afferre posset: tyrannidem rursus de-  
 gnantes. Ad qua quāmaxime exclamans  
 Riso, consules Senatum adhuc presentem con-  
 vocare admonet, deinde ita fatur. Qui tyran-  
 num vnum interemisse gloriantur, plures no-  
 bis pro uno effecti sunt tyrañi, qui à me sacro-  
 rum principem sepeliri prohibent, Et testa-  
 mentum efferentes ministrantur, Et substātiā  
 eius Et tyrañi interfē partiē cupiunt, Et  
 Ultra hac qua ab illo publice facta Et de-  
 creta sunt, rata esse statuerunt: que verò à scipio de-  
 reliquit, minime valere afferūt. Quis iste? non  
 Bruttus certe, aut Cassius, sed que illos ad hoc  
 impulere facinus. Sepulcri igitur vas domini  
 eritis, testamenti ego, Nec eum qui fides mea  
 commendauist, prius falli sinam, quām qui-  
 spiam spiritum mihi adsimilat. Tumultu Et in-  
 dignatioine inter omnes subito coortis, Et ma-  
 xime ab his qui se aliquid ex testamento ade-  
 pturos cogitabant, Vixum est testamentum.  
 ipsam in medium afferre, Et communis impēsa  
 corpus

corpus sepelire: Et super his confilium dissolu-  
 tum est. Brutus interim Et Cassius percepit  
 his quae gesta fuerant, ad multitudinem mi-  
 fere, Et ad eos in capitolium veniret. Accu-  
 rentibus statim plurimis, Brutus sic exorsus  
 est. In hunc locum subiectum conuenimus o ci-  
 nes, quo liberi in foro simul Generamus, non  
 tanquam ad templum fugientes, cum nihil de-  
 loquerimus, neque tanquam ad prorupta qua-  
 dam, cum res proprias cura vestra mandaueri-  
 mus. Ceterū Cinna clade, qua indignissime Et  
 crudelissime affectus est, ad id compulsi sumus.  
 Sensimus qua ab hostibus pro iureinrando obvi-  
 ciuntur nobis, Et ob id securitatem nullam  
 pacis afferentibus. Qua igitur ad ea responde-  
 re vellemus; Vobis referemus o cines, cum quā  
 bus Et alia qua ad popularē statum pertine-  
 bant, consultāmus. Postquam ē Gallia Caesar  
 contra patriam hostib[us] armis profectus est,  
 Et Pompeius in primis popularis inter eos, eis  
 passus est, que omnes norunt, Et post eum mul-  
 titudo alia bonorum ciuium, qui in Libya Et  
 Iberia bello conciderunt, haud imprudenter  
 illum veriti, qui tyrannidem iam firmam pos-  
 sideret, prateritorum oblinionem à nobis ex-  
 genti facile concessimus, eānque iureinrando  
 confirmavimus. Verū cum à nobis idem ex fa-  
 cramento exegerit, non praesentia solum pa-  
 cierter ferre, sed in futurum quoq[ue] seruos esse  
 vellet

Velle: quia egerunt, qui contra nos calumnias  
 moliri student? Ego quisque Romanos eos, qui  
 vere Romani sunt, mortem sapis electuros  
 reor, quam ultrae amissurando subire ferri  
 tute. Sin hucusque nihil ad servitutem moli-  
 tus est Casar, nos peierasse confitemur utique.  
 Sin vero neque magistratus in Urbe, neque pro-  
 vinciarum prefecturas, & exercituum, neque  
 sacerdotia, sortilegia, aut honores alios vo-  
 bis contulst, neque de quoquam prius consuluis  
 Senatus, neq; populus quicquam confirmauit,  
 quin in omnibus Casar ex mandato adeste vel-  
 let, neq; malis satiari & inquam potuit, sed Syl-  
 la similes effectus est, quamquam ille de iniuri-  
 osis ultus, Rem publicam vobis reddidit: hic au-  
 tem ad aliam expeditio[n]em prefecturas, ad quin  
 quennium suffragia vobis sustulit: qualem hu-  
 cusmodi libertatem dicemus esse, cuius nec spes  
 hucusque affulsi? Quid populo presidentes Ca-  
 setius quidem & Marius? nonne sacro mu-  
 neri, intemeratoque prefecti, cum contumelia  
 repulsi sunt, & lex una maiorum, & insurā-  
 dum? neque causam inquirere Tribunis adhuc  
 existentes licuit? At Casar eos nulla dicta  
 causa expulit. Vt si igitur in sacros delique-  
 re? An Casar ipse sacer, & intemeratus,  
 cui ista non sente, sed vi coacti facere conce-  
 simus, pro quo priusquam in patriam rediret  
 armatus, tot ac tales, & bonos quidem ciues  
 nec

necis dedicatus? Tribunerum quippe magistratum, num sacrum, interemeratumque patres nostri in populari regimine nulla necessitate dediti esse voluerunt? idque ture in rando perpetuo fore confirmarunt? ad quem redditus imperij rationesque deferunt. Quis nobis iniurias aratum aperuit? Quos intactos eorum inviolabiles pecunia rum thesauros trespasit? eorum alteri tribuno prohibeti necem est comminatus? Sed quale insurandum ad seruandam pacem iam tuum erit? inquit? Si quidem nemo tyranus sit, nullo sacramento necesse est, neque patribus nostris vello tempore opus fuit. Si vero alius tyranus effe cupit, nihil fiduca Romani, aut insurandum stabilem expectat. Hac enim in periculo adhuc constituti ipsi dicimus, eorum pro patria continue dicemus. Nam cum stabili adhuc dignitate fruenteremur apud Cesarem, patriam honori nostro proposimus. Calumnientur igitur eorum in sortitionibus irritantes vos. Iam quidam ex incolentibus eorum incolatum habitare hic adestis. Annuit mihi, eorum significate vos adeisse. Annuentibus plurimis, Eia, inquit, o Siria, sic in alijs facite simul accedentes. Oportet quippe vos, quae conuenientia sunt perferentes atque facientes, à patria viciissim, à qua premisi estis, aqua premia suscipere. Vos populus Romanus Cesari contra Britannos Celestosque concessit. quin igitur vos strenue agentes, honorum eorum satum-

tatum esse participes. At ille vos sacramen-  
tis anteneniens, quanquam iniustos, contra  
patriam armavit, & in optimos cives, in Li-  
byam pariter dubitantes tre compulst. Si enim  
bac duxerat effectusset, forsitan & pro his la-  
taremini præmia ab illo petere. Sed cum mul-  
tibus linor, nullum tempus aut humana oblinio,  
qua in Celtae & Britannos per vos facta sunt  
extinctura videatur, pro his præmia exposce-  
re aquum ducimus, qua prisca militibus à  
populo dari consueverant, qui domesticis &  
immaculatis viris nunquam tellurem eripere  
sustinuit, neque alijs aliena distribuit, neq; &  
eloria potitus, aquum retributionis opus ob-  
stium delicta arbitratu est, omnesq; agros si-  
bi vendicare. Caterum partem illis abstulit,  
eosque milites iussit incolere, veluti demicitorū  
custodes hostium. Et plerisque non sufficienti-  
bus agris qui sub hasta acquisiti fuerant, ex  
communi partem dimisit, ans aliam illis pre-  
tio coëmit sic populus à cura vacuos incolatum  
vos habere voluit. Sylla vero & Cæsar, quæ in  
patriam cum armis veluti hostilem irruerunt  
super ipsam custodibus satellitibusq; indigen-  
tes, neque vos per provincias dousere viles, ne  
que tellurem vobis compararunt, nec bonorum  
qua in publicum relata fuerant, partem con-  
tulerunt, neq; honores his quibus adempti fue-  
runt, ad eorum solamē reddiderunt, cum multa  
ex

ta ex arario, multa ex his que in publicum se  
 uerant, haberent. Verum Italis nihil delin-  
 quenti, aut quipiam inique agentis, lege bel-  
 li, ac pradasoria lege, agros, domos, sepul-  
 cra, templa abstatere, qua ne alienigenis qui  
 dem hostibus ipsi tolleremus, sed decimam illas  
 fructuum imposuimus. Sic vobis qua nostra-  
 rum sunt gentium partiti sunt, eorum videli-  
 cet, quae vos supra Celtas Cesarii militiae con-  
 iunxerunt, promiseruntque, Et multa ex viole-  
 tia vobis exceptarunt promenire. Vos autem sub  
 signis militari ordine confertos cellocarunt,  
 neque pacem assquè potentes, néque intre-  
 pide degentes, eorum causa, qui è proprijs  
 expulsi fuerant. Namque errabundos, Et  
 quacunque sibi vendicans, vos in multis ob-  
 servato tempore custodes habere meditatus  
 est. sic enim tyrami in primis capiunt. non  
 autem tellurem vos assumere, quam aliunde  
 de prabere potuit, sed ut in hostes continue  
 insidiantes, custodes vos fidos Et stabiles ha-  
 beret, ac siccissim principates ab eo oppressi.  
 Et similia vobiscum iniuste perferentis. Be-  
 neuolentia nempe tyrannorum ad satellites  
 ex iniuriarum illatione fit, timoreque per-  
 ferendi, Et hanc quidem o dñ immortales  
 cohabitationem vocant, in qua gemitus e-  
 insidem nationis hominum, Et insultus ad eos  
 qui nihilegeret, perpetrantur! Verum illi nunc  
 quidem

quidem consultò nationi nostrae inimicos hos  
pro sua utilitate reddidere. Nos autem, quos  
nunc urbi præsidentes, ex misericordia salua-  
re velle afferunt, eandem tellurem vobis in  
perpetuum firmamus, firmamusque, Et te-  
stem horum deum facimus, Et habetis Et  
habebitis que accepistis, neque vobis quis-  
quam eripiet. Non Brutus, non Cassius, non  
omnes qui pro vestra libertate periculum adi-  
nimis. Quod unicum in hac re querela di-  
gnum est, Sanemus nosfss. Id enim concilia-  
tionem ad emnes vobis similes nationes af-  
feret, Et iucundum erit obsequentiibus, qui-  
bus honorem ablata telluris ex publico red-  
dere intendimus, Et ex primis quidem con-  
ferre vestigalibus, Et non solum ex forte vo-  
bus præbita certa teneatis, Verum sine inni-  
dia incolere positis. Haec differente Bruto, au-  
dientes omnes, Et inter se vna conferentes,  
Et instissima comprobarunt, Et hos viros in-  
trepidos, Et populi præsertim amicissimos ad-  
mirati, summa benevolentia complexi sunt,  
Et in sequentem diem eorum operam nauare  
pollicentur. Cum illuxisset, consules multitudi-  
nem ad concionem convocant, Et qua illis vi-  
deantur, intelligunt. In his Cicero vir diser-  
tissimus, de discordiarum obliuione laudatio-  
nem peringentem retulit. Itz omnes exultan-  
tes, Brustum Cassinumque è templo auocant. Ibi  
obsi

obsides interim sibi mitti poscunt: quibus Antonij & Lepidus filii praemissi sunt. Quamprimum Brutus & Cassius in conspectum veneri, adeo plausus ingens, & vociferatio exorta est. Et consulibus nonnulla dicere cupientibus, nemo assisteret, sed eos quamprimum inter se conciliari amplectiq; iuberent. Quod ab illis factum est: statimque Consulibus animus hebetari visus, sine timore, sine miseria. Et viros illos in Republica diversa ab ipsis sentientes conspexere. Interea Casar's testamentum tabulis quibusdam affertur: quod muleitudo recitari iussit. In eo Octavianus sororis sua nepos adoptivus filius innexus est. Populo borti transstiberini prabiti, singulis Romanorum ciuibus qui in forbe aderant, quinque & octoginta drachma Attica collata. Quia ex causa populus ad transsubito concitatus est, cum, tyranni calunnia seductus, viri patria sua amicissimi testamentum intueretur. Miserandum porro vel in primis id visum est, cum Decimum Brutum ex eius percussoribus, inter secundos heredes scriptum cognouisset. Consuetudo nempe Romanorum in testamentis fuit primis heredibus secundos addere, Et si primi hereditatem non adiissent, nanciscerentur ultimi. Ob id non mediocriter cunctorum animi turbati sunt, dirum ac nefandum existimau-

tes, Decimum in Casarem ultra consipirasse, qui ab illo filius esset nominatus. Pisonem deinde Caesaris corpus in forum deferente, turba ingens ad custodiam eius cum armis adcolat, corpusque magna vociferatione, et insigni pompa in rostris collocant. Subito itaque emulatus est suspiria audiri, arma ab his qui deferebant, concutis capere, nec multo post obliuionis secuta paenitentia. Antonius sic se habentes contemplatus, ne uitiam occisionem negligendam ratu, laudes Caesaris discere exorsus, et consulem consulit, amicum amici, cognatum sibi cognati decet (erat enim Caesar iam sanguine coniunctus) ita regulit. Non dignum arbitror oculis tanti viri commendationem in funere eius a me potius, qui unus sum, quam ab universa patria esse referendam. Quacunque enim virtutis Caesaris, quem nos pariter amavimus, senatus, et post ipsum populus sueti adhuc ex decreto contulit, vestram, et non Antonij vocem esse existimans referam. Et hac vultu maestogranum, recensuit. Voce deinde singula indicans, et in his diutius insistens, maxime in quibus ex decreto eum consecrarent, cum diutum scilicet, et intemeratum patrem patriae, et benefactorem, vel presidentem, et qualis neminem suquam appellassent in omnibus, Antonius vultum manumque ad Caesari corpus inferens,

ser

sermonis impetu facinus aperuit. Ad singulos  
 etiam oratione brevi innuens misericordia, in-  
 dignationeq; repleta, Hoc, inquit, decretum pa-  
 tria, hoc pietatis testimonium, hic san-  
 ctus. Ego intemeratus, Ego illesibilis vir, Ego ad  
 quem aliquis per fugeret, non autem ab eo dis-  
 fugeret quisquam. Verum ille vobis sacer Ego  
 immaculatus interemptus es, non tyranni in-  
 morem per vim honores capiens, quos nec en-  
 quam postulauit: illiberrimi quippe nos, qui  
 bac indignis Ego minime poscentibus impendis-  
 mus. Verum vos pro nobis respondete, quare  
 non illiberi? O fideles ciues, qui tali honore de-  
 functum estis prosecuti: Ego his dictis, insu-  
 randum iterum recensuist. Nos Casarem Ego  
 Caesaris corpus eotis viribus custodire police-  
 mur, si quis insidiabitur: Extorrem esse: si quis  
 opem non attulerit, decernimus. In hoc maxi-  
 me vocem manuique Capitolum versus eri-  
 gens: Ego, Invictus patria, ceterique dñj, inquit  
 opem afferre paratus sum, quemadmodum in-  
 reiurando sum pollicitus, cum collegis meis, que  
 cognita sunt inferre libeat, Ego inferri depre-  
 cor. Tumultu igitur a Senatu super hoc maxi-  
 me, quod in eum publice discebatnr, elato, pen-  
 lissier se refrigerans Antonius, Ego ad se redies  
 ceterum fari coepit. Videntur, inquit, o ciues,  
 quae gestio sunt, non hominum manu, sed  
 deorum potius opera esse facta. Ego quod  
 videt,

adest, magis quam quod factum est, decet  
perscrutari, cum maius periculum nobis alla-  
tura videantur que futura, quam que sunt pra-  
sentia, ne ad pristinas seditiones reuertamur;  
Ego quicquid generosi in orbe residet, conter-  
tur deinceps. Premittamus igitur eum tanquam  
sacrum in beatorum numerum, solitum illi  
hymnum Ego sicutum decantantes. Hac referens  
vestem a pectore quasi lymphaticus quidam  
abscidit, sequentia accingens, manum dexteris  
tate lectum sub tentorio posuit: nunc abscon-  
dens, nonnunquam detegens, Et deum caelestem  
primum versibus cecinit, Ego ad fidem ex deo  
geniti manus protendit, concita voce bella, pu-  
gnas, victorias, gentesque quas idem patria  
subegerat, edifferens, spolia praterea que de-  
tulerat, summa admiratione recensens, Ego con-  
tinue exclamans: Hic solus invictus contra  
omnes qui cum eo congressi sunt. Tu solus pa-  
tria per trecentos annos turpiter afflicta at-  
tulisti opem, Ego feras gentes, que sola in Ro-  
mam venerant, Ego incendium orbi sole inten-  
derant, ad genua tibi subiecisti. Multa alia  
demum deprecatus, vocem ex splendida ver-  
tit in flebilem, Ego ut amicum indignissima  
percessum deflere caput, ac lamentari, pa-  
lamq; exceptare pro Casare ansiam propriam  
commutare posse, dein vehementissime con-  
versus in lacrymas, Casaris corpus undum  
protus

protulit. Vestem pilo impositam ostentans, plagiis laceratam vndeque, & imperatoris siccis sanguine fedatam. Ad qua populus veluti lugubri in turbalamentatus, ex luctu in iram commotus est. Cum vero ad hos fletus & alij vicissim ritu patrio cum cantu referrentur, vobis pte ductus, opera eius dento, cademque re- censebat, potissimum in hic in quibus Caesar enrummas proprias deflere videbatur, aut quibus ex hostibus beneficis fruisset, nominatim pradicabat, velcum de percussoribus eius veluti admirans querebatur: Men' fernasse, & essent qui me perderent? Ad ea populus qua- si in re admiranda angebatur maxime, omnes scilicet in cadem eius coniurasse, qui ex Pompeiana seditione, Decimo excepto, in posesta- tem eius venerant, & pro supplicijs ad mas- gistratus, nati nonque praefecturas & exer- cituum elati fuerant. Decimum præterea ab eo dignum habitum. Et filios institueretur, ac bares. Sic furente turba, cum ad manus se se accingeret, quidam ex Caesarii lecto imagi- nem eius extulit cera fabricatam: nam corpus supinum in lecto residens hand ab collo cerni po- terat. Imago autem ex machina vndequeque vertebatur, & tres supra Viginti plagas per universum corpus, vultumque ostendebat, ferino ritu impressas, atque patentes. Hanc igitur imaginem & lugubrem intuens vulgus,

dolorem Cæsarius ferre non potuit, verum in  
eum statim coniurauit, ac locum in quo Ca-  
esar ab amulsiis interemptus fuerat, circundedist,  
igneque combusit, et percussores longe fugien-  
tes insecurus est, adeoque intemperanter ex-  
ira et dolore commotus est, ut tribunum Cin-  
nam, ex nominis parilitate deceptus, cum pre-  
tor qui in Casarem orauerat, Cinna diceretur,  
eundem esse existimans, non expectato iudicio,  
crudelissime necauerit, contradicaueritque, se  
nullapars sepulcro potuerit inferri: ignem quo-  
que ad cremandas percussorum domos compor-  
tarit. Verum resistentibus strenue illis, visci-  
nisque rogantibus, ab incendio temperatum  
est, quanquam populo arma in sequentem  
diem afferre comminanti. Quia ex causa per-  
cussores se occultantes, ex forbe diffugere. Po-  
pulus ad Cæsaris corpus denudo renuersus, in Ca-  
pitolum deferre, veluti rem commendatio-  
ne dignam, et cum diis tumulare pariter con-  
tendit. Aduersantibus demum sacerdotibus,  
in forum retulit, quo in loco vetera Romano-  
rum regum visabantur monumenta. Et ligna  
sedesque et quacunque in foro parata ade-  
rant, aliisque huiusmodi intulere omnes, ac  
pompam facissim abundantem inferentes, non  
nulli coronas a seipsis, et donaria multa inie-  
cere flammæ, et per noctem circa pyram con-  
fitere: quo in loco primum aræ erecta est, nunc  
temp

templum Caesaris ipsius residet, quod divinis condignum celebrare honoribus. Etenim heres, & filius Octavianus, Caesaris nomine assumpto, & per vestigia illius Rempublicam disponens, principatum quo nunc etiam permanet, ab illo radices assumenter, maiorem in modum auxit: & ut parentem summis prosequeretur honoribus, parenti diis immortibus haberi volens. A quo primo nunc etiam Romani cuicunque huic imperio assistent, nisi tyrannus, aut indignus sit, huicmodi honores cum è vita cesserit, solent imparti: qui prius illis presidentes, ne regis quedam appellatione dignos censuere. Sic C. Caesar extinctus est in die quam Idus Martias appellant, & quam Vates non euasurum cum esse predixerat, quanquam ille irridens crux auctoram aduenisse idus diceret, Vatesque interitus nondum praterisse responderet. His igitur talibus, & à tanto Vate premonitis indicijs, signisque alijs, qua à nobis promissa sunt, irrisis, progressus interiit, annum sextum supra quinquagesimum erat agens, vir ad omnia felix, ac beatiss, & qui praelata multa gesserat, Alejandro ferè ad omnia consimilis. Ambo quippe ambitiosissimi omnium fuere, ac bellicosissimi, & ad quicunque concupita inenuda citatissimi, ad pericula impostuosi, corporis etiam contempto-

res proprij, neque militari disciplina magis  
freti, quam audacia & fortuna. Quorum al-  
ter per iraquaosa plurima ad Hammonem a-  
statis temporibus profectus est, & Pamphy-  
lum sinum enasigato mari feliciter excor-  
rit. & pelagus fortuna continente transmi-  
sit, & in itinere instante hyeme per impor-  
tuosum mare ad Indos usque penetravit, &  
in oppugnatione oppidi per scalam primas a-  
scendit, & in hostes e muro profluit solus,  
tribus supra decem vulneribus corpore exce-  
ptis: & invictus semper existens, singulo fer-  
me, aut duplice opere & numquaque bellum  
superavit, multa Europa barbara sibi vendi-  
cans. Gracos porro manu vicit, bellicosissi-  
mam gentem, & libertatis cupidam, nec  
ulli prius quam Philippo, per ornatum ad  
belli presidentiam, modicum quid parere af-  
fuetam. Asiam ferme totam, ut sic dixerim,  
excurrit: sic & Alexandri fortunam ad posen-  
tiam ex regionibus quas adeptus est, metti-  
ri possimus, qui cum reliquum orbis ani-  
mo conciperet, extinctus est. Cesari autem  
Ionium mare hyeme media patuit, & navi-  
gationi eius tranquillum se praefitit. Hesse-  
rium etiam oceanum supra Britannos idem  
enasegauit, & cum nondum corum promon-  
toria esset expertus, cedentes gubernatores  
vales appropinquare iussit. Ipse vero per  
alios

adios fluctus, solus parva rate, nocte per Gine  
 profectus, gubernatori & vela ventis trade-  
 ret imponit. Et maiorem in Casariis fortu-  
 na, quam in mari spem apponerebat, edixit. In-  
 tra hostes sapenumero proficaciter solus trepi-  
 dantibus caseris, & trecenties ipse in Cel-  
 taz aciem instruxit, donec quadringentas  
 nationes in potestatem sibi subdidit, sic Ro-  
 manis formidabiles. Et sacerdotum senio-  
 rumque lege de immunitate bellis editio acri-  
 ptum sit, nisi Celeicum instaret bellum: in-  
 cumbente eo, sacerdotes seniorisque in armis  
 esse oportere. Casar circa Alexandriam de-  
 pugnans, & in ponte solus derelictus, & op-  
 pressus &ndique, vestem purpuream abiecit,  
 & in mare desiluit, & ab hostibus perqui-  
 fitus, in profundum enatus, div latens, so-  
 lam ex intervallo respirationem hauriens, do-  
 nec amica appropinquante navi manus ex-  
 tulit, & scipium ostentans salvatus est. Ci-  
 milibus autem in bellis, vel propter timorem,  
 Et dicere solebat, vel propter dominandi li-  
 bidine illapsus, dacibus in bello optimus  
 fuisse est: exercitibus præterea multo & ma-  
 gnis, non barbarorum modo, sed Romano-  
 rum occurrentis, qui virtute & felicitate per-  
 stiterant, omnes superauit, unico pralio, aut  
 duobus ad summum expertus hostes: neque  
 tamen in omnibus exercitu inuito quemad-  
 mod

modum Alexander est Iesus. Nam & apud Celtas fide deuicti Cotta & Titurius praetores eius, magnam sustinuere cladem. Et in Iberia Petreius & Afranius, obsecorum in modum milites eius concluserunt, & in Dyrrachio & Libya aperie fugam meditati sunt & in Iberia iterum Pompeium iuuenem extinxerunt. Cesar quidem ipse interritus semper fuit, & in fine cuiusque pralij iuuentus habebat. Romanorum potentiam terra marique ab occidente ad Euphratem & que pertinen- tem per vim pariter clementiamque subegit: multo quippe Sylla constantior, multoque con- tentior. Regem enim seipsum nolentibus o- stendit, et si appellatione eius abstinnerit. Cum bella alia animo conciperet, sicissim & ipse extinxerit. Affuit ambobus exercituum quoque similitudo: promptissimi quippe Tri- que affuere, ac benevoli, & in pralij feritate simillimi, inobedientes sapenumero suis im- peratoribus, & ob assiduos labores ad sedatio- nem pronis, quos defunctos deploaverere deside- raueré que quammaxime, & deorum beno- ribus dignos censuere. Vterque etiam corpo- ris robore & pulchritudine praececelluit. Vtrique à Ione genus. Ille quidem ab Aeaco & Her- cule, hic ab Anchise & Venere duxit origi- nem. Contentiosi adversus irritantes ambo, ali conciliandum vero per faciles, & in captiuas pari

pariter clementes habitis, sicut clementiam beneficis quoque, neque aliud quam sincere affectantes. Hac igitur in hunc modum congrua, & si dispari & terque potentia ad principatum accesserit. Ille enim ex regno iam aduenio à Philippo, atque exercito, hic ex priuato ordine, nobili tamen & illustri, pecuniarum destitutus copia, ad gloriam emersit. Signorum porro, que pereximia illis euenerunt, & terque contemptor, & vatisbus eorum finem predicentibus neuter succensuit. Signa & tristia sapenumero paria, & idem amborum existens. Vtrique etenim bis infelicia affluere prognostica, in quibus ambo à principio dubium subiere periculum. Nam Alexander inter Oxydraces, super hostilem ante Macedones prouelius murum, contractis scalis in summo destitutos, ob audaciam ad hostes interius profiluit: quo in loco errabundus, pectus primum, deinde collum superiori ex parte gravioriter sanctius, cum iam concideret, Macedonibus portas ex timore prosternentibus salutem est. Caesar vero in Iberia, cum exercitus panore trepidaret in iuniorem Pompeium sumptuaria arma, & pugnare intreveretur, in medium profiliit, & ducentis supra clypeum exceptis telis, tandem perficit, quondam ab exercitu accurrente, & verecunda timore que corupto tutatus est. Sic ipsis prima quidem progno-

gnostica periculum attulere mortis; secunda  
verò mortem consummarunt. Pythagoras quoniam  
dam fates Alexandrum, Apollodorum Ephesio  
metuens, sacrificio rite pera-  
eto, ne metueret admonuit, statim quippe  
ambos ē medio abituros. Defuncto deinde E-  
phestione, Veritus Apollodorus ne quis insu-  
dias regi strueret, Vaticinium illi prodidit. Ad  
quod subridens rex, Pythagoram interroga-  
uit, quid id signum portenderet. Cūm ille  
ultima significare diceret, denuō arridens,  
Apollodorum ex benevolentia, fatem verò ex  
confidentia laudauit. Casari vicissim cum ad  
Elsimum in Senatum accessisset, ut à nobis  
pauloante dictum est, eadem obuenere signa,  
ad qua ille irridens, similia sibi in Iberia exe-  
nisse dixit. Respondente fate, Ἐ<sup>Σ</sup> tunc qui-  
dem ipsum in periculo fuisse. Et nunc qui-  
dem, inquit, propitium nobis aderit: ali-  
quidque ad fiduciam adjectiens, denuō sacra-  
fecit, donec retardantibus eum sacrificis subi-  
ratus Senatum ingressus est, ibique interfici-  
tur. Simile Ἐ<sup>Σ</sup> Alexandre contigit: eum ex  
Indis in Babylonem cum exercitu rediret, Ἐ<sup>Σ</sup>  
iam proximus erbi esset, Chaldae admoni-  
vere ut ab ingressu se in praesenti contineret. Illo  
verò lambum proferente, Quoniam optimus  
fates is est qui bene meditatur: secundo mo-  
nuere Chaldae, ne in occidentem se conver-  
teret

sens, cum exercitu ingredi beller, catenam ad  
 orientem conuerso aspectu circumneundo urbem  
 caperet: quibus illum annusse ferunt, & Ur-  
 bem circumsire statuisse, sed ab interiacente pa-  
 lude prohibitum, cum ira contempssisse eos, &  
 in occidentem conuerso aspectu introisse Ur-  
 bem. Egressum deinde, & per Euphratem  
 & Pollacotam flumen navigantem, quod Eu-  
 phratem suscivens, in paludes stagnaque dis-  
 funditur, & Assyriam tellurem ferè nauigabilem & bique reddit, cum fluuiū muro sepi-  
 re destinasset, ob idque navigaret, Chaldeo-  
 rum verba irrisisse aiunt, quod Babyloniam  
 saluus ingressus esset, & egressus navigaret.  
 Catenam euenerit, ut cum in urbem redisset, mo-  
 reretur. Similis contemptione & Caesar vide-  
 tur & Iesu. Vate quippe diem mortis illi praedi-  
 cente, quod Martias idus non euaderet, cum  
 dies illuxisset, Batem iridens, Idus adesse di-  
 xit: & in his similiter extinctus est. Parim no-  
 do prognostica quisque sua cōtempssisse dicuntur,  
 nec tamen Batibus bac ipsa referentibus suc-  
 censuisse, & ambos nihilominus sub Batu pre-  
 dictione decepsisse memorant. Fuere præterea  
 ad virtutis disciplinam, & patrī, & Grati,  
 & exterius simul sermonis studiosi ambo. Ale-  
 xander quidem inter Indos potissimum Bra-  
 chmanas, quos doctissimi habentur apud eos,  
 quemadmodum apud Persas Magi, corum  
 sapient

sapiens iam perscrutatus est: Caesar vero Aegyptiorum ingenia, cum Aegyptum peragrans Cleopatram regno preficeret, diligenter tentare studuit. Quorum causa pleraque inter Romanos prudentissime direxit, & anni cursum nullo ordine fluentem ob intercalares menses, (ad Luna quippe cursum metiri eum solisti) ad Solis convertit motum, ut Aegyptiis mos fuit. Contigit etiam ambobus neminem ex conspirantibus in eos evanuisse, sed eorum stirpi condignas impendisse paenam, quemadmodum & Alexandro, qui Philippum occidere: quod Caesaris vicissim & contigit, in sequentibus referemus libris.

# APPIANI ALEXANDRINI DE CIVIL. ROM. BEL. LIS LIBER III.



A I V S igitur Caesar plurimi apud Romanos in imperio dignus habitus, in hunc modum ab hostibus interfectus est, & a populo sepultus. Quas autem percussores eius, & in primis clarissimi, paenas dederint, liber iste & inseguens Vicissim explicant, qui civilia Romanoru& bella deinceps.  
ab

ab illis gesta complectuntur. Senatus quidem Antoninus ab Cesario fuisse suspectum habebat, quod eius causa populus ad tumultum cōcitatus, discordarum oblitione ex decreto statutam contempserit; Et ad percussorum damos cum igne decurrisset. quam suspicionem idem Sonico opere in Repub. edito, ad benevolensiam convertit. Erat Amatinus quidam prioris Marij falso filius, qui parentis causa populo fuerat acceptus. Is igitur ob hanc simulationem cum Cesario affinis crederetur, eius interitum per molestem ferens, aram ante pyram cōstituerat, collectaque in eum audaciorum manu, ijs qui effugerant, tremendum se profiterat. Horum sonoribus orbe cesserant. Qui vero sub Cesare provinciarum curam sibi assumpserant, ad eas se contulerant. Decimus quidē Brutus ad finitimatam Italie Celtarum gentem, Trebonius in Asiam qua circa Ioniam sita est: Tullius Cimber in Bithyniam: Cassius. Verò et Marcus Brutus, quibus Senatus plurimum fauebat, et ipss sub Cesare ad provinciarum regimen insequēti anno electi dicebātur, ut Syria Cassius Brutus Macedonia praesesset. Sed cum urbani pratores abhuc essent, ex necessitate sub mandato tenebantur: sortilegisque adulabantur maxime. Et alijs quoctung, suspicabantur suffragia ad se vendicantes venundare, lege prohibente ne cui intra vigesimum annum provinci-

cia administratio conferri posset. Cum his Amatius sibi conferre et insidiari decebatur. Hac igitur ratione motus Antonius, bellici consul in eos inuenitus, Amatium cepit, interfecitque nullo iniurio exhibito, audacter admodum. Quod opus tranquā ardorem iniquumq; Senatus admiratus est, percepta tamen vtilitate dissimulanter tulit, satis conscient sine ha- iusmodi audacia, qua ad Brutum pertinebat et Cassium, neutquam in tuto collocari potuisse. Caterū Amatiū milites, et reliquo ad hos populus, Amatiū desiderio, ac eorum quo gesta fuerant dolore correpti, quoniam quam- maxime Antonius ob illam populo acceptus ferebatur, eo modo se sperni conquerentes, ma- gnis clamoribus forum occupant. Antonium calumnijs inseguuntur. magistratibus quoque persuadent, ut Amatiū loco aram collustran- tes, super ipsam Casari quam primum sacrafa- ciant. Et pulsi deinde ē foro à militibus qui ab Antonio prmissi fuerant, maiori adhuc inde- gnatione voces emittebant, nonnulli Casaric imagines interempti proferebant. Verum cum quidam illis praedixisset, locum in quo Casaric imagines fierent, demonstrare velle, statim in- sequuntur, hisq; perspectis ignem iniecerunt, quoad ab alijs ab Antonio missis quidam re- sistentes interfici sunt, alijs deprehensi ex ser- vorum numero cruci delegantur. Qui vero ex liberis

liberis in Gnum aderant, ex edito quadam to-  
co precipites truduntur: eoq; modo tumultus  
in populo sedatur. Verum insigne odium ex  
magna populi benevolentia in Antonium fa-  
bito exarsit. Qua ex re Senatus exhilaratio  
est, quasi nemo ex his qui circa Brutum fue-  
rant, amplius trepidare posset. Cum autem Se-  
xtonum Pompeium magnis Pompeij filiū, qui ab  
omnibus fere diligebatur, Antonius ex Ibe-  
ria acciri suaderet, quo in loco aduersus Caſa-  
ris praetores bellum gereret, illique pro pater-  
nis bonis in publicum collatis, vices ēg quin-  
quagies decem millia drachmarum Attica-  
rum impendi, maris quoque præsidem institui  
debere, quemadmodum ēg parens eius olim  
exitisset, rebusq; ingruentibus, Romanorum  
classe, ubique ea esset. Vt posse, Senatus sin-  
gula admiratus facile concessit, Antoniumq;  
per uniuersam diem laudibus immensis exta-  
lit. Non enim quissiam Magno popularior ante  
acceptior illis fuisse videbatur: quamobrem  
desiderabatur ab omnibus. Cassius porro ēg  
Brutus, qui ex Pompeiana factione esse dice-  
bantur, ēg tunc quidem in honore habiti, sa-  
lutem indubiam adipisci putabantur: ēg eo-  
rum qua peregrissent, intentum obtinere. popu-  
lararem insuper statū ad optatum duxisse exi-  
tum sorte eorum iam in tuto collocata. Ob qua  
Cicero continua oratione Antonium palam

t a comm

commendauit. Senatus ob Fulgi insidias illum miseratus, ut custodiā corpori adhiberet, & ex milītibus peregrinisq; idoneos sibi deligeret induxit. At is sine ad salutem hac omnia referret, sine fortunam veluti arridentem completi cuperet, assidue custodias sibi deligebat. Et iam ad sex millia, non ex armatorum numero, quos facile in necessitatibus & alibi habere putabatur, sed ex turmarum decibus electos sibi asciuerat, praciuos in armis, & bellicarum rerum experientia doctissimos, ad bac porro notissimos ex militia quam sub Caſare geſiſſent. Ex his ordinum principes summo ornatu dicitim eligebat, eosque magno in bonore penes ſe habebat illustrium quoq; consiliorum participes & deducebat. Senatus cum multitudinem eorum, & electionem ſpectam haberet, Antonio consuluit, ut custodiā huiusmodi insidia plurimum obnoxiam diſſolueret, & ad ſufficientem numerum ac debitum referret, quod illi facere eſt pollicitus. cum primū populi tumultus quiueſſet. Sed cum ſtabilia fore decreuifſet que Caſar conſtituerat, eaque in commentarijs à Caſare relata penes ſe haberet, Caſaris item ſcr̄bam Faberium nomine in omnibus fidum aque obſequentem retineret, propterea quod ex Urbe proficiens Caſar, hac omnia apud Antonium depoſuerat, in quibus multa ad

xxxvii

multorum gratiam conscripta erant, qua fratribus, Dynastis, & eorum presidijs donec impenderat: ad singulos ea deponentes scribebat Antonius. hi vero ex busimedi grata denique Antonio fanebant. In hunc modum plures in Senatum introduxerat, reliquis ex Senatorio ordine obsequentiibus, ne custodia eius viderentur inuidere. Dum haec ab Antonio Faberiisque agitantur, Brutus & Cassius nihil à populo aut exercitibus suorum intuentes, non ob Amatiū insidias se absellentes scelere immunes arbitrati, non Antonij dissimulationem ac varietatem, qui exercitum parasset, solerius ferentes, non populatum solo opere firmari posse cogitantes, verum ob id ipsum Antonium suspicunt habentes, Decimo confisi, qui tres in lateribus legiones paratas retinebat, ad Trebonium in Asiam, ad Tullium vero in Rhyniam clanculum misere, ut pecunias secretō cumularent, exercitum insuper pararent. Properabant autem ut earum prouinciarum quas à Cesare accepissent, compotes fierent. Indecens enim videbatur, nondum transacto tempore, Praturam quam in Urbe gererent omittere, qua suspicionem ineundis dominatus gentium afferre posset: malebantq; ob necessitatem medio tempore priuatum degere, quam in Urbe esse tratores,

cum nec timore carerent, neque convenien̄tia his qua pro patria egissent, exequi lice-  
ret. Sic se habentibus rebus, Senatus cogni-  
ta eorum voluntate, ut de frumento Urbi in-  
uehendo ab omnibus terrarum partibus cu-  
ram sumerent, illis imperat, quoad pro-  
vinciarum ab illis sumendarum aduenisset  
tempus. Id enim meditabatur, ne Bratus  
aut Cassius ex Urbe viderentur effugere. Tan-  
ta illorum Senatus cura ēē Verecundia in-  
erat, cum eorum causa percussores reliquos  
in tutelam suam suscepisset. Bruto deside-  
ēē Cassio Urbe egressis, Antonius potesta-  
re adiutus, ēē iam monarchicus existens,  
prefecturas nationum, ēē exercitus sibi ven-  
dicabat, Syriamq; in primis habere cupie-  
bat. Sed cum se suspectum esse animadver-  
seret, maiors tamen suspicione detineri putu-  
bat si prouinciam illam postulasset. Nam Se-  
natus Dolabellam consulem alterum secre-  
tō contrā ipsum sibi ascinerat, quem continuè  
Antonio aduersum cognouisset. Dolabel-  
lam igitur iuuenem ēē ambitiosum intuens  
Antonius, Syriam Cassij loco, ac exerci-  
tum in Parthos preparatum petere suavit,  
non à Senatu quidem, quod fieri minimè  
putabat, sed à populo prolata lege: qua de re-  
latores ipse legem protulit. Increpante de-  
inde illum Senatu, quod à Cæsare decreto dis-  
solvere

solnere tentare: bellum contra Parthos sub  
 Cesare statutum, minime immanatum esse  
 videt: Cassius Syria administratore dignum  
 habitum, qui Cesarii acta in prouincia oppo-  
 gnaret, sortes preterea plurimae impenderet,  
 quis vigesimum etatis annum nondum attin-  
 gisset: se maximè erubescere, cum Dolab-  
 bella esset, si ad Syria administrationem  
 Cassio minus haberetur dignus. Ob hac Se-  
 natus Tribunum quendam Asprinam nomi-  
 ne, in creatione pro duobus significantem insi-  
 sit illudere, sperata Antonium ad id quip-  
 piam illatrum esse, consulem existentem, ac  
 signorum sacerdotem. Ego iam discordem cum  
 Dolabella habitum. Antonius sortitione fa-  
 eta, cum Asprina duo significare retalif-  
 set, id que nefastum esse diceret ( quippe nos  
 fuit alios subinde eligere ) iuratus Asprina  
 mendacio, tribus de Dolabella sententiam  
 insit efferre. In hunc modum Dolabella Sy-  
 ria preficitur, Ego bello contra Parthos pra-  
 ter designatur, ac exercitus conuersi circa  
 Macedoniam à Cesare collecti. Ego tunc qui-  
 dem Dolabella Antonius suffragari insis-  
 tit. His in populo peractis, Antonius Ma-  
 cedoniam à Senatu sibi postulauit, arbitra-  
 rior post Syriam Dolabella tradistam, mini-  
 smè Senatorum pro Macedonia sibi aduersatu-  
 rum esse, parsuum cum pratorum esset desig-  
 nata.

tuta. Eas igitur licet omittimus Antonio concessit; admiratione ductus, quemadmodum exercitum in ea existentem Dolabella esset eruditurus, quem tamen Dolabellam ante Antonium habere letabatur. In tempore vero, qui pro Cassio & Bruto aderant, alias provincias sibi dari earum loco deposcebat. Crenem igitur ac Cretam illis tradidere: se alijs sisum est, veranq; Cassio, Bityniam vero Bruto concessere. Qua igitur agitabantur, huncmodi fuisse constat. Octavianus autem Caui Casaris sororis nepos, princeps Equitum per annum apud eum fuerat, ex quo Caesar hunc honorem ad amicos eius deferens, plerunque ad annum illis conservauerat. Iacum adolescentis adhuc esset, in Apolloniam supra Ionium, & literis erudiretur, & militia simul instrueretur, à Cesare praemissus fuit, & se in hostes profectus ibi moriaretur. Eos loco Equitum turma ex Macedonia aduentantes exercebantur: copiarum insuper prates quidam quasi ad Cesaris affinem atque cognatum sepe commucabant. Ob id à plurimis cognitus, exercitus quoque benevolentiam sibi comparauerat, cum omnes ad senientes summa charitate liberalitate que complecteretur. Sextum igitur iam mensis in Apollonia degenti, circa vesperam annuntiatur, Cesarem in Sematu ab quisessuisse suis.

sus. Et apud ipsum maxime potentibus  
interfectum esse. At cum de rebus nihil  
referretur, timor atque ignorantia enim ini-  
uasere, Strum commune, aut Senatus, sed  
corum qui peregerant, id esset opus. Et an  
pluribus causam tribuissent, vel cuius id esset.  
Et an multitudo cum illis conspirasset. Pro-  
gnibus amicis eidem talia ab Sorbe premi-  
sere: Laudare eos, Et pro custodia suis coro-  
poris in Macedoniam ad exercitum trans-  
ret, quo in loco commune id opus non esse  
intelligonis, hostibus timorem incuteret. Et  
Cesaris necem elcsis posset. Et affuere ex-  
ducibos quidam, qui venientem ad se tue-  
ri pollicerentur. Mater vero et Philippus  
eius vitricus, e Roma scripsere, ne se quip-  
piam extolleret, ne'uo consideret, memor-  
corum qua Caesar post decimicos hostes ab ami-  
cissimis eius pertulisset: priuatas condicio-  
nes, velues periculorum magis expertes, in  
presenti eligendas esse: Roman: Et ad eos  
properaret suadere, a quibus custodiretur.  
His adductus Octavius, ob inficiam co-  
rum qua post Cesari necem gesta fuerant,  
complexis exercitum primorisbus, Ionium  
emigravit, neutriusque ad Brundusium  
accedens. Nam cum exercitus, qui illic aderat,  
minime consideret; cuncta preceuebat. Et  
ad aliam non longe à Brundusio extraier-

scum urbem appulit, cui Lupium nomen est. In hanc itaque dehinc moram prostrabebat, ibidemque de Cesaris nece, tumultuque populi, ac testaments publicatione, eorum se quo decreta fuerant, diligenter ad eum scriptis deferuntur: ex quibus adhuc magis admonebatur, Cesaris praecanere hostes, cum filius eius atque haeres esset nominatus, dehortabaturq; ab his hereditatem adire. Ab ille Cesaris electionem non assumere erubescens, Brundusium accessit, praemisso tamen quod diligenter explorarent ne quis ex Cesariis percuttoribus in infidiis lateret. Sed cum eo in loco exercitus veluti Cesaris filio obuiam prodisset, libensque suscepisset, latentes sacra peregit, ac subito Caesar appellatus est, Romanorum more, qui adoptiuis filiis, adoptationis nomina solent imponere, quod ille non solum libens assumpsit, verum codem tempore paternum nomen persistere amisit, sed pro Octavio Octaviū filio, Cesaris filium se, ac Cesarem dici maluit: qua appellatione, sive que in finem dicitur est: ac subito ad ipsum omnium ex parte veluti ad Cesaris filium, multitudine hominum affinxit, ex quibus alij Cesaris amicitia ducebantur, alij quod liberti aut servi Cesaris fuissent, nonnulli quod milites cum illis exstitissent: ac eorum quidem arma et apparatu, aut pecunias in Macedoniam ferrean-

ces, quidam res alias, & aliarum provinciarum redditus Brundusium attulerant. Ille igitur & gentium multitudine ad eum confluens, & Caesaris gloria, & omnium in eum benivolentia confisus, Romam versus iter arripit, cōuenientis stipatus turba. & qua torrentis in morem dietim augeretur. Aperte igitur in Senatum vindicaturus, ob gentium multitudinem, & ob id infidiae magis veritus, nepperrime gentibus sibi notis fere omnibus stipatu accedebat. Verum aliarum orbium non aque favor illi aderat. Caesarus tantum milites, & qui per sortes denuo fuerant, ex coloniis adolescentis benevolentia confluxerant. Hoc Caarem deplorare, Ansonium calumniis infectari caperat, qui se è tanto fulgi odio minimè eximeret. Si quis prairret, se Caarem felicissime velle predicabant. Quos Caesar laudibus ornatos, & in presenti quiescere iussos, à se dimisit. Ad Terracinam deinde delato, qui locis per trecenta stadia distat à Roma, nunciatum est quemadmodum Bruttis & Calabris, sublatissimis à consilibus Macedonia & Syria, & ad eorum solamen modicis quibusdam prabit. Cyrenē Cretamq; suscepissent, exules quedam restituiri forent, Pompeius renocatus, & ex Caesaris codicibus nonnullis in Senatum accisi, & alia plura subinde gesta. Cum in orbem itaque venisset, mater denuo, & Philippius, & quicunque

quicunq; necessarij eius aderant, senatus alienationem à Casare verendam arbitrabantur: Decretum præterea, ne de Casaris nece quaestio haberetur. Antonij ad hac potestatem. Et suspicionem in eum formidabant, qui neque ad aduentum Casaris filij obuiam prodiisset, neque aliquem ad eum præmississet, qua omnia sedate idem perferens, equū esse inquit se ad Antonium prius, tanquam iuuenem ad aetate prædictum, priuatum ad consulem accedere debere: Senatum qua conuenientia forent procura-re, decretum locum habuisse, nemine Casaris hostes persequente. Si aliquis persequeret confide-ret, populum auxilio affuturum, Senatum vero sit in lege, deos, sit in iustitia causa eius, Et Antonium vicissim allatu-ros opem. Si vero sortem eius adoptionemque sprevisset, primus erga Cesarem delinquere, populum etiam proprijs defraudare commodis. In fine demum professus est, non solum subire periculum pro hac re honestum esse. Verum etiam obire morte: quan-doquidem pra omnibus electus ad tam magna, Casaris loco dignus habitus, indignus videretur eo qui ad pericula omnia semper suisset promptissimus. Achillis demum verbis, quibus ille ad Thetidem fuisse dicitur, in matrem conuersus, inquit. Sed prius opto mori si non fas est mihi vivo. Vt iesi sortem cha-re morientis amico. Et has referens, Achille ex omnibus

ex omnibus immortaliter laudem id verbum attulisse ait, sibi vero hoc opinissimum alaturnum esse. Non enim Cesarem amicum sed patrem: non commilitonem, sed imperatorem: non lege bellis procumbensem, sed in Senatu impie necatum. Pro quibus mater ex timore in letitiam conversa, complexa cum dicitur: Ego solum Cesare dignum affirmasse. Compresso deinde sermone, ad ea qua meditaretur, faustè felicitèque accelerare iussit. arte tamen potius ego tolerantia quam aperte audacia sibi persuasit. Quod ille collaudans, ita se facturum esse respondit. ac Scepsere quidem subito ad amicos doctinat, Ego ut mane in foro cum multis studine adesse velsim, munquaque convocat. Eo in loco cum Caesari Antonium Marci Antonij fratrem, qui preturam gerbat in Erbe, obusum forte habuisset, se Cesaris adoptionem suscepisse ait. Mos quippe Romanus fuit, adoptivos testimonium exhibere pratoribus, quo publicè descripto, subito ex foro ad Antonium consulem alterum evadit. Ille Pompeianis in portis, à Cesare dono quondam sibi traditis, tunc quidem versabatur. Mora igitur in longum acta circa fores, Caesar Antonij alienationem per hac ipsa facile deprehendit. Cum ingressus esset, colloquia inter eos primùm ego blanditia conuenientes affuere. Cum vero de his qua oppor-

sum

quia fuerant, differendum esset. Caesar in bene  
 modum locutus est. Ego, pater Antoni, pa-  
 trem quidem te mihi esse beneficia Casaris in  
 te collata testantur. Et tua in illum gratia co-  
 rrum omnium que pro illo operatus es: equi-  
 dem partem laudo, et gratias tibi dicissim  
 pro his debere fateor: partem accuso. Et sum-  
 ma confidentia, in quibus me dolor adigit,  
 expromam. Cum interficeretur Caesar, mini-  
 mè affueristi, percussoribus eius te ad portas de-  
 stimantibus, quoniam vel illum saluum praefi-  
 cissem, vel cum illo vna concidisses: quorum  
 alterutrum futurum esset, honestè tamen non  
 affueristi. Statuentibus nonnullis eisdem hono-  
 res et in tyrannum fauientibus, audacissime  
 restitisti, cuius rei gratias tibi scio deberas  
 quam amplissimas. Ceterum si viros illos ut te  
 perimerent, consilium iniisse intelligis, non ut  
 nos putamus, volearem Casare futurum, sed ut  
 ipsi aiverint, tyrannidis eius successorem, non ut  
 que tyranni occisores esse poterunt, quin et  
 homicida simul sint. Quamobrem stagne in  
 Capitolium configere? an veluti ad templum,  
 ut peccatores supplices? aut ut in arcem hostes?  
 Vnde igitur spsis actorum oblinio, et cadas in-  
 nocentia? Utrum à Senatu, aut à populo, aut  
 ab eo qui sub illis interfecetus est? Nam te  
 inter plures inspicere id oportuit, cum consul-  
 sis. Verum alterutra consulente te, principa-  
 tissimo

, cum eos absoluistis vindicante te tuus insigne facinus, & errantes tua perdonente, venia tuum obfides ex proprijs ad percussores in Capitulum missisti. Esto & hoc à corrupcioe per vim à te extor:at esse. At cum perfecto testamento, & commendatione, & aquam fuit, in funere à te acta, populus iam Casaris memoria firmatus, ignem in percussores detulisset, & vicinorum causa illo pepercisset, armaque in sequentem diem esset comminatus, cur auxilium non attulisti? Sed & dux cum igne aut armis occurristi? sed percussoribus multam inscripsisti? si multa opus est ei qui per se deferre potest, & Casaris amicus est, & consul, & Antonius. Sed Amasius ex mandato imperfectus est ob principatus potestatem, percussores quomodo effugere suististi? & ad provinciarum administrationes nonnullos sc̄ trasferre? quas iniuste possident, eo qui concesserat, ab illis imperfecto. Syriam quidem, & Macedonia, consules rite decernentes, tu scilicet ac Dolabella constitutus rebus, ab illis abstulisti, pro quibus gratias eobis agerem, ni statim Cyrenem & Cretam ex decreto illis dediscessis, & fugitives statuissestis provincias. Continuè aduersum me satellites habebitis, & Decimum Celtas proximos tenentem videre negligitis, & hunc cum alijs dominum sub patre meo effectum. Sed hac Senatum cognouisse  
 dicit

dicet quispiam. Tu tamen ex decreto confirmasti, & in Senatu praesidisti, quo in loco potissimum congregatus est, ut per te contradiceret. Actorum oblationem illis concedere, salutem dare est; quod gratificantium videtur solus, ceterum prouincias ex decreto iterum prebere, & pramia conferre, Casari iniuriam inferentium, & sententiam tuam abolentium dicetur esse. Ex quo igitur me passio ad hoc impulit, ultra id quod moderatio etatis mea, & Venerundia erga te postulare visa est, dicam liberius. Et ad amicum Casaris, & plurimum apud illum honoris potestatisque asecutum, & fortassis futurum adoptinum, si te ex Herculeo Aeneadem fieri malle cognouisset. Hac enim res dubitationem illi attulit plurimam de successore cogitanti. In futurum itaque Antoni, si qua decorum immortalium, si qua tibi Casaris reverentia inest, quispiam ex his quae facta sunt velis inmutare, potes enim si velis. Sin autem ad reliqua, saltum in percussores cum populo amicisque paternis opem afferas. At si virorum, aut Senatus reverentia te detinet in his qua necessaria mihi sunt, ne te aggredies. Scis enim quantum oneris domi mihi incumbat ad impensam, quam pater populo insit exponi, qua solicitude amicorum adsit, ne retardans ingratis videar, nunc qui in colonijs distribui sunt me oppridentes, dimitus in sorbe cogam

cognatur permanere. Quaecumq; igitur in mor-  
te Caesaris confessim apud te tanquam in tu-  
zum redacta sunt ob domus periculum, dona-  
tia eius. Ego apparatum omnem nos habere su-  
miso. Ego quaecunque alia à nobis velis assumere.  
Ad distributionem vero aurum illud parini-  
signe quod ad bellorum usum Caesar consulta-  
uerat, abunde fuerit, si usque ad trecenta mil-  
lia nummum mihi impenderis. Residua di-  
stributionis eius. Ego si hoc confidere odiosum sit  
à te fortasse, aut per te ex publicis matuò sum-  
pserim pecunias, quoad reliquam substantiam  
verundare concederis. Hac loquente Cesare,  
Antonius ex confidentia eius ego audacia,  
quam præter opinionem ego atatem illi adesse  
viderat, obfupuit. Conturbatus igitur huic mo-  
de sermonibus, non quantum honestati congrue-  
bat, potissimum ex pecuniarum repetitione,  
insolentius in hunc modum illi responsum redi-  
didit. Si quidem o puer cum hereditate ego  
cognomine imperium tibi Caesar reliquisset,  
equum fortasse foret te publicarum rerum ra-  
tionem poscere, ego me polliceri. Verum Ro-  
mani principatum nullo ex hereditate tradi-  
dere, neque regibus: quibus electis, iure iurans  
do sanxerunt neminem Ulterius velle suscipe-  
re: quod præcipue patri tuo obijcientes percusso-  
res eius, ob id eum interemisse afferunt, re-  
gnantem, non autem imperantem amplius.

Mihi quidem neq; responso circa publica opera  
est, similiq; ratione te releno, ne gratias pro  
bis debere mihi afferas. Quicquid enim id est  
non tui grata, sed populi Romani factum est,  
non opere duntur at excepto, quod praeципuum  
Ego maximum omnium in tuam Ego Casaris  
benivolentiam effectum dixerim. Si enim ego  
mihimet intrepidius, Ego nulla motus inuidia,  
bonores percussoribus Ego tyrannicidis decre-  
tos contempssim, tyrannus habitus fuissest Ca-  
sar, cui neq; gloria quicquam, neq; honoris, aut  
actorum stabilitasolla assuisset: non decreta,  
non heredem, non substantiam ullam esset  
consecutus: non corpus sepulcro dignum habi-  
tum, ne private quidem. Leges quispe tyran-  
norum corpora insepulta iubent abiecisti, memo-  
riam omnem aboleri, Ego si quid peculij illis  
adest, in commune redigi. Qua singula ipse  
veritas, pro Casare pugnauis, ut immortala  
gloria Ego publico potiretur funere, non expers  
periculis atque inuidia, qua ab hominibus pro-  
peccatis Ego eade grassantibus mihi incubuit,  
Ego ut intellexisse potes, in me conspiranti-  
bus, ad Senatum patrii tuis inoperium iam  
graniter ferentem, Verium ob hac sponte me pe-  
culio obieci, Ego quocunque pati primus pre-  
legi, quam insepultum Casarem Ego infania  
fiedatum intueri, optimum virorum qui sub  
ille fuere, Ego in muleis felicissimum, Ego pra-  
evarii

omnibus bonore dignissimum à me habitum.  
 His igitur proprijs periculis meis, quae Caſa-  
 ris praesentia tibi sunt illustria, omnia acce-  
 pisti, gens, nomen, dignitatem, ſubstan-  
 tiam: pro quibus iuftius fuifet te mihi gra-  
 tias agere, quām qua ad Senatus fedationem  
 derelicta ſunt, vel in retributionem eorum  
 quae à me gesta fuerunt, vel ad alias opportu-  
 nitates ac rationes diſtributæ reprehendere,  
 maximè cum innorati, ego aitate proiectior.  
 Et hac pro ijs qua dixisti, abunde ſint. Inſtru-  
 mi præterea me principatum appetiſſe, quem  
 nunquam concipiui, quaerunt non indegnum  
 arbitreri, & dolere existimare non confe-  
 cutum fuiffe Caſarii adoptionem, professus ge-  
 nitus Herculis mihi ſufficere. Pro neceſſitatibus  
 autem tuis, in quibus aie ex publico mutua-  
 ri velle, ſatis crederem te ironia ſti, niſi per-  
 ſuafum haberem, te adhuc ignorare publica o-  
 mnia à parēte tuo inania eſſe derelicta. ex quo  
 ad imperium accedit: cum ad eum ararij loco  
 deferrentur, & ſubinde in ſubstantia eius re-  
 periantur, quamprimum illa inquirere de-  
 creuimus. hoc minimè impium in Caſarem  
 fuerit, defunctum iam humanis rebus, nec ac-  
 ceſtantem id eſſe impium, et ſrationes viuas  
 exegerit. Cum autem priuatorum plurimi de  
 fina quaque eius facultate tecum decertabunt,  
 hatis intelliges, non ſine controvēſia te eam

n 2 posse

possidere pecuniarum vero, quae ad me translatas esse asseris, neque copia ea est, quam existimas, neque nunc quidem penes me est, cum omnes in magistratibus ac potentissimis, Dolabella et fratribus meis duntaxat exceptis, veluti tyranni, distribute sint, et per me translata ad eorum gratiam, qua a Casare decreta fuerant: Et tu reliquias cum feres, si rite sapis: indignantibus populi loco passus impendens, illi populum ad colonias remittent, se rite sentient. Populus quippe, ut tu Gracis imbutus disciplinis optimè sis, instabilis es, ut in mari vnda fluctuans, hec aduenit, illa reuertitur. Similis ratione populus è nobis ambitionisores ad summum eleuans, ad ima demum abiecit. Horum plurimis indignatus Caesar, cum ad contumeliam referri crederet, abscessit, patrem nomine sepe innocans: ac confessim omnem substantiam venui subiecit, quantum ex herestate fuerat adeptus, populum in auxilium eius ex hac liberalitate conuertere festinans. Antonius odio in eum iam palam perspecto et cognito, Senatu preterea publicarum pecuniarum inquisitionem ex decreto statuente, nam plerique nouum Caesarem vereri coperant, ob paternam misericordiam et populi in eum benevolentiam: facultatibus insuper plurimis illi assistebus, quae in largitionibus, et populi ambitione conferret.

fernes, ne singulam cundem in primatorum na-  
 mero mansurum cogitabant, neque cum Ap-  
 tonio societatem instarum Cesarem, nouum  
 Errum diuidijs & gloria abundantem, verum  
 inter se pariter certaturos fore, quis ad Cesa-  
 ria imperium celerius esset evasurus. Quidam  
 ex his voluptatem capiebant, quasi huius-  
 modi viris sibi ipsiis impedimento futuris, &  
 opibus Cesariis. & pecuniarum inquisitione  
 dissolutis, aratum summa opulentia reple-  
 tum iri videretur. nam multa ex publicis pe-  
 nes Cesarem posse reperiri. Instante vero spe-  
 ctaculo, quod pro Bruto pratore Casus An-  
 tonius Antonij frater esset prabiturus: inter  
 alia que ad praetoram absentes Bruti curio-  
 se disposita sunt ab eo, apparatus abunde af-  
 fuit, ac donariorum copia, spes quoque afful-  
 sit, populum spectaculo placatum Brutum re-  
 uocaturum esse, Verum Caesar alio ex parte  
 populo subländcus, omne quod ex venditio-  
 ne cum solauerat argentum, continuo ambitio-  
 sis, per partes divedebat, ut prævenientibus im-  
 penderent. Porro per oppida deinde publice  
 proclaimari sifferat, qui minimo venun-  
 darent, cum ob causas, quod dubia & inser-  
 ta abhuc essent, tum propter Cesariis studiis  
 quo omnem populum ad benivolentiam eius  
 conuerterat ac pietatem, quod indignè hac

patis videretur. Cum autem ad ipsius hereditatem ac facultates proprias quaecunque apud Octavianum patrem, aut discubri sibi adesset, et matris universa, et Philippis vendidisset, et a Pedro et Pinario hereditatis partem re quisisset, singillatim omnia vendere proposuit, tanquam Caesaris substantiam: hisque non abunde sufficientibus ob effusiones, populus non sum a Caio Cesare, sed ab ipso largitionem facili existimans, ex indulgentia capie miseratio. et admirari similia agentem, et in laude modum contendentem. Iam enim clarior erat, non multo post eundem Antonij contumeliam despiciendum esse, quod in Brutis spectaculis splendide editis intueri licuit. Nam mercenariis quibusdam acclamantibus Brutum, et Cassum revocandos esse, cum residuum theatrica pietatem assentiri videretur, accurrere plurimi qui spectacula compescerent, donec prostrationem eorum penitus extinguerent. Brutus vero et Cassius cum eorum spes a Cesare in spectaculis effusas intelligerent: in Syriae et Macedonia, veluti ipsis ante Antonium Dolabellamque decretas per vim proficisci statuerunt. Quibus intellectis, Dolabella conseruata in Syriae, et ex ea in Asiam, quasi pecunia a bus in locis coacturis accelerat. Antonius vero in futurum potentia sibi necesse esse exercitum, exercitum qui in Macedonia fuerat,

virt

Virtute præcipuum, magnitudine copiarum  
 amplissimum (sex quippe legiones inerant,  
 & alia multitudo sagittariorum ac lenis at-  
 matura exercitatorumque cum illo adiuncta,  
 equitatus plurimus apparatus præterea iuxta  
 exercitum insignis, & qui Dolabellam sacra-  
 turus videbatur, in Syria & ad Parthos se se-  
 conferentem, cum Caesar in Parthos eō & su-  
 rus diceretur) ad se quamprimum transferre  
 statuit. & ubi quammaxime ad Iony transi-  
 tum esset propinquus, in Italiam traducere.  
 Interea subito fama aduolat Getas cognitus  
 Caesaris interitus Macedoniam ingressos depo-  
 populari. Quamobrem Antonius exercitum à  
 Senatu petiit veluti in Getas expeditionem  
 paratus. Nam in ipsis ante Parthos à Ca-  
 sare insitutus fuerat, ut in Parthos sensim  
 profecturus. Senatus rumore percepero, qui scri-  
 tarentur emisit. Antonius timorem suspicio-  
 némq; ob hac emanatam dissoluere festinans,  
 decreto sanxit, se nulla ex causa profecturum  
 si dictator crearetur neque decretorum se aus-  
 assumpturnum illo modo dictaturam, si illi pra-  
 beretur: si quid horum quis spernenteem es-  
 deret, ab obvio quoque velle trucidari. Ac per  
 hunc modum audientes maxime delinens.  
 & his qui Dolabella fauebant per largitionem  
 sibi ascitis, exercitus in Macedonia existen-  
 sis prator & imperator constituitur: Quis caro

ea qua concupisset, foret adeptus. Caium frater  
 trem magna celeritate fit decretum ferret, ad  
 exercitum emitit. Exploratores interim ru-  
 moris pramissi reuertuntur, Getasque in Ma-  
 cedonia nequaquam se sedisse referunt. Ad-  
 didere tamen, siue vere, siue ab Antonio per-  
 docti, trepidare omnes ne Getorum copia ad-  
 ventantes Macedoniam excurrerent. Hac dum  
 Roma geruntur, Cassius Brutusque exerce-  
 tus eis pecunias quotidie parabant. Trebonius  
 Asia praefectus, ciuitates murose piebat, eis  
 venientem ad se Dolabellam Pergamo eis  
 Smyrna non admiserat: solum commeatum  
 veluti consuli extra mania parauerat. Aggre-  
 diente eodem cum ira virbes, nihilque perfi-  
 ciente, Trebonius in Epheso suscipi mandauit,  
 eis ad Ephesum euntem quosdam ex inter-  
 nullo subsequi iussit. Hi nocte ingruente Do-  
 labellam recendentem intuentes, nec alterius  
 quicquam suspicatis, paucos ex suis, qui illum  
 sequerentur, reliquere: ipsi vero ad Smyrnam  
 redire. Dolabella eos qui derelicti fuerant,  
 per insidias adeptus interfecit omnes. Ei no-  
 tele adhuc instantे Smyrnam versus gressum  
 mouet, quam incustoditam offendens per sca-  
 las occupat. Trebonius in lecto à militesbas de-  
 prehensus, se ad Dolabellam deduci supplicat,  
 sponte se illos esse secuturum. Huic turma du-  
 bior cum intueris: Ei tu sequere, inquit, car-  
 pus

put interim nobis derelinquere: non enim se,  
sed caput tuum afferre nobis suum est.  
quo dicto caput ille subito abscedit. Orta tunc  
Dolabella Trebonij caput prætorio in folio, quo  
iudicare solitus erat, iussit affigi. Exercitus  
ira consumptus, & supplex turba omnis ob me-  
cem Caesaris, cuius Trebonius particeps fui-  
se dicebatur, eo quod defuncto eo Antonius  
Senatus ad fores Urbis tenuisset, in reliquum  
corpus eius crudeliter excanduit. Capne spic-  
ula in morem instrato lapidi, cum risu adin-  
sicem dū pronolutum, donec coneritum, effun-  
sumque est. Et hic primus ex percussione nu-  
merobusmodi poenas dedisse dicitur. Ante-  
missus interea exercitum ex Macedonia in Ita-  
liam transferre meditatus, omni alia occa-  
sione destitutus, à Senatu petiit, ut Celta-  
rum provinciam intra Alpes residentem,  
quam Decimus Brutus detinebat Macedonia  
loco sibi ascriberet: & mense repetens, Caes-  
arem ex Celtis prodeuntem, Pompeium supe-  
rasse, quasi exercitum non in Italiam, sed in  
Celtas postularet, Senatus Celtae gen-  
tem veluti arcem in se preparari metuens,  
confundari cœpit, & insidias eius tum pri-  
mum intelligere: & iam Macedoniam illa  
tribuisse penitebat. Prinalim itaque poten-  
tiores ad Decimum premittit, & ut pronin-  
cam firmiter teneat: hortatur: exercitum

alium ac pecunias parare suadet, ut venienti  
tis Antonio possit obsistere: adeo enim eum ve-  
rebantur, & odio habebant. Antonius con-  
tra Senatus loco Celtas à populo ex lege pete-  
re instituit, quemadmodum Casarem pro-  
vinciam eam in primis obtinuisse memine-  
rat, & Syriam Dolabellam occupasse. Ad  
Senatus verò trepidationem, exercitum quā  
in Macedonia erat, Brundusium Casum frā-  
trem per Ionium transferre admonet: & hic  
quidem qua Antonius expeteret, facturus  
videbatur. Ferte spectacula instabant, quia  
Critonius adilis exhibitus erat. Inter qua.  
Casar aureum solsum & coronam auream pa-  
tri preparauerat, quemadmodum illi in thea-  
tris omnibus apponere decreuerant. Conqua-  
rente itaque Critonio nentiquam admissio-  
nem esse se ut Casar ad impensas eius colere-  
tur, Casar eum ad Antonium tanquam ad  
consulēm confessum attrahit: Antonio verò  
dicente ad Senatum esse deferendum, subi-  
ratus Casar, ego solsum hoc, inquit, quod  
decretum tuum extiterit, apponam. Ad qua  
conturbatus Antonius, ut apponaret istibzuit,  
vetuitque subinde in spectaculis, q:od inde-  
centius visum est, qua Casar ipse fecerat, ap-  
poni, repetitis à patre in Venerem genitri-  
eum, cui & templam pater in foro, & forum  
Gloriosum addiderat. Tunc igitur vehementius  
odium,

editum; Et ipse quidem ab omnibus in Antonium cursum, quasi non solum cum Caesare presente contendentes; Verum in priorem ingratè contumelij insurgeret. Ipse autem Caesar multitudine velut custodia stipatus, populum, Et qui sub patre beneficia acceperant, vel sub illo militaverant, circumbat, misericordieque deprecabatur, ne se talia ac tentio sustinente vitro desicerent, Verum Cesari eorum imperatoris aigne benefactori contra Antonium auxilium afferrent, suerentur serpens, quibus nihil tutum eorum que a Cesare habuissent, futurum esset, nisi que ab illo decretis fuerant stabilia firmaque manerent. Ad omnia præterea verbis loca editiora concéndens, in Antonium clamabat his verbis: Cesari propter me ne irascaris, ne ue iniuriam inferas Antoni benefactori tuo, Et in maximis tibi affecto. Mibi quantumvis iniuriam infer, Et facultatum eis compesceret, quoad cines distributionem debitam sunt consecuti. Reliqua omnia tibi habeto. abusus de etenim mihi fuerit quamquam indigentis si paternam assequar gloriam, Et distributionem populo sensas impendi. Quibus ex verbis iam in Antonium emissæ voces palam innotuerant. Comminante vero illo acerbissime, Et minis in publicum elatis, adhuc magis omnes accidit, ut etiam in eisdem locis, quæ erubet

currebant. Quamobrem militia primores, quoniam ad Antonij custodiam delecti fuerant, ne sub Cesare prisco militaverant, ab Antonio summo in honore habebat, ut ab iuris abstinere portabantur, eorum intus, ac suis pannis, quo sub Cesare sona meruisset. Sedque ingentia commoda ab eo suscepisset. Quia mente repergens Antonius, cum vera ficeretur, et differentes ad eum erubesceres, et Cesare ad favorem populi ob Celticas res promerendum indigeret, tandem acquiescere capiebat, et ea confiteri quasi preter mentem eius gesta essent, verum quod adolescentis animum tam superbè elati acta recenseret, qui nihil pudoris aut reverentiae erga duces. Et quidem antiquiores habuerisset, cuius causa solito magis reprehensione in eum esset fuisse: caterum eorum gratia, quia hoc depositarent, ab ira temperare velle, et ad pristinam eius naturam consuetudinemque redire, si et ille ab huiusmodi insolentia desisteret. Haec duces lato animo audentes, in unum ambos consunxerunt. Et inter se conquestos in amicitiam reduxere denique: ac statim lex de Celis prescripta est. Senatus abborrente, et iam premeditante, si cum consulret Antonius, prohibere velle: sin absque Senatus consulto ad populum deferret, Tribunos contra ut illi prohiberent, opponere. Fuere insuper qui gentem illam omnino liberaret  
pra

prostere indicarent; adeo Celsus sibi propinquos formidabant. Ansonius contra palam proclamabat, si eam praesenciam Decimus permitterent, qui Casarem interemisset, sebi vero quisque confidexerat, qui prouinciam eam acquirentem, & ad genus eius prosternentem, neutquam occidisset. apertere iam omnia in omnes effundens, quasi Caesaris necem exoptassent. Cum comitiorum adesset dies, Senatus tribunum multitudinem ad concionem acciri cogitabat. Illi vero nocte, adhuc instante, circa forum tabernaculis appositis spiculatoriam convocant cohortem a signo prodeuntem: qua ex re turbata popularis concio, Antonio ob Casarem fauere instituit, circa tabernacula assidentem atque deprecantem. Verebatur etenim permaxime ne Decimus prouincia opportunitissima, & exercitus in ea existentes imperaret, quo patris percussor extisset. & ob id ad Antonij gratiam cum eo conciliari. Enī generat: nam & ipse aliquid ab Antonio vicissim suscipere sperabat. Corruptus autem ab Antonio ob pecuniae Tribunis, & subinde conticentibus, lex promulgatur, & exercitus ad Antonium praefixa condecoranti causa per Ionium accedit. De functo deinde quodam ex Tribunis, in creatione alterius Caesar Flaminio plurimum facit: qua ex causa ratus populus eundem tribus

bunitiam affectare dignitatem, sed ob adolescentiam minimè petere, in comitiis Tribunum declarare instituit. Verum Senatus incremento eius inuidens, timore corruptus est, ne si Tribunus crearetur, percussores patris ad populum in iudicium vocaret. Antonius amicitiam cum Casare in primis conturbatam haud multifaciens, sive ad Senatus gratiam, sive ad leniendos animos ob legem recens in Celtas editam, sive profectionis causa id esset meditatus, veluti consul decretum edidit. Nemini Casarem prater legem insurgere debere, nec ex seipso potentia magnitudine vti posse. Quacum Casari ingrata essent, Ego in populum huiusmodi scriptio indigna videretur, multitudo subirasci caput. Ego in suffragijs contentione vti statuit, ita vt trepidaret Antonius, ac decretum abolendum ceteris Tribunis tanquam sufficientibus omitteret. Casar ex adverso vt aperte circumuentus, plures ad colonias à patre deductas ire iubet, Ego quæ patiatur, nota facere, ac cuiusque mentem scrutari imperat. Misit Ego ad Antonij exercitum nonnullos commeatum deferentes, qui ceteris sese immiscerent, Ego hortantibus in primis se concrederent, in turba quoque libellos clanculum ejercent. Hic igitur in his versabatur. Ordinum interim primores ab Antonio temporis commoditate perceptos, in hunc

modum

modum fari incipiunt. Nos quidem Antonis,  
 & quicunque alijs tecum cum Casare merui-  
 mus, & imperium illa simul constituumus,  
 & in hanc usque diem ad illius obsequia vi-  
 tam duximus: pari odso & insidijs percussores  
 eius in nos vti, & Senatum illis obsequentem  
 esse non ambigimus: Populo vero eos expellens-  
 te, fiduciam assumpsimus cum Casarem non  
 omnino amicis destitutum, aut obliuonis tra-  
 ditum, aut gratia carente in cerneremus. Se-  
 curitatem tamen omnem in futurum in te uno  
 collocavimus, utpote Casaris amico, & post  
 illum praeceptis ad militem edocto, & nunc  
 nobis imperante, idoneoque ad omnia quam-  
 maxime. Insurgentibus autem nobis inimicis,  
 & audacter in Syriam Macedoniamque gra-  
 cantibus, pecunias porro & exercitum in nos  
 olligentibus, ac Senatu Decimum contra te  
 reparante, & te curas omnes in Casaris no-  
 ri dissensione consumente, non inepte formi-  
 lamus, ne in futurum, quale nullum in pre-  
 senti affuit, bac inter hos dissensio bellum af-  
 rae, & facultatem inimicis contra nos qua-  
 daverint agendi, facile concedat. Quo o-  
 nia cum spse animaduertas, te precamur,  
 protuta in Casarem gratia, & nostri cha-  
 ritate, quoniam querela dignum in te egi-  
 us, & ultra hac utilitatis tua causa, quoad  
 e, & Casari duntaxat abunde sit, in per-  
 cussor

cussores depugnanti opem prates. Quare res te ab omni cura vacuum in imperio constituet, & nos pro te & nobis ipsis trepidantes, in tutum collocabit. His à primoribus ordinum relatis, Antonius in hunc modum reddedit: *Quanta benevolentia & studio erga Casarem semper fuerim, cum ad omnes eius necessitates in periculis praecateris me obiecerim, clare cognovistis, qui bona militantes his qua gesta sunt, præsentes affueritis. Quantum verò & ipse charitatis ac promptitudinis erga me usque in finem conseruarit, non necesse mihi arbitror testari. Hac enim vera que intuentes eius percussores, me cum illo interficere meditati sunt, quasi me superstite neutquam qua animo conceperant, in tuto collocari crederent. Quod si quis eos ab hac sententia deterrere conatus est, non benevolentia aut cura salutis mea id egit, sed honestatem potius, ne multis inimicos suos inseparari possuissent, non autem tyrannum occidisse considerentur. Quis igitur me Casarem amplius negligere existimat, benefactorem meum? & hostes pra' illo in honore habiturum esse? & necem illis sponte indulgere, qui mihi insidiabantur, quemadmodum hic nouus Caesar opinatur? Vnde igitur ipsis necis oblitio, & provinciarum cura? Hac enim mihi pro Se- matu obiecere conatur: quemadmodum id cuener*

enemorit, audire. Cesare impine imperfecto in Senatu, timor omnes insuerat, potissimum tamen me, ob Cesaris amicisiam, & factis huius ignorantiam, non enim coniurationem intellexeram, nec quod ad eam conspicerent, audieram. Populus quippe tumultum concitarat, perenniores cum gladiatoriibus capitolium ingressi ianuas occluserant: Senatus cum illis aderat, & nunc etiam versatur clarus, & bo-nores percussoribus veluti tyrannicidis insti-tuerat. Quod si tyrannus habitus fuisset Ce-sar, nobis quoque indilata fuisset pereundum, veluti tyranni amicis. Sic mihi à tumultu, cu-ra & timore prapedito, ratio nulla aderat. Impossibile quippe non timere. Id animo scruntantes, facile cernetis. Vna quidem ex parte audacia incredibili opus erat, ex altera dissi-mulatione mirabilis. Hoc igitur ex omnibus primum erat reliqua deinde congruebant, ho-nores scilicet his viris decretos abolere. Quod ex meipso facere instituens, Senatus & per-cussoribus me opposuit, & fortissime operatus sum, audacia fretus eximia, periculo me so-lum obijcens, & nos Cesaris amicos in tuto esse existimans, si idem minime tyrannus ba-beretur. Simile itaque paurore & hostes & Senatum detinente, ne si tyrannus non habe-retur Cesar, homicidiū causa & ipsi teneretur. & ob id contendentibus sedere visum est, &

obliuionem necis honorum loco illis cōtribueret, Et quantum necesse mihi esset, ab illis sumerem. Et hac sunt quanta eis qualia; neque cognomen Casaris aboleri sinere, quo bono maxime delectatus sum, neq; substantiam eius in publicum deferri, neq; adoptionem, qua nunc potissimum iste exultat, dissolui permettere, neq; decreti eius in irritum euadere, corpus sepelire regie, Ei honores tampridē illi deditos immortalitati consecrare, Ei omnia denique ab illo facta, illi sfa conseruare, filiumq; eius, Ei nos bona, amicos, pratores, militesq; in saluto tutta cōsistere, Ei in glorioſa vita pro turpi commendari. Hac ne uobis minima, aut p. uia pro necis obliuione à senatu exegisse videor, aut Senatum sine obliuione daturum fississe arbitramini? Quam sincere illis tradere pro his rebus condignum arbitror, Ei cum veritate percussorum animis ignoscere ob Casaris immortalē gloriam, Ei nostris sauitem, ac turcam. Quia tamen non ea voluntate sum executus: sed ut causam in contrarium encraterem, ex quo Senatū in ijs qua utilia primū fuerant iniuxi, Ei Se percussores in quiete cōsisterent adhortatus sum, Ei obliuionem non decreto, aut statuto (non enim licuit) sed insigni populi ambitione dissolui, Casaris corpus, sepulcri occasione in forum efferens, Ei Vulnorum eius multitudinem detegens. Vesta preterea sanguine

madentem, & laceram ostentans, ac  
 em eis, benevolentiamq; ad populo mi-  
 la oratione in mediu recesens, deflensq;  
 sum deum insuper appellans. Hac o-  
 mea opera & verba sunt, quibus irrita-  
 viles, assumpto igne, cum obscurone ad  
 torum domos se conuertit, eosq; ex urbe  
 m expulit. Et hec quemadmodum aduer-  
 Senatu, & graniter fratre acta sint, con-  
 n ipse offendit. nam me ambitus primum  
 iuit. percussoribus provincias habere con-  
 . Bruto & Cassio Syriam scilicet & Ma-  
 xiām, qua magnis exercitibus repleta fue-  
 : & ne ante statutum tempus accelerare  
 entur, occasionem frumentis in urbem con-  
 zdi eis detulit. Quamobrem maior adhuc  
 auor tenuit, cum nullum priuatum exer-  
 z haberem, & contra tot armatos ipsi in-  
 z proderemur. Collega ad bac suspectus  
 aderat, & discors continuae. nam Casari-  
 lias struxisse ferebatur, & in die necis ut  
 rbe adcessit stratusse. Quibus ex rebus ve-  
 enter addubitans, & hostes exarmare fe-  
 ins, & ab illis ad arma nos transferre,  
 ratium occidi. Pompeium reuocandum esse  
 ii. Ut his adductus Senatus, denuo se ad me  
 uerteret. Nec propterea illi confisus, Dola-  
 le Syriam petere suauis, non à Senatu, sed à  
 ulo proclata lege: petentiq; operam & opem

x a presti

præstis. Et per percussoribus ex amico hostis fieret:  
 Et Senatoribus turpe videretur post Dolabellam  
 concessionem pro Macedonia mihi obſistere.  
 non enim aliter prouinciam eam mihi tradidiffent, neq; Ulterius exercitum in ea exſtendem  
 concessiffent, ni prius Dolabella cum per-  
 missiffent, Veluti in Syria et Parthos profectu-  
 ro: neq; Vicissim Cæſſim Cæſſo et Bruto Macedonia  
 et Syriam eripuiffent, si nullas alias prouin-  
 cias ad ſecuritatem eorum prabuiffent. Necesse  
 quidem erat pro illis alias tradere: Sed quales  
 pro quibus dederint, cogitate, exercitu vacuas,  
 Cyrenem ſcilicet et Cretam, quas hostes vela-  
 ti inutiles eis futuras contempferunt: Et in eas  
 quas abſtulimus, per vim ingredī conantur. In  
 hunc modum exercitus ab hostibus ad Dola-  
 bellam translatus eſt, artibus et machinatio-  
 nibus, et aliarum prouinciarū traditionibus.  
 ſic enim nullis apparentibus armis, legibus ope-  
 rari necesse fuit. His igitur gestis, et hostibus  
 exercitum alium congregantibus, opus mihi  
 erat exercitu, et copijs in Macedonia exi-  
 ſtentibus: nec in hoc occaſionem ullam preui-  
 debam. Interim fama percrebruit, Getas Ma-  
 cedoniam ingressos depopulari. Diffidente Se-  
 natu, et exploratores ad hac premittente, de  
 dictatoris magistratu ſententiam attuli, non  
 licere mihi poſcere, aut decreto conſtituere, aut  
 oblatum magistratum mihi affumere. Qua ex-  
 re max

cime affecti, exercitum mihi concessere.  
- quidem me primum hostibus parem  
didi, non his manifestis & cognitis, &  
car arbitratur: verum alijs pluribus ac  
otentioribus, & adhuc minime appa-  
re. Quibus à me perfectis alius ex per-  
bus in lateribus adhuc barebat. Deci-  
ratus, prouinciam naclue opportunam,  
ijs ingentibus refertam, quem ego auda-  
contemplatus. Celas ab eo eripui, Se-  
honestate exhibita, cum Macedoniam  
re velle pollicerer exercitu nudam, atq;  
tutam. Caterum conquerente Senatu, &  
as iam palā metuente: (scit is enim quot  
ianta a multis Decimo prescripta sunt,  
nsules etiam in me concitare propera-  
ego audacius adhuc prouinciam eam Se  
loco à populo per legem petere diffosui,  
tum à Macedonia Brundusium addu-  
quasi eo ad opportunitates & furus: quo  
mātibus stetimur, & necessitates aduoca-  
. Sic ex magno timore nos pridem detinē-  
securitatem pertransiimus, & auda-  
in hostes maximā quibus deficentibus,  
etiam multorum ad eos fudsum. Consi-  
te igitur quanta illis adfite p̄nistentia co-  
qua decreuere, quanto labor mihi affue-  
ctas alijs traditos adserere: scitis qua De-  
scribentes, & quanta & consules in me

concitarent suadentes, pro Cœlis contra me de-  
cruere. Verum cum dijs patrjjs, & pia men-  
te, & à nobis recte factis, quorum gratia vi-  
ctoria Cesare est adeptus, illi succurremus, cor-  
poribus &nà assistentes & animis afferentes  
opem. Hac à me gesta commilitones adhuc se-  
creta esse volueram: quemadmodum autē acta  
sunt, & obis retuli, quos ego & opere & verbo  
in omnibus participes esse volui. Alijs igitur  
è obis si quis ignoraris, dicitote, Cesare exce-  
pto, qui ad omnia erga nos est ingratissimus.  
Hec referente Antonio, primoribus exerci-  
tus clare innotuit, eundē omnia ex vehementi  
in percussores odio in Senatu peregisse, decre-  
nereq; cum Cesare iterum eum conciliare. Per  
seasis itaq; ambobus, denuo in Capitolio &nà  
conuenere. Non multo post Antonius nonnul-  
los ex custodibus corporis sui ad amicos at-  
trahit veluti ministros à Cesare in eum per  
insidias instructos, sine calunnia causa id age-  
ret, sine re ipsa adiunctus sine à Cesare ad exer-  
ciuum eius præmissos cognovisset. & id facinus  
ad aggressionem corporis sui medstatum refe-  
rens, subito in populo tumultum concitauit, ita  
ut indignatio simul sequeretur. Pauci quippe,  
quibus ratio masor inerat, id opus Cesari con-  
ferre letabantur: Antonium quidem leden-  
tem facilè superare posse, qui percussoribus  
tremendus esset. Defuncto vero eo, audacie

nnes illos insurrectarios esse, qui à Sena-  
cuarentur. Sic enī prudenter existimā-  
t. Plerique autem insipientes qualibet per-  
sonis dīces Casar consumelij s & dispēndij  
cīs pateretur, non ab re calumnias hu-  
zodis fieri arbitrabantur: neque aquum por-  
tu tolerabile existimabant, Antonium con-  
tra perfruentem, insidijs ab illo peti. Casar  
er ad sic se habentes cum ira & furore ad-  
m̄, clamabat insidias ab Antonio sibi in-  
sob amicitia, quam in populo habere cum  
um existimabat. Amplius Antonij foras per-  
tiens, eadem magnis clamoribus intona-  
t, deos testes invocans, execrationes omnes  
rens, Et ad issidicium accederet provocabat.  
mine vero prodeunte, ab amicis, inquit, tuis  
scari postulo. Et his dictis intra domum  
gressus est. Prohibitus subinde, iurestan-  
conqueri capit, Et quis circa foras erant, in-  
tari, quod Antonium redarguis ab eo pro-  
ferrent. Discedens demum in populo testa-  
s est, si quid mali pateretur, ab Antonio si-  
dolo infligi. Quibus cum insidias in publ-  
m elatis, multitudo ingemuit. Et que-  
m illi prioris opiniois penitentia acces-  
. Erant & qui tunc ambigentes, neutri-  
nam fidem & trahere impenderent. Simulatio-  
em alij in his que fierent, adesse existimaret,  
& ob ea qua in templo bona statuissent, hac

inter se aduersus hostes machinatos esse crederent. Nonnulli Antonium hac ipsa medietatum fuisse cogitabant ad occasionem custodiae maioris incunda, aut quod Casari suffragia adimeret. Cum deinde Casari a quibusdam occulte premissis nuntiatum esset, exercitum qui in Brundusio erat, necnon eos qui in colonias deducti fuerant, ira in Antonium efferrari, quod Casari interitum negligeret, ipsos in vendidam paratos esse si quid licuisse. Antonium autem ob hac Brundusium venisse. Veritus Caesar ne cum exercitu rediens Antonium, eum omni custodia destitutum caperet, pecunias a sumptis in Campaniam processit, civitatibus qua sub patre condita olim fuerant. Ut militiam secum iniret persuadens, ut Celatiam primū, deinde Silium, quae straque ex parte Capua frumentaria aderant, sibi adiungerent. Sic soniciusq; drachmas pollicitus quingentas, ad decē milia hominum in unum coegit, neque sufficienter armis instructa, neque in legiones aut cohortes distributa, sed ut ad corporis custodiam sub uno vexillo collecta. Qui vero in urbe aderant, Antonium cum exercitu redeuntem mertentes, cum Casar alio aduentare diceretur, in duplo formidabant. Quidam igitur ut in Antoniam insurrexerint, Casari se coniunxerant. Nonnulli conciliationes inter eos iam pridem in Capitolio factas mente repetentes, has omnia

ia ad simulationem quandam referebant,  
 etributionem Antonio potestatis esse, Ca-  
 in percussores Sotionis existimabant. Sic  
 trepidantibus Carnutius quidam Tribu-  
 quis Antonio aduersabatur, Et ob id Ca-  
 amicus fuerat, Cesari occurrit. Cuius per-  
 a mente, populo clarissus annuntiat, Cas-  
 sit Antonij hostem aduentare, necesse esse  
 ambigentibus pro Antonij tyrannide,  
 ut se coniungere, cum exercitum alium in-  
 tenti nullum habeat. Hac effatus, Casarem  
 Sorbem in templo Martis commoranteem,  
 d' per quinq; Et decem stadia haud longe  
 at, ingressus subet. Cum ingressus esset, in tem-  
 plo Iuliacis Castoris q; cōsedis. Templum verò  
 undidere milites palam gladijs accinēti.  
 us Carnutius in Antonium fari capit.  
 atria suis memoriam cunctis subiicit, Et  
 ab Antonio idem patiatur edifferit, qua-  
 insa coactus fuerit exercitum processus cu-  
 a in sonum comparare, cum ad omnia pa-  
 obsequis Et inseruire promptus sit Et nūc  
 Antonium paratus; Hac loquente eo, Et  
 concionem dissolvente, exercitus in oppo-  
 n pro reconciliacione Antonij, Et Cesaris  
 nissus aduentat, vel ad solam duntaxat  
 iris custodiam, Et in percussores apparat.  
 Quanobrem indignè ferre visi miutes bac-  
 Antonium dici, qui eorum imperator esset, Et  
 x s consul

consul simul existeret. At illi ad eorum domos quasi arma sumpturi demitti postulans. Non enim alijs quam proprijs armis indigere, quod vere dixisse videbantur. Caesar in eis magna dubitatione afficiebatur, in contrarium ac putabat, rem euasisse intuens. Speras itaq; eos suasione potius quam si superare posse, occasions statim cessit. Et hos quidem ad sumenda arma, quosdā simpliciter ad propriare redire iussit, ac merorem cōtegens, redditum laudauit omnibus, nouis quoq; donis insegrauit. Et adhuc liberalius velle facere est pollicetur. Et ad occurrentia, eorum opera in primis eti, voluntatis paternis amicis, potius quam militib; fibi obnoxij. Hac dicens, mille duntaxat, aut ter mille ex decem millibus et manerent, à ceteris disuasit. Dissidentibus autem illis obsumrum, reliqui tunc quidem abicer. Laborum deinde agriculturie memores, utilitatumq; modestiae, pollicitationum ad huc Caseris, Et suarum eius ad quacunque libuisset, munerum quoq; que accepissent, infuturumq; suscepturnos se sperarent, ut popularum inexpertorum mos est, eos primitere capiat. Et ex occasione ad honestatem conuersi, se armis instruxere, Et ad eum rediere denuo. Ille nouis pecunij assumptis, Raseenna et finitima quoq; peragrabat. Alijs insuper alios ad militiam adūciens Ari-  
bism ire iussit. Antonio interim ex quinque legio-

ibas, qua in Macedonia fuerat, quatuor  
 ducentum omnino peruenere, & ha quidem  
 erentes quod Casaris necem minime &  
 ergeret, nulla laudatione habite, ad tri-  
 stre suadent, veluti de eare quā primū  
 s orationem habiturus esset. Eam tac-  
 itatem permolestè ferens Antonius, ne-  
 uam iram cobibere potuit. Verum ingra-  
 linem eorum improbauit, quod à Parthis,  
 uos delecti fuerant, in Italia acciti essent.  
 ullum testimonium charitatis huic redi-  
 issent. Questus est insuper, quod viros à in-  
 e proteruo, quem Cesarem appellant, ad  
 cōfessionem eorum missos, ad se non adduxis-  
 , sed ipse eos solus innenisset. Exercitum  
 ad prouinciam ex decreto sibi traditam,  
 tarum gentem überem & beatum duce-  
 & singulis ibi assistentibus, drachmas cen-  
 n elargiri statuisse. Eam vocem milites, &  
 citanissimē, irridere cōperunt. Cum turbare-  
 r ille, adhuc magis tumultuari & discur-  
 re perseverabant. Quamobrem exurgens  
 & solus iratus protulit. Sub imperio regis cō-  
 scite. Deinde seditiones à Tribuno quo-  
 am depositens ( mos enim Romanis in eo-  
 um exercitibus olim fuit, sigillatim per nu-  
 merum quoque describere ) lege militari for-  
 itus est, neque decimum quenque, sed partem  
 orum interfecit, ratu hunc in modum ob-  
 pane

paucitatem eos deterrere. At illi minime consternati, maiori adhuc odio atq; ira ferebantur. Quia intuentes qui à Casare ad seditionē promissi fuerant, libellos plurimos in Antonij exercitum emitunt. Et pro eius auaritia, crudelitate, ac Casaris primi memoria, ad Casarie noui opem, dona ac liberalitatem milites insunt. Eos Antonius summa diligentia perscrutari nixus, si quis occulisset, panam comminatus est. Verum cum neminem deprehenderet, maiori adhuc ex astuabat ira, quasi ab exercitu omnis tegeretur. Intellectis deinde his quae in colonijs, ac Roma à Casare dietim fierent, animo cōmotus exercitum denuo his verbis allocutus est. Conturbarer eisdē ob ea qua militari necessitate gesta sunt oī viri, paucis quibusdam plurium loco per legem interfectis, spsis clare intelligentibus neque crudelē, neq; pusillanimē esse Antonium, nisi quod peccatis Et supplicijs iam abunde satiata a me discessit inuidia. Cētum quippe drachmas, non dono vobis tradere ( nec enim id Antonij fortuna congruum ) sed veluti prima inter nos cōgressōnis professionem quandam, non donum exhibere vobis, ac sic lege patria, Et militari, in his, Et in ceteris mīhi bene fidere superesse vobis. Sic Antonius elocutus est, nihil mūri tamen addidit, ne imperator ab exercitu vincis videretur. illi sine pānitentia, sine timore ducti,

. sed ipsum suscepereunt. Ex his ordinum res, vel seditionis ira, vel alia suspicione permittantur. Reliquos vero, et quacun'ia ad opportunates suas transfulit: et tum per partes iuxta mare Ariminum are iussit. Ipse ex omnibus desumptis militari eorum quis corporibus et obsecraveret, Romanus prefectus est, ut eximimimum vicissim graderetur. Ingressus item superbe admodum cohortem ante instatuerit, et qui circase fuerant, succin lucens, et noctu circa domum ad custos armatos continens. Insignia etiam illis it, aderantque, veluti in castris custodia perpositae. Coacto in unum Senatus, et de his Caesar egerat, ad eum quereretur, ab ingressum intelligit, ex quatuor legionibus eam Martia appellabatur, ex insere ad Cesauisse. Ipsi porro ingressum cohibenti, et habitanti plurimum, denuo annunciatur, le meam qua quarta dicebatur, Martia in m ad Casare vicissim transuisse. Quibus nenter territus, Senatum quidem ingressus iussi ob alia eum conuocasset: ac pauca pr subito ad portas transiit, et ab illis Al prefectus, deficietes quosque, renocaret. Re us deinde a muris iterum retrocessit, et ad duas legiones misit, quingentas drachmas uiq; dare pollicitus. Ipse cum his qui ade rant,

rant, Tybur s̄isque progreditur, apparatus habens his qui in hostes tendunt, consuetum. Iam enim bellum clare immiscebatur. Decimo Celtas nequaquam deponente. Eo igitur in loco assistenti, Seratus fere omnis, ac plurimi equitum cum honore accessere, ex populo quoq; pars non contemnenda, cūque insurandum à militibus qui aderant sumentem offendentes. Et ex his qui pridē cum illo militauerant, multos accurrentes (magnum quippe id erat) sponte Et ipsi insurandum praestitere, neutram fidem Et benevolentiam, quam erga Antonium habuerant, omisuros esse, ita ut nonnulli trepidarent, qui pauloante in concione nō ius Casaris, Antonium calumnijs insecuri fuerant. Sic ille splendide admodum Ariminum praemissus est. quo in loco Celtica prouincia initium adesse noscitur. Fuitq; illi exercitus exceptis nouiter delectis legionum trium nuper e Macedonia ad eum profectarum. iam enim illi residuum aduenierat. Commilitabant præterea nonnulli ex veterani, qui tyronibus in duplo potiores habebantur. Sic Antonio bellissimum virorum legiones quatuor adbasisse refertur, Et quantum auxiliatorum subsequuntur, consuetum est, custodum prætereac corporis, Et nouiter electorum illi affuisse constat. Lepidus verò quatuor in Iberia legiones habens, Asinius Pollio duas, Et Plancus in altera

Celta

rum prouinciarum, Antonij partes e-  
 ri videbantur. Casarem autem dua si-  
 ter legiones delectorum sequebantur, qua  
 Antonio ad ipsum transierant. Tyronum  
 & Vras, dua ex primis cum eo militanti-  
 nec ha numero perfecta, aut armis instru-  
 omnes, sed ex nouis delebis suppleta fue-  
 t. Omnes igitur Alba in unum congregas.  
 Senatum misit. Ille Gerò, ut in re ambi-  
 i, iterum ad Antonium deflexit oculos. Ac  
 n quidam affuere, qui Antonium propon-  
 ent, permoleste ferentes quod non ad Se-  
 tum, sed ad Casarem legiones dinertissent.  
 mal deinde Casarem, eisque laudantes, po-  
 ntur non multo post quid facta opus esset,  
 decreto velle statuere, cum primum noui  
 magistratus ad ageda processissent. Iam enim  
 rum erat, eorum ope aduersus Antonium  
 velle: cumque exercitu proprio carerent,  
 que sine autoritate consularu[m] deligerent liceret,  
 inia ad nouos magistratus referre cupere.  
 sari exercitus, secures, virgasque ex ordo-  
 paratas. Et Imperatori aduersum militan-  
 tis beli duci preferri suadebat. ipsi sub im-  
 ratore continue degere assuetis. Ille honore  
 illaudato, rem ad Senatum deferri admonet.  
 cumque ad eum turmatim aduolarent, ultra  
 subiunxit, oratores etiam compescuit, quasi Se-  
 natus ea per se esset consularus, potissimum,  
 inquit,

inquit, cum vestram promptitudinem, hesitationem meam intellecterit. Quibus vix cum facile repressis, ducibus praterea suspicionis se insimulari conquerentibus, ita retrulit. Senatum non benevolentia eius, sed Antonij timore in eum inclinaturum esse, exercitus etiam inopia adductum, quoad nos, inquit, Antonium cōficerimus. Et percussores amici et cognati eorum qui in Senatus sunt, vires comparauerint. Que ego animaduertens, senatus obsequi optimum existimo, neque simulationem prius aperire eorum pro quibus imperium nobis sub contumelia aut violentia infamia queat adsimere. Obsequentibus certe nobis, fortasse id ipsum facile concedet, timore ductus, ne id per vim nobis vindicemus. Talia effatus, legiones duas que ab Antonio ad ipsum pertransierant, inuicem certantes contemplatus est spatio inter se distantes, Et omnia bellis opera, nullo respectu habito, sola excepta nece peragentes. Quo spectaculo latentes, Et huic occasione perlubenter se se inferens, alias quingentas drachmas unicusque elargitus est, Et si qua bellis necessitas interim ingrueret, Victoribus quinque milia est pollicitus. Sic Caesar munerum liberalitate mercenarios sibi vendicabat. Et hac quidem in Italia agitabantur. In Celsis vero Decimum Antonius in Macedoniam transfere suadebat, ut populo

' obsequeretur, Ego sibi ipse vicissim par-  
'. Ille econverso literas à Senatu perornatae  
ripias ad eum emittebat, quasi pr popu-  
lbi cedere nō magis honestum foret, quām  
mio per Senatum. Antonio diem pra-  
m̄ statuente, qua vt in hostem vti posset,  
rem sibi Decimus definiri petat, ne ce-  
s Senatus hostis fieret. Antonius facile  
verato, cum in campo adhuc esset, ad  
ites ire properat, à quibus admissus est.  
tus igitur Decimus ne ab omnium prohe-  
tur introitū, literas à Senatu redditas sibi  
t, qua illum cum exercitu Romam prope-  
cent. Eo modo in Italiam conuersus ire  
t. Recipientibus illum cunctis veluti re-  
tem & qz Mutinam progressus est Srbem  
Simam, ac statim portas occludi imperat.  
nenrum omnia ad victum necessaria in-  
um afferri, iumenta ad currus debita im-  
ri, Ego sale condiri iubet, ne forte obsidio  
rum traheretur: eoque modo Antonium  
riri pergit. Copie illi aderant haud con-  
ienda, gladiatorum manus ingens, arma-  
n legiones tres, ex quibus una nuper mi-  
tium & inexcitatorum fuerat, due fe-  
ime, qua prius cum eo stipendia merue-  
. Antonius cum ira in eum delatus, Mu-  
: Srbem muro fossaqz praeinxit, sic vt De-  
us obsidione premeretur. Interim Roma

9 consū

consules anniuersarij mensis initio creati Hir-  
cius & Pansa, Senatum subito ad sacra. &  
in ipso templo contra Antonium conuocant.  
Cicero nempe, & omici eius cundem à Sena-  
tu hostem iudicari his potissimum ex causis be-  
bementies forgebant, quod Celtarum proin-  
ciam Senatu inuito ad patria oppugnationem  
 riclitantibus in Unum, non mediocriter timeo.  
 Me siquidem ab omni ambitione vacuum esse  
 scitis, ex quo ducem à signis, vobis statuenti-  
 bus non admiserim. Vnum autem nunc solum  
 video vobis mihi que salutare, si consul vestra  
 ope declaratus sim. Quo enim à parente meo  
 vobis

s probita fuere, firma permanebunt. Con-  
 is qua adhuc debentur vobis, affequem-  
 et pramia viciſſim nanciscemini inte-  
 Ego percusſores in cauſam agens, alia  
 cum diſſolmam bella. Quibus diſtis exer-  
 promptiſſime vocem extulit. Tunc iſ-  
 urmarum duces iterum ad Senatum mihi  
 os statuere, qui conſulatum Caſari dan-  
 poſtularent. Senatus atatem eius accu-  
 e, illi que edocti fuerant exponunt: Cor-  
 am iampridem atate iuniorum geſſiffe con-  
 sum: debinc Scipiones, priuam ac ſecun-  
 dū, cum ſterque adoleſcens adhuc eſſet,  
 ta patria adeptos eſſe. Ad noſtora dein-  
 regreſſe, Pompeium magnum, Dolabel-  
 que protulere, ipſi etiam Caſari per decen-  
 nū ante tempus confeſſum eſſe. Et conſula-  
 peteret. Hac duciſbus confidentiſſime re-  
 ntibus, non ſuſtinentes quidam ex Sena-  
 tū numero turmarum duces tanta auda-  
 imiſti, obſtrepero illis caperunt, quaſi  
 er milſtarem modum honeſtatēmque lo-  
 entur. Qua cū intellexiſſet exercitus,  
 ore adhuc ira flagrare capit, ſequere ad Er-  
 deduci conclamasit, veluti Caſariſ ſi-  
 singulari alia elecſione fakturum conſu-  
 . Muſtis deinde laudib⁹ ſuperiorem Ca-  
 ſornare pergit. Quem cū Caſar tanto  
 efferris videret, confeſſim ab ipſa con-

aa 8 greg

gregatione octo peditum legiones, equitatūsque sufficientem numerum, & quacunque alia opportunityna legionibus ad iter mouet, superato que Rubicone fluvio, ex Celtica in Italiam quemadmodum & parens eius, ad civile bellum pertransiuit, copias omnes in duas partites acies, ex quibus primam paulatim subsequi iussit, alteram qua posterior fuerat, celebris gressu secum duxit, imparatos adhuc deprebendere festinans. Et iam pecuniarum pars obuiam ipsis ferebatur, quas Senatus ob militum præmia premiserat. Veritus itaque latores earum Casar, clam emitit quæ illos deterrerent. Qua ex causa pecunias retroferentes, abidere fuga. Re in Urbe nunciata, tumultus confessim ac trepidatio ingens oritur, mulieris nullo ordine hinc inde discurrentibus, & mulieres parvulosque, & quacunque alia præciosiora ad agros & munera urbis loca deferentibus. Non enim satis cognitum erat, an consulatum duntaxat appeteret: sed cum exercitum ira concitum Urbi inferentem cives audiuerint, ad sensuosa trepidabant. Senatus porro ultra modum formidine corruptus est, nulla in armis praesidia parata obtinens. Muendo igitur, & in trepidationibus consuetum est, querelas emittebant. Nonnulli exercitum quem contra Antonium eduxerat, contumeliosè eidem exceptum fuisse querebantur. Alij susp

suspicionem in triumpho habitam, cum nibil  
 iniquum depoposceret. Quidam inuidiam in  
 divisione pecuniarum ultra addiditam. Nonnulli  
 quod nec undecimum eum adscripserent.  
 Plurimi, quod premia nec celeriter nec perfe-  
 ctè tradita essent, exercitum arma sumpsiisse  
 aiebant. Inter omnia contentionem non in tem-  
 pore adbibitam damnabant, Bruto & Cassio  
 procul existentibus cum Antonius & Lepidus  
 in lateribus adhuc hostes morarentur: quos  
 cum Casari conciliari velle animaduerterent,  
 denudo in maius angebatur timor. Cicero qui  
 prius eos adhortari & instituere solebat, nullo  
 in loco visebatur: subito omnium ad omnia mu-  
 tatio facta erat. Et iam pro quingentis supra  
 duo milia drachmis duabus legionibus exhi-  
 bendis, quinque mille, easque legionibus octo  
 distribuendas suadebant, Cesarem X. viro-  
 rum loco ad divisionem eligendum: absenti  
 quoque et consulatum petere licet permitten-  
 dum. Legati hinc inde solitabant, qui hac illa  
 summa celeritate nunciarent: quibus prius ab  
 Urbe digressis paucitatis Senatum infecuta est,  
 cum nec tam timide, ac penè muliebriter con-  
 sternari, aut aliam tyrannidem sine cade &  
 sanguine in Urbem admitti oportere consule-  
 ret. Non consuesse etenim, qui consulatum pete-  
 rent per vim grassari, neque milites ex tributo  
 patria imperare velle: armari oportere ex his  
 que

380 APPIANI LIB. III.  
qua interius existerent. Leges insurgentibus  
opponendas esse: sperare se neque illos prola-  
tis legibus patria illaturos arma. Sin infer-  
rent, obsidione tolerandum quoad Decimus  
Eg Plancus accessissent: satisusque esse usque  
ad mortem depugnare, quam solitatem subi-  
re seruitutem. Vetera etiam Romanorum con-  
silia, Eg tolerantiam pro libertate habitam,  
cum nihil pro illa commutandum censuerint,  
referabant. Duabus vero legionibus ea die in  
portum accedentibus ex Libya, deum ipsis pro  
libertate adhortari arbitrabantur. Pænsten-  
tia itaque ducti, onus que statuerint, de-  
nuo revocare pergit, Cicerone iterum inter  
eos apparente: Vniuersi quoque qui per at-  
zem arma ferre poterant, ad bellum scribe-  
bantur: cum quibus legiones dua ex Libya  
projecta. Equites insuper mille, Eg legio alia,  
quam Pansa reliquisset, huic numero adiicien-  
tur. Omnesque huiusmodi copia per partes di-  
uiduntur. Nam pars collem qui Ianiculus di-  
citur, in quem pecunia omnes collata fuerant,  
insederat: pars fluminis ripam tuebatur. Di-  
uisis inter eos qui per urbem fuerant prætori-  
bus, alijs scaphas ac rates qua in portu mora-  
bantur, resque in ipsis existentes adseruabant,  
si forte victi illis indiguerint ad mari fugā.  
Et hac magna audacia celeritatēque per agen-  
tes, Cesarem contra deterrere, ans ab exerci-  
tus

ducia ad consulatus petitionem fertere,  
 noster se ab eis tueri. Et praesentem for-  
 mularie posse existimabant, donec pro-  
 ite bellum gererent. Matrem autem Ca-  
 ac sororem, neque palam neque occul-  
 sionem poterant. Tumultum itaque de-  
 exerant, tam magnis defraudati obsi-  
 veluti Casarianis minime ad eos incli-  
 bus, qui tam diligenter eas oculauissent.  
 usdam e legatorum numero adhuc Ca-  
 sistentibus, omnia in contrarium mu-  
 isse nunciantur. Qua ex causa legati sl-  
 relinquentes, non sine rubore in urbem  
 e. Caesar exercitus adhuc magis concita-  
 nma celeritate educit agmen, ne quid  
 res mali paterentur. Ad populum quo-  
 multuantem nonnullos ex Equitibus  
 esse, qui neminem trepidare Gleerius  
 int. Exultantibus itaque Eniuersis, qua  
 quirinalem collum sita sunt inuadit lo-  
 llo ad manus accedere aut insidentem  
 ere auso. Alia igitur admirabilis mu-  
 onfestim cernitur: illustribus Giris ad  
 concurrentibus, Et scissim salutanti-  
 ubsequente deinde populari turba, qua-  
 m dispositos ordines veluti pacificos am-  
 . Caesar exercitum eo in loco derelin-  
 postridie versus urbem gressum mo-  
 iufficienti custodum stipatus manu. In-  
 terea

terea cives per universum iter separatis aduentabant, salutabantque, nullo blanditiarum aut obsequij quamvis infimo genere omisso. Mater vero ac soror in templo Vesta residentes cum virginibus sacris, summa auctoritate illis occurserunt. Et tres legiones, spretis eorum ducibus, ad illum emisere legatos, eos se illi tradidere. Ex pratoribus earum Cornutus scipsum interemit, reliquis fidei eos sponsionibus eius obsequentes, cum illo convenerent. Cicero his intellectis, per amicos Casaric et ad illum tutè proficeretur impetravit. Cumque ad conspectum eius peruenisset, excommunicationem protulit: consulatus quoque suasionem, quam in Senatu ob ipsum edidisset, ad cælum extulit. Casar autem cauillo suis, hoc solum retulit, eum postremum ex omnibus amicis ad se visendum salutandumque venisse. Nocte deinde subito rumore edito, duas ex legionibus Casaric, Martiam scilicet, eos quemque quartas dicebatur, in urbem transire belle, quod ex insidijs bellum patria inferre recusarent: praetores confessim, ac Senatus omnis, rumor fidem praeficit: eos quanquam finitimus Casaric esset exercitus, rati his fortissimis legionibus, reliquis copijs eius obstatre posse, donec alia absunde ad eos potentia accessisset, nocte adhuc instante Acilium Crassum in Picenum transire iubent, qui exercitus

citum pararet: ac quendam ex Tribunis Apuleium concito cursu ad populum misere, felicia illi annunciantem. Senatus quoque eadē nocte ad consilium conuenit, Cicerone cum ad portas cum latitia summa hilaritatēque su-  
 scipiente. Rumore demum sūt ināni euanescen-  
 te, in lecticam sublatuſ, fuga euaſit. Cesar  
 hac fama compulſus ad risum, exercitum pro-  
 prius admouuit ſorbi, in campum qui Martius  
 dicitur. Nulli tamen pratorum fucceſſit, ne-  
 que Crasso qui ad tabernaculum eius eſque  
 percurrerat, quanquam ad id inductus eſſet.  
 Postremo cū captiuo aspectu miserando, ad  
 praefentiam eius delatus ſupplicaret, ad beni-  
 mitatis famam atque clementie peregit o-  
 nibus, verū posterius morte mulcetavit, pe-  
 nitas publicas in Ianiculo repertas aut ali-  
 i, in ſonum conferre iubens: Eſ quas Cice-  
 one prius exigente inscriptas fuſſe nomeras,  
 exercitus diſtribuit, duo millia Eſ quingen-  
 tas drachmas ſonicuque exhibene, residuum  
 quoque pollicitus impendere. Et hac agene  
 orbe abſtinuit, quoad conſules electi crearen-  
 tur. Electus eſt autem Eſ ipſe conſul, cum  
 Quinto Pedio, sūt voluerat, qui portionem  
 Caſariana hereditatis ſibi dereliquit. Pe-  
 trremo sūt conſul ſorbem ingressus eſt, ſacri-  
 ficauitque, duodecim fuleturibus, quod alia  
 Romulo condicis ſorbem eueniſſe referunt.  
 inter

inter sacrificandum apparentibus. Perfectis  
sacris iterum se parenti in adoptionem dedit  
ex lege Curiata: est autem id: à populo in ado-  
ptione confirmari. Curias quidem Romanis, tre-  
bus, aut plebem per partes dissidentes solent  
appellare, quemadmodum & Graci opifices  
dicunt. Legalior quippe à Romanis adeos qui  
parentibus carent, huiusmodi habetur mos, li-  
cetque ipsiis aque ac legitimis filiis, adoptan-  
tium affines ac libertos secum ducere. Caio au-  
tem Cesari, Et alia splendida, sic liberti plu-  
res & dites aderant, quibus potissimum Ca-  
esar prima in adoptione ex testamento facta in-  
dignisse visus. Alia item lege Dolabellam ex  
hostium numero excoluit, & Et causa in per-  
cussores Caesaris habens possent edicere. Et fra-  
tim accusations, conscribentibus Caesaris a-  
amicis, in eos fieri expta, qui manus intulis-  
sent, aut illis solum ignouissent. Nam quibus-  
dam id inscriptum est. Nonnullis, quod nec per-  
egre cessissent cum Caesar extinctus est. Omni-  
bus demum & una die diffinita per praconem ad  
iudicium, destituta causa inuicem capti sunt:  
Caesaris indicia ipsa afferuante, neque illo iu-  
dicij absolusionem obtinente, excepto & uno ex  
illustrium numero, qui nihil tum quidem per-  
pessus est, verum paulopost cum ceteris mor-  
ti traditus. Visus est & his diebus Quintus  
Gallius Marci Gallij frater, qui Antonio  
commix

connenerat sorbis preturam agens, à Cesare  
 Lida praturam postulasse. Et ea adepta insu-  
 dias struxisse Cesari. Eius igitur praturam  
 collega inuasere. populus domum preda expo-  
 suit. Senatus vero eum mortis condemnauit. Vi-  
 rum Cesare ad fratre ire iussit. feruntq; inter  
 eundū nusquam illum apparuisse. Tam ingen-  
 tia itaque operatus Cesare, ad Antonij conci-  
 lisationem convertit armatum. Certior iam fa-  
 ctus Viginti legiones in exercitu Bruti conue-  
 nisse. Et Antonio super his meditatus fti, ex  
 sorbe profectus supra Ioniam sensim carpe-  
 bat iter. Senatus consulto opperiens. Pedias  
 mempe absente Cesare Senatoribus ne inter-  
 se disssiderent, sed cum Antonio Lepidōque  
 conciliarentur, enixe suadebat. Illi saevis aduer-  
 tentes, non suapatriā ne fitilitate, sed à Cesa-  
 re in Brutum Cassinomq; conspirationis inuen-  
 da causa, huinsmodi consilisationem queri tan-  
 dem ex necessitate connenere, Et decreta que  
 in Antonium Lepidumq;, Et eorum milites &  
 hostes per scriptissent hactenus, dissoluerent.  
 Et ad eos pacifica alia primiterent. Pro qui-  
 bus Cesare ad illos scribens congratulatus est.  
 Antonio praecepsē adiutorem, si opus foret,  
 in Decimum Ulro obsulit. Illi vero paribus  
 blanditijs Cesari adulabātur, Et viciissim col-  
 laudabant. Itaque Antonius ad illum scripsit.  
 Decimum se omissoquum esse eius gratia. Plan

cum autem sui propria, & cum illo se coniuraturum fore si placeret, tam magna aduersitatem sibi pollicebantur. Persequente Decimum Antonio, Asinus Pollio ad eum venit, legiones duas in armis agens: Plancumq; cum illo reconciliare studuit: qui tribus stipatis legionibus ad Antonium se convertit, sic tot ingentibus copijs iam praesideret Antonius. Decimo legiones decem aderant, quarum quatuor ceteris bellicosiores, iampridem fame morboq; tabuerant: electorum Verò super sex supererant, verum ignava, ac laborum expertes. quamobrem pugnam inire veritus, fuga se ad Brutum in Macedoniam statuit conferre, iterque non per supericra Alpium, sed per Rennas Aquileiamq; capessere. Cognito deinde Casaris aduentu ad illas partes, multo longius absud: ac difficilissimus elegit iter, & per inculta barbarorum loca superato Rheno fluvio proficiisci instituit, per que transiuntem, primi tyrones ad bellum electi, calore insopiaq; deterriti, eum relinquentes, ad Casarem profecti sunt. Post hos legiones quatuor, que a principio apud illum fuerant, Antonium sunt secuta. Cetera deinde multitudo, custodib; corporis exceptis, ex equitibus Celtarum, quibus ille solentibus ad propria redire concessit, via ticum quoque ex auro quod illi superfuerat, impartitus est, & cum trecentis solum qui remane-

manserant, ad Rhenum peruenit, cuius trans-  
 fitum cum difficultem inveniretur, cum pannis  
 destitutes, & ab iis postea relictus, decem fo-  
 lum permanetibus, mutata ueste in Celtarum  
 modum, cum eorum linguam pariter calceret,  
 exfugit, veluti quispiam eiusdem nationis, non  
 per iter longius Galterius procedens, verum  
 Aquileiam versus, cum facile ob sequentium  
 auctoratem evadere posse speraret. Captus de-  
 dum à latronibus, vincitusq; rogare capit, cu-  
 ius principis Celtarum ea gens existiceret. Cum  
 Camilli esse intellexisset, haud parvus Camil-  
 lum faciens, & ad eum duceretur exorauit.  
 Ille adductum intuens, palam blanditijs pro-  
 secutus est, & qui eum deuinxissent, contume-  
 lia coarguit, quod ob inscitiam tam illustrem  
 iniurij affecissent virum: clam vero ad Au-  
 tonium pramisit. At vero Antonius muta-  
 tionem fortune non nihil miseratus, captiuum  
 intueri minime sustinuit, Camillum autem ad-  
 monuit, & eo interfecto, caput ad se mitteret:  
 quo viso, à presentibus sepeliri iusset. Hic igit  
 er Decimi finis fuit, equum Caesarie prefe-  
 reti, & qui veteri Celsica sub illo imperave-  
 rat, & in sequenti anno consularēm inire di-  
 gnatatem, & alteri Celsica praefesse sub eo-  
 dem electus fucrat: secundus ex percusso-  
 rum numero, qui post Trebonium p̄nas de-  
 dit, anno circ̄ dimidio à nece Caesaris. Eo-

bb a dem

dem tempore Minutius Basillus & ipse Caesaris percussor, a servis proprijs imperfectus est, quorum nonnullis genitalia ademerat punitionis causa.

APPIANI ALEXANDRINI DE CIVILIBVS ROMANO-RVM BELLIS LIBER QVAR-TVS.



Vero igitur Caÿ Caesaris percussores, in eorum magistris bello superati, in hunc modum dedere penas. Trebonius in Asia, Decimus autem Brutus inter Celtas. Quemadmodum Verò Cassius ac Brutus viciissim profigati sint, qui in Caesarem conspiratione vel precipui fuisse perhibentur, tellurisque omnem à Syria ad Macedonia usque fines possidebant, exercitum præterea ingentem equestrem navalemque continebant, armatorum legiones circa Viginti sibi suberant nautum, ad hac & pecuniarum multitudinem pollebant; quartua iste cingulum bellorum liber

licabit. De his quidem Roma publicatis ad mortem, interrogaciones, innes, & supplicia omnia proponebantur nec inter Gracos dissensione & orantes, neque inter Romanos ipsos in agitata, memoria proditum est, prae-  
n sub uno Sylla, à quo primum hostes nostri fuisse referuntur. Marius quo-  
inquirrebat, quos' que inuenisset, tor-  
afficere solebat. Sylla vero sub pre-  
i pollicitationibus maximis ac suppli-  
ulentis simul ab obvio quoque occidi-  
at. Verum de his que à Mario & Syl-  
l sunt, superius meminimus. Qua au-  
tēquantur, in hunc modum referuntur  
asar quidem & Antonius ab odio in-  
un simile conuenere circa Mutinensem in parvula quadam insula Labi-  
inis, & aperta. Horum cuilibet quin-  
atorum legiones aderant, quas ad-  
adversas statuentes, cum trecentis so-  
luminis pontes accesserunt. Lepidus  
ipse progressus insulam perscrutatus  
ide cblamyde excussa, ut tunc co-  
ederet, signum protulit. Tunc ipsi tre-  
bos cum amicis ad fluminis pontes re-  
tes, in medium venere loco aperto ac  
io, sna' que confedere hi tres viri, Ca-  
dium locana ob consulatum obtinen-

te. Per duos itaque dies à mane usque in vesperam hoc in loco commorantes, hac inter se statuisse feruntur. Deponere consulatum Casarem, et Ventidium in residuum anni tempus illum gerere. Cessante consulatu, ad directionem intestinorum rerum ex lege decrevere Lepido et Antonio Casarique, et illi per quinquennium praesent eo modo quo consules praesesse consueverant. Sic autem dictatorum loco ussi sunt eos nominasse, fortassis ob Antonij decretum, qui dictatorem creari prohibuerat: et hos ex nunc emitatio declarari principes ad anniversaria illis ad quinquennium statuta tempora. Ad haec gentium magistratus inter se dividere, ut Antonius Celticam omnem, sine villa Pyrenae montis continuatione, quam veterem Celticam appellant, obtineret: huic nempe praesidere Lepidum, et Iberia ultra hanc Casari Libyam, Siciliam, Sardiniam, et signa his in locis inest insula, regendas committere. Sic Romanorum principatum hi tres inter se viri partiti sunt, que ultra Ionium fuerant sola postponentes ob Brutum et Cassum, qui adhuc provincias illas obtinebant. Cassio item et Bruto Antonium Casaremque inferre bellum, Lepidum in futurum consulatum gerere, et ob ingruentes necessitates in urbe morari agere, Iberia ob utrosque praesidentem. Ex Lepido

xercitu tres legiones cum illo Roma perere, Septem vero legiones Casarem Antonij inter se diuidere, sit tres Caesar habentur Antonius, cum ad bellum fuerit, viginti duceret legiones. Et iam exercitum fulciendum a bello ad Victoria premia, iure munera assequenda. Incolatum quo-  
 ationes urbium cetero supra decem Italica-  
 quae est substantia, est domorum pulchri-  
 e, pavimentisque prastarent, queaque sub-  
 militibus ipsis diuidentur, quemad-  
 um illis pro earum inimicitia per prius  
 ure pertinebant. Erant autem haec, est  
 urbes, est in primis illustiores, Capua,  
 ium, Venusia, Beneventum, Nuceria,  
 inum, est Hisponium. sic optima est  
 rima Italia queque exercitibus ad-  
 fuit. Visum est illis praeterea hostes  
 os interimere, ne hac ipsa statuentis  
 impedimentum quirent afferre, est bel-  
 terum conficerent. Hac igitur ab illis  
 et conscripta sunt. reliqua Caesar  
 tibus; exceptis quos ad mortem con-  
 assent, ut consul recitauit. Quia intel-  
 es milites ingenti praeconio extulere, in-  
 quis seipso ad reconciliationem comple-  
 t. His peractis, multa prodigia, signaque  
 renda statim Roma visa sunt. Canes

luporum vice clutatus edidere, indicium sane  
 insuetum. Lupi etiam per forum discurrere,  
 quod animal in foro minime assueverat. Bos  
 vocem emisit humanam, & infans recens ge-  
 nitus elocutus est. Ex simulacris etiam non-  
 nulla sudorem emisere, alia sanguinem, ho-  
 minum immanes voces, armorum strepitus,  
 equorum cursus inspectante nemine audie-  
 bantur. Circa solem porro insolita appa-  
 re signa, & imbre lapides e celo missi con-  
 tinua fulmina in templo statuam decide-  
 runt. quorum causa Senatus Gates & aruspices ab Hetruria insit accipi. Ex his senior  
 reges priscos iterum reuerti omnesq; & primi  
 subiectum tri, se excepto, referens, tam den  
 quoad extinctus est, os vocemq; pertinacissi-  
 me continuist. Hisgitur tres viri a seipso consti-  
 tuti, quos morti destinassent, una conscri-  
 psere, ac potentioribus pratermissis, propriis  
 delegere hostes, domesticos eorum videbatur,  
 aut amicos, ad necem misero sibi ipsis & tunc  
 quidem & postuersus indulgentes. Elegere  
 & alijs alios: quidam ob inimicitiam, alijs ab  
 offensione solum, aut inimicorum causa, aut  
 amicorum inimicitia, aut diuisiarum excel-  
 lentia commoti, cum multis pecunijs ad bel-  
 lum indigerent. Bruto nempe & Casso Asca-  
 bicis redditibus & tributis assistentibus, ad  
 bac regibus & satrapis illis conferentes,  
 ipse

ipſi Europa, & in primis Italia opibus, bellis tributisq; afflictæ, deſtituti ob ea quæ popularibus quidem ac fæminis exemerant, onera ad ſumnum & ſque ad außerant, & cīgalia quoq; fabrorum & mercenariorum imposuerant. Itaque plerosq; ob habitationum ſplendorem proſcribentes, omnes ferè vel morte, vel bonorum publicatione damnauerant, Senatus ordinis circa trecentos, equeſtris verò ad duo milia. In quibus vel fratres vel patruſ proſcribentium inerant, aut praefidentium ſub ipſis quicunque magistratibus aut alijs ducibus aduersi fuerant. Multitudinem itaq; eorum, cum à primo congreſſu Romam accessiſſent, proscripturi videbantur. Cum duodecim viros, vel ſit alij referunt, ſeptem ſupra decem ex potentioribus neci condennaſſent, inter quos & Cicero fuſſe dicitur, confeſtim, qui eos interficerent, Romam præmiserat, ex quibus quatuor primo impetu in conuiujs occuſibusq; interempti ſunt. Sed cum in perquendis reliquis ubiq; ſcrutarentur domos, templaq;, ſubito tumultu per noctem cuncta replebantur, clamores ad hæc, & diſcurſus cum eiulatu, veluti capta in urbe ſendique ſtrepebant. Nam cum cognitum eſſet, virorum captionem fieri, neminemq; ex damnatis proſcribi prius, unusquisq; ad inquirendum cum accurrentibus vna präcedebat. Sic desperatis

bb s rebus

rebus quidam propria, nonnulli commedia ignis  
subiçere putabant, aliquod insigne facinus  
prius agere quam ab ollo pati meditantes: Et  
fortassis effecissent, nisi quod Pedius ipse pro-  
conibus assumptis verbe per agrare caput, eosq;  
in lucem sperare monuit, quoad diligenter cuen-  
ta percepissent. Orta demum luce, prater triu-  
morum sententiam, septem et decem viri pro-  
scribi insit, ut quos cimicium malorum causam  
attulisse existimare, solos ab illis damnatos  
fuisse crederet. fidemq; cateris publice subinde  
præstítit, qua decretu fuerant penitus igno-  
ranti: eadémq; nocte labore caloreque confe-  
ctus mortem obiit. Ingressi sunt autem hi tres  
viri per tres separatim dies unusquisq;, Ca-  
esar, Antonius, et Lepidus, militaribus ordi-  
nibus instructi, una armatorum legione quæ-  
libet eorum comitante. Cum in verbe extitif-  
fent, confestim viri ipsa armis signisq; per  
opportuna loca dispositio appelta visebatur,  
ac subito in medio ipsorum concio parata asti-  
vit. Tribunus Publius Titius legem protulit,  
consulatum sub presentium triumvirorum con-  
stitutione in quinquennium vacare: An-  
tonij scilicet, Lepidi et Casaris, qui pari mo-  
do ac consules illum obtinerent. Hos quis-  
piam Gracorum Aptatores commode disceret,  
quod Lacademonij Reipublica subiecta dis-  
ponentibus imposuere novit. Nullo itaque  
inter

intervallo ad approbationem posito, nullaque insigni die ad censendum praestituta legem propo-  
nere, ac nocte unica supra septem et decem,  
quos prius diximus, centum et triginta viro-  
rum proscriptiones per varia orbis loca prola-  
ta sunt. Nec multo post centam et quinqua-  
ginta illis addita, et continua ex prius dam-  
natorum aut proximalorum numero obigne-  
rantiam aliquis tabulis adscriebatur, que iusti-  
cia opinione neci traduceretur. Cunctorum cap-  
ta ad trium viros diffinito premio deferri sus-  
sum. Erat autem premium, libero argentum, ser-  
uo libertas et argentum: omnesque propria ad  
inqusitionem proferre cogebantur. Et qui vel  
suscepisset aliquem, aut occubuerat, aut inquiri  
prohibuerat, pari pena tenebatur. Licebatque  
enimque iustorum qua voluisse, pari premo in-  
dicare. Fuit autem proscriptioneeris tenor huiusmo-  
di. Marcus Lepidus, Marcus Antonius, Octa-  
vianus Caesar communia aptare statuentes, et  
in melius componere, ita fiantur. Si non ob insi-  
debatatem perditissimi homines deprecantes  
misericordia digni habeti fuissent, eaque ade-  
ptiz beneficiorum suorum intimi, et subinde  
insidiosores effecti essent, neantquam Canum  
Caesarem interemissent: quos ille irre bellis ca-  
ptos, misericordia saluos praestitis, et amico-  
rum loco sibi statuens, ad provincias, hotores  
et numerique confestim impulit: neque non inji-  
micos

micos his contumelijis & scriptis hoc in loco  
 repente facere coacti essemus. nunc autem ex  
 his qua in nos moluntur, & eorum causa  
 qua Caius Caesar perpeccus est, implacabilem  
 benevolentia intuentes esse malitiam, potius  
 hostes nostros preuenire, quam ab illis que-  
 quam pati preelegimus. Et ne quis id facinus  
 iniquum, aut crudele, aut nefandum arbit-  
 retur in Caio, & nos, qualia perpeccis su-  
 mus, conuertat oculos. Caio nempe impera-  
 torem, & sacrorum principem, & qua for-  
 midabiliores Romanis fuerant abolentem gen-  
 tes, easque ditionis sua submittentem, & vi-  
 torum primum supra Hercules columnas in-  
 navigabile quondam mare pertenantem, &  
 Romanis incognitas aperientem terras: tem-  
 plis in medio, quod Sematus appellatur, in  
 conspectu immortalium deorum vulneribus  
 tribus & viginti fidatum confecerunt, qui  
 bello ab illo capti, salutique fuere, heredes  
 quoque substantia eius nonnulli a scripti. Quos  
 reliqui in eodem constituti odio, sceleratis-  
 simos hos viros, suppliciorum vice ad principa-  
 tes, provinciarumque administriones pra-  
 misere: quibus abutentes ille, publicas dri-  
 puere pecunias, & ex ipisis exercitum in nos  
 comparant, alium quoque a barbaris expostu-  
 lant, principatus nostri continque inimicissimis  
 à quibus pleraque Romanos subiecta Sorbes,  
 quod

quod illis non paruisse, flammis tradita sunt, alia deruta, aut fundit se euerse, nonnulla metu impulsa, patria contra nos inferre bellum. Verum nos quosdam iam ex illis supplicio affecimus, reliquos deo faveente parnas confestim pendentes concernetis. Maximis quippe nobis concedentibus, Et sub manu existentiibus prouincijs, Iberia Et Celica, Et his quae domi sunt, superest adhuc non contemnendum Et triste opus cum his qui ultra mare incolant Cayi percussoribus, in hos exterritum meditantibus bellum, Et nec tunc rebus defris, neque nostris arbitremur, alios post terga relinquare hostes, qui in absentia insidientur nobis, Et enemus bello in tempore obseruent: neque ob hos iterum retardare in tanta celeritate, aquum magis putamus esse, quam eos confessim è medio tollere. Hoc enim contranos incipiente bello, cum hostes nos, Et exercitus qui nobiscumerant, viciissim decreverissent, ipsi tot ciuium millia nobiscum profligarunt, non decorum indignationem, non hominum iniuidiam multi facientes, cum tamen nos nulli multitudini succensamus: neque hos hostes omnes delegerimus habendos, quia nobiscum contendebunt, aut infidae nobis struxerunt, non diuitiarum causa, aut facultatum, aut dignitatis, non quod alter ante nos imperator interemit, dum orbem huiusmodi

modi cunctibus constitueret in rebus, cuius bene  
successisse fiantur ob felicitatem, quamquam  
necessitate ergente tribus plures quam soni  
opus sit adesse hostes. Verum solos ignobilior-  
es, et pro ceteris malorum causam prefe-  
rentes vescemur: Et hoc non minus vestri  
causa, quam nostri. Necesse quippe est nobis  
dissidentibus, eos omnes in medio dira perpe-  
ti: necesse est et exercitus iniuria affecto,  
conturbatioque, et hostiliter prescripto, a  
communib[us] inimicis nostris solamen ale-  
quod auferre. Sed cum potentes simus quo-  
cunque libeat impetu primo capere, prescribe-  
re eos praecogimus potius, quam inopinantes  
prauenire, et hoc vestri causa, ne ab arma-  
tis et ira concitis plus obnoxii inferatur pa-  
nia, sed ut numero diffinitos nomine tenentes,  
ab aliis mandato abstineant. Optima igitur  
fortuna eorum qui haec scriptio minime sub-  
scripti erunt. Nullus ergo aliquem suscipiat,  
aut occulet, aut aliquo praemittat, neque pe-  
cuniis confidat et vel saluet aliquem vel adiu-  
uet, aut cum illo sentiat. Hunc quidem nulla  
occasione vel genia admittentes, in prescrip-  
torum numerum ponamus. At qui interem-  
ptorum a se capita nobis apportarit, si liber  
fuerit, quinque supra Viginti mille drachmas  
pro quolibet accipiet. Seruus ultra proprij libe-  
tatem corporis, decies mille drachmas. At-  
ticas

ticas, & cimilitatem heris suis consequetur. Eadem indicantibus premia aderunt: ac nemo ex his qui acceperit, in commentarijs nostris prescribetur, ne manifestus esse sit. In hunc modum triumvirorum proscriptio annotata est, quantum ex Latina lingua in Graciam lecuit transferre. Primus igitur ex proscriptoribus Lepidus fuit: Ex proscriptis vero primus Paulus Lepidis ipsius frater. Secundus deinde presribentium Antonius, & secundus ex proscriptis Lucius Antonius eius patrus. hi etenim primi hostes eos iudicauerant. Tertius vero & quartus fuerunt, qui in altera tabula in futurum consules creati fuerant, Plancus, & frater Plotius, & Asinius sacer Quintus: quin nentiquam secundum dignitatem ceteris magis preponebatur, quam ut timorem & desperationem omnibus incuterent, cum neminem liberari posse existimarent. Erat & inter praefatores Thoranius a nonnullis Caesaris procurator habitus, & simulcum his proscriptiones veteres continebantur. Omnes porro sorbis existens, aut portus, aut stagna, aut lacuna, aut quocunque aliud ad fugam suspiciosum inerat, aut ad latendum per provinciam profugis patebat. a turmarum ducibus obsidebatur, qui bus perscrutari omnia & discurrere insinculuerat. Et hoc uno impetu simul facta sunt. Statim igitur per provinciam omnem, ac ciuitatem.

tem, & quisque quod speraverat adeptus fuerat, hominum captivitates plurimae, subitaq; perpetrabantur. Varij ad bac necis modis, captum abscissiones mercedis gratia conspiciebantur. Fuga turpisime, & culme primo illustribus insueti, cum nonnulli putcos subirent, alij subterraneas species, & immunda quaq; quidam perfumi exitus, aut sub tectis tegulis operati, miro silentio laterent, non minus percussoribus mulieres puerosque formidantes, qui non satis benevolē erga eos se habebant. Erant quo libertos reverentur, ac seruos, aut feniōrum debitores, aut agris suis finitimos ipsorum desiderio simerent. Insurrectio itaq; omnium, quanta prius nunquam, & bīq; aderat. Subite & nefanda mutatio omni in loco videbatur, Senatorum, aut consulum pratorūmne, aut tribunorum, aut magistratus discurrentium, aut qui in illis erant ad pedes seruorum suorum procidentium cum clamore & ciuitate, & seruos proprios dominos salvatoresq; appellantium. Quares eo miserior videbatur, quo deicti nulla misericordia ab eis larentur. Propria sentenciasq; malis referre erant, non quemadmodum in seditionibus aut bellis captivitatibus: non enim ut illis adversarium aut hostem metuentes domesticis se crediderant: ceterum eos percussoribus magis formidantes, quos nec in seditionibus, aut bellis. Sceritē erant, tunc maxime

zime timebant, cum repente ex necessarijs hostis effectos cernerent, vel ob simultatem, vel numerum promissionem, vel ob repositum in domibus aerum atque argentum. Infidus quippe unusquisque in domesticos effectus erat, et propriam utilitatem benevolentia eorum anteulerat. Fidi autem et benevoli, non auxilium afferre, non celare aliquem, aut cum solo conuenire audebant, ob suppliciorum crudelitatem, cum eorum mensibus septem et decem virorum prius interemptorum insideret timor, et nullo proscribente, verum quibusdam repente insurgentibus, quilibet similis sibi expanesceret, et iniucem conspirarent, cum in conscriptionibus nonnulli viriueris statim traditi essent, aliij nulla de se cura habita, ac lucra pradasque conuersti, alios ad percussorum mercedem venabantur. Ex reliqua autem multitudine quidam ad occisorum domos spoliandas accurrebant, qua utilitas a consideratione presentium malorum eos auertebat. Alij moderatores benignioresque ex stupore cohoruerant, erat que illis admirabile animo volventibus, alias quidem ciuitates a seditione disiectas, a concordia seruatas existisse, hanc vero seditione principum turbatam, concordia in hunc modum corrussisse. Nam et qui interfectoribus opere accusabant, et qui minime afferrent, vnde interseribat, quasi ab illis nullam iniuriam accepissent.

cc sent.-

sent. Erant qui se spontanea fame conficerent, qui laqueis finirent vitam, qui se aqua immingerent, aut è tecto precipites darent, aut igne se absumerent, aut iugulatoribus se offerrent. Erant qui accersiti retardarent, alijs qui se occluerent, indecorèq; deprecarentur. Quidam qui malum à se propulsarent, quidam qui pretio accersirèt. Alij porrò prater triumvirorum sententiam alicrum inscitia ab insulæ necabatur, & clarè non proscriptus neci traditus inspiciebatur, quod cadaveri caput assisteret. Nā proscriptorum capita ante tribunal in foro ponabantur, quo in loco afferentes pretium accipere opus erat. Aiorum quoque studiorum & virtus eminebat, cum mulierum, tum filiorum, fratrum, seruorumque scruantium plurima, aut machinantium, & vna morientium, cum qua optarent, perficere nequissent. Nonnulli inseparabilius suis vitam adimabant. Ex fugientibus præterea quidam naufragio peribat, omnibus conatibus ipsorum adversante fortuna. Alij prater cunctorum opinionem ad orbis magistratus, bellorum praturas, triumphosque revertebantur. sic tempestas illa admirabilis omnibus emicuit. Et hac quidem non prisa-  
 ta in Urbe, aut minimo in regno, sed poten-  
 tissimo gentium cunctarum, marisque domi-  
 natio communis deus, à longe in hunc in quo  
 munus est disponens principatum. Fuisse & se-  
 milia

rmilia adia in ipsa Urbe sub Sylla, et ante illum  
sub Caio Mario, quorum viciissim clariora ma-  
la, in his qua de eorum gestis scripta sunt edi-  
demus, ita ut inscripta maneat. Hac autem  
triumvirorum gesta existimabitur quissimam G-  
nises potissimum intuitu, cuius virtute ac forta-  
ma imperium in stabilem sedem constitutum  
est, genus quoque ac nomen eorum qui sub ipso  
nunc sunt, derelictum fuit, longe fuisse cla-  
riora, cuius splendida opera ipsis manus facta  
qua memoria magis commendata sunt, quo-  
niam posteriora fuere, referam subinde. Nunc  
autem non omnia, non enim relatu digna, in-  
teritus, fuga que priuatorum, Et quod non-  
nullis a triumviris redditus concessus sit, Et  
eorum qui rediere, ignota vita: Verum qua  
admirabiliora in primis extitere, maxime ve  
ex eorum consideratione prascripsis adhibea-  
tur fides, in praesenti edifferam. Multa q; si-  
p; sunt, Et quam multi Romanorum pluribus  
in libris a seipsis conscripserunt: ex quibus  
modica ipse ex quacunque specie ad unius-  
cuiusque fidem, Et praesentium temporum  
beatitudinem a principio magnitudinis eo-  
rum reserabo. Assumpsit autem initium hac  
clades in ipso statim concursu in Urbe ab his  
qui magistratibus adhuc presidebant: ac pri-  
mus ex Tribunis Salviis interemptus fuit. Sa-  
crosancta quippe ex legibus hac habetur de-

gnitas, & qua plurimum inter caseras polleat, ita ut nonnullos ex consulisbus aliquando custodia incluserit. Et erat hic quidem Tribunus, que Antonium hostem à principio iudicari prohibuerat, posterius vero in omnibus Ciceroni adhaerat. Intellecta igitur triumvirorum conspiratione, & festinantis in urbem, domesticis conuiniunt exhibuit, quasi non viderius cum illis sapienti affuturus. Accurrentibus autem in conuinum armatis, nonnulli ex accumbentibus cum tumultu trepidatione que assurrexere. Ceterum armatorum dux quiescere omnes iussit. Saluum vero ut sedebat, crinibus apprehensum, donec conficeret, attraxit in mensa, caputque illi abscidit, & qui vna affuerant, ut prius manere persuasit, ne tumultu edito similia perferrent. Sic illi praefecto abeunte stuprati, usque in profundam noctem reliquo Tribuni cadavers silentes adstitere. Secundus interemptus est Minutus prator cum in furo comissa haberet. Audiens etenim armatos ad se accurrere, subito prosluit, & inter fugendum quo in loco latitaret mente cogitans, matata veste tabernam ingressus est, clientes cum magistratus insignibus ad se abigens. Ille pudore ac misericordia commoti persistere, eoque modo licet iniusti faciliorem inseguientibus ad pratorum prestitere aditum. Annalim alium

ex prateribus, dum quatuorem circuncurrentem, & sartie electos ad portantem per puerum aduocat, amici qui cum eo fuerant, & qui insignia magistratus deferebant, deseruere fuga, in tabulis proscriptum esse sensentes. Ille ad clientulum delatus, qui silens quandam & bimilem dominiculam in suburbano ferè sonorā posidebat, securè in ea latuit, quod filius ad clientulum frigissime ratus, percussores eum in locum secundum duxit, & ab id à triumoris parentie substantiam adeptus, ad edilitatem quoque sublatio est. Verum posterius ab ebrietate redeuntem, milites casu obuij, ac propellentes interemur, qui parentem eius ante a occiderant. Tauranum vero non iam prator, sed pratoria functus dignitate, adolescentis impudicis genitor, & qui apud Antonium plurimum poterat, turmarum duces deprecatus est, ut necem aliquantulū differrent, donec filius eum ab Antono depositaret. Illi risu edito poposcisse quidem illum, verum profusa dixere. Id intelligens senex, aliquid breve ab eisdem exorans fratrem donec filiam videret, qua conspecta, à paternis bonis abstinere iussit, sed nec illam ab Antonio postulauit frater. Contigit autem ut substantiam omnem in turpibus absumeret, & furti deprehensus ex condemnatione aufugeret. At Cicero, qui post Caium Casarem posens admodum quantum popularis monarchia

Galuit, in urbe floruit, cum filio & fratre, ac  
 fratribus filiis, omnibus denique necessariis eiis;  
 & clientibus amicisque prescritione damnar-  
 tis est. Is fugiens parvam ingressus ratis-  
 maris tempestate deterritus, ad proprios agros  
 quos ob historiam huius passionem vidisse me-  
 mini, circa Capuanam Italica urbem delatus est.  
 Tacite igitur accendentibus his qui illum in-  
 quaerebant, quippe praecisterie ambitione  
 hunc virum efflagitabat Ansonius; & An-  
 sonij causa quamplurimi coru[m] aduolantes ob-  
 strepere coeperunt, eundem è somno excitata-  
 tes, vestem quoque rostris consue attrahere  
 è quiescentis corpore, quoad seruo id signum à  
 deo missum arbitrati, lectica impositum ite-  
 rum ad mire per profundam silvam occulto  
 calle detulere. Muleis per partes accurren-  
 bus, interrogantibusque sicub[us] Cicerone appa-  
 ret, obuij ob benivolentiam misericordiam quo  
 nihil nisi ablatum fuisse referebant. Verum  
 cerdo quidam Clodij clementulus Ciceronis acer-  
 bisissimi hostis, Lenaturnatum ducicium pa-  
 trias assistenti callem indicat. Quocognito insca-  
 quisitum ille, & Ciceronis seruos longe plures  
 quam quos ipse duceret, auxilio adesse cer-  
 nens, militariter admodum caput exclamare.  
 Ea voce qui in agris aderant postremi tur-  
 marum duces, aduolant: quos intuentes Cice-  
 ronis seruos, quamplurimis accendentibus scripsi  
 cesser

edesserant. Lenus verò quia propriam causam Ci-  
 ceronis patrocinio tutatus penam effugerat, ca-  
 put à lectica primus extulit, simulque praci-  
 dit, tribus ferientibus secundaque vulneribus ob in-  
 experientiam. Abscidit Ego dexteram, qua ora-  
 tiones illas bunculentissimas in Antenium fe-  
 laci tyrannum exarauit, ad Demosthenes in  
 Philippum edicarum similitudinem. Quo fa-  
 to non nulli in e quis, quidam nasibus praue-  
 ti sunt, Et hoc Antonioprimi nunciarent. Le-  
 na sedenti in foro Antonio caput manusque  
 Ciceronis à longe protulit, ostendisque. Qua ex-  
 re exhilaratus, ducem coronauit, adornauit  
 que donis, ducentis scilicet Ego quinquaginta  
 milibus drachmis Atticis, quod maximum  
 Ego pugnacissimum inimicum olim eius occi-  
 disset. Caput manusque Ciceronis in foro ante  
 tribunal per spatum temperis pependere, quo  
 in loco Ego ipso prius orare solitus. Ad id specta-  
 culum multi audientes visendi causa conve-  
 nire. Ferunt Ego in die Antonium Ciceroni  
 caput in mensa tenuisse: demum satiatum ani-  
 mo, ab hoc nefando spectaculo abstinuisse. In  
 hinc modū Cicero eloquentia admirabilis pre-  
 ter cateros in hanc statem usque, Ego qui con-  
 siderem dignitatem obtinuerat, in maximis  
 exercitibus extinctus ab hostibus contumelias  
 affectus est. Filius autem eius in Gratian  
 et Bruttal perfringuerat. At vero Quintus

Ciceronis frater simul cum filio deprehensus, a  
pud percussores precibus instare cœpit. Et se an-  
tequam filium occiderent: filio contrâ supplici-  
ter poscente, Et se prius neci traderent, percus-  
sores id vtrisque se concessuros annuerunt. Ita  
ambobus interceptis, signo dato separatis uno  
impetu necauere ambos. Gnatij etiam pater &  
filius telis concurrentes iniucem uno vulnere  
confosæ sunt, reliqua membra, capitisbus ademo-  
ptis, insimul complexa resederunt. Blanus fi-  
lium eius, ne una gradientes conspicuè fierent  
hostibus, ad mare fugere suavit: ipse posterius  
ex internallo sequebatur. Annunciante dein  
de quodam sine temere sine consulta filium eius  
interceptum esse, retro rediens, percussores ut  
se interimerent accersuit: accidit autem ut fi-  
lius eius ex naufragio periret. Sic inter clades  
fortuna plurimum poterat. Aruntius filio sive  
illo recusanti fugam arripere, vix ut scipione  
saluaret potuit suadere: & hunc quidem ma-  
ter ad portas ante misit, deinde ut parentem  
occisum sepeliret revocauit. Sed cum illum in  
mari ex inedia vitam finisse nouit, scipionem  
intereredit: & ha quidem filiorum bonorum  
malorumque imagines descriptæ sunt. Fratres  
ambo proscripti qui Ligarij nomine appellaben-  
tur, inter latendum somno consopiti sunt. Ex  
his alter inquirentibus seruis statim interfici-  
tur: alter fuga elapsus, dum fratrem inten-  
tem

tum audist, se ex ponte proiecit in flumen. Circumstantibus illum piscatoribus, veluti non sponse sed casus decidisset, dimitus ne ab illis carentur oblitatus est, sequenter fluctus solito obruit. Captus postremo ab his, cum in tum peruenisset: Non me ad pol seruasti, inquit, sed bona vos, cum proscriptus sum, nec condemnasti. Verum illi misericordia moti apprehensum tenuere, quousque a militibus qui contem obseruabant conspectus, Ego capite abscesso interemptus est. Quorundam etiam fratum casus miserabilis fuisse legitur. Nam cum alter se proieceret in flumen, seruus caderer diligentius perscrutatus, elapsa iam quinque die rrimando comperit, Ego adhuc ab aspectu cognitum capite priuauit. Alterum in fieri qualiter demersum seruus alio inodcauit. Personiores itaque ingredi non ausi, bastis hancisque e fundo extraxere, Ego caput sorde fixatum et erat abscidere. Alius capto fratre, nescius se cum illo pariter proscriptum esse, propere accurrit, Ego, me ante istum incertuisse, clamauit. Quod intelligens turma duxit, cum Ego hunc pariter proscriptum sciret, aqua postulas, respondit: nam Ego tu ante istos proscriptus es. Quibus dictis iuxta ordinem interfecit ambos: Ego hac fratribus exempla digna memoratu. Ligarium contegente mulier, unicam secreta participem admiserat auxiliis

Nam prodiit deinde ab ea, viri caput defen-  
 dentem proseguebat exclamans: Ego hanc  
 suscepit, per mihi et suscipientibus debet  
 pena: Cum nullus esset qui interficere audea-  
 ret, aut succensere: ipsa per se ad principes  
 munici peruenit. Spernentibus ipsis ut mariti cu-  
 pidam, inedia se demum confecit. Et hec qua-  
 dem hoc in loco commemorata est, quoniam  
 virum saluare cupiens non potuerit, ob idque  
 seipsum interfecit. Quaecunque a felicitate  
 amoris nequaquam cecidere, in his que viros  
 tutata sunt, prescribo: ex illis vero que im-  
 pudica insidias struxerat viris, in primis Sep-  
 timio nupta habebitur. Hac enim a quodam An-  
 tonij necessario atque amico corrupta fuerat.  
 Dum igitur ex adulterio ad nuptias transire  
 cupit, Antonium per adulterium in virum  
 deprecata est. Per hunc modum Septimius in  
 tabula proscriptus, qui re ab excore cognitus,  
 domestici ignarus malifugam preparabat. Ib-  
 la veluti mariti cupida fores occlesit, ac tunc  
 diu tenuit, quoad percussores aduenere. Ei-  
 demque die et maritus interfactus est: et ipse  
 impias celebravit nuptias. Salaffas frigido,  
 cum spē decidisset, in orbem nocte delatus est:  
 dum desinente saecula res in melius componi  
 existimat, occlusa domo solus ostiariorum et  
 ipse in ea pariter conclusus horum agnoscit.  
 Et in eis cellulam recepit, congegitque

ex

ex his quibus abesset, utque altere polluitus est:  
 Ille exortus è domo ad se evocare inebet. Min-  
 er accelerare simulans, ancillas vereri ave-  
 nit, ne per noctem quipiam suspicarentur;  
 ante præsto se affusuram. Oren luce percusso-  
 rē subito accersit: ostiarium in domum profe-  
 tas velatis morantem accelerare smadebat.  
 Ieclasseus absente illo infidias monachū Geri-  
 n, teclis culmen ascendit, quid fieret interim  
 periebatur. Videns deinde non ostiarium,  
 erūm mulierem percussores deducere, se pro-  
 spitem misit è tecto. Fulicam ad seruam e-  
 us fugientem, quam pellicem olīm habuerat,  
 & libertate donatam in exorem sibi assumpse-  
 at, ab eadem tot beneficijs obnoxia proditum  
 esse asunt, zelotypia alterius, qua & ipsa  
 uenio denupserat. Tot pessimarum mulierum  
 templa se se offerunt. Statim Samnitus, qui  
 uia Samnitibus in Sociale bello telesia perce-  
 re, ob insignia facinora, dimittas, atque nobili-  
 stem in Romanorum Senatum admissus fue-  
 it cum iam octogesimum attigisset annum.  
 um igitur dimicarum causa inter proscriptos  
 ferreunt, domum populo operant, & fernis  
 uacunq; libuissent efferre concessit, alia &  
 se proscit, donec enauata domo, & oculis  
 me inictio in eadē combustus est. Ignis porrò  
 & farberū euagatus nonnulla alia consumpsio-  
 ca. Capio in longum ad portis, faribas per  
 sim

Viro ingredientes ad sonum interfecit. Et ad  
 multis conuentibus affectu solus eos interfa-  
 cione extinctus est. Vitulensis ingentem arma-  
 torum manum circa Rhegium in sonum conve-  
 paravit. ex proscriptis scilicet. Et cum illis  
 fugientibus. Et ab octo supra decem urbibus.  
 quae exercitibus in pradam destinatae. ad eis  
 rum pramia id gravissime perferre videban-  
 tur. Qua siipatius. turmarum duces ad eos de-  
 scurrentes interfecit. donec maiore exercitu  
 in eum missò. cum nec sic animo deficeret. in  
 Siciliam ad Pompeium quae insulam eam ob-  
 tinebat. Et fugientes ad se suscipiebas. profe-  
 ctus est. Subinde bello acriter gesto in Sici-  
 lia. multis superatis pralijs. filium. Et quicunque  
 ex proscriptis quae ibidem conuenierant.  
 Messanam ire iussit. Ipse cum ratem ab ho-  
 stibus nudatam esse cerneret. in eos delatus.  
 hostili manu confossus est. Naso ab liberto quod  
 olim ex obsoletis eius fuerat. proditus. à quo-  
 dam militum gladium eripiebat. Et proditore  
 solo interempto. se volvo percussoribus mecan-  
 dum grabuit. Amator heris sua seruans. libe-  
 ratum eum in tumulo quodam constituerat.  
 Ipse quò ratem pretio conduceret. ad mare  
 descendebat. Reversus cum herum interfa-  
 cium offendisset. ad sperantem adhuc vobemen-  
 ter intonans. sustine parumper óbere inquit.  
 Et insurgentem subito turmarum ducento. in-  
 gerens

seremis, post quam scipium interficiens, ad  
 betum conuersus, solamen, inquit, o here-  
 scipisti. Luccius duobus fidissimis libertis assi-  
 gnato auro, ad mare properabat. Fugientibus  
 illis, retro redit, & desperatae soleris vita,  
 iugulatoribus sese obtulit. Labinus qui in Syl-  
 le procriptionibus multos ceperat, multosque  
 interemerat, ignarus merito haberi poteras,  
 si his similia generose pertulisset. Egressus  
 itaque domo, in throno confecdit, percussores  
 ad se venturos late oppriens. Cestius in agris  
 apud benignos seruos celabatur. Ducibus vero  
 turmarum continuè cum armis capitibusque  
 discurrentibus, panoris diuturnitatem ferre  
 non potuit, verum seruis persuasit ut pyram  
 pararent atque incenderent, ita ut inquiren-  
 tibus, Cestium à se imperfectum, & sepulta-  
 ra traditum affirmare possent. Cui cum ille  
 paruisse, in pyram profiliuit intrepidus. Apo-  
 nitis tunc latebras adeptus, abominatae victus  
 turpitudine, insequentibus sese necandum ob-  
 tulit. Alius in publico se solero obtulerat. Ia-  
 gulatoribus moram ducentibus, oppresso spiri-  
 tu subipsi ademit vitam. Luccius Asinius tunc  
 consulis sacer per mare arrepta fuga, sali mo-  
 sum non perferens, se sponte immersit undis.  
 Si minus fugientem, acclamatimque neuti-  
 quam se proscriptum esse, verum pecunia-  
 rum causarum fidis appeti, ad tabulam perse-  
 quere

quentes adduxere; & eius nomen inscriptum  
et legeret coegeret, quo lecto eundem dedere  
necis. Aemilius nescius se proscriptum esse,  
cum armatos alium insequebatur, turma  
ducentorem interrogavit, quis ille proscriptus es-  
set: is Aemilio inspecto, tu ipse es, inquit, &  
ambos simul interfecit. Cilios & Decines e Se-  
natus egredientes, cum corum nomina tabulae  
inscriptae cognovissent, nullo insurgente sine or-  
dine per portas arripuere fugam, & occurren-  
ti turmarum duci ex cursu serpentes præsidere.  
Icelius qui sub Bruto & Cassio ius aliquando dixerat, Casare cum exercitu circa iudicia  
assidente, ceteris iudicibus occulte condem-  
nationem eius afferentibus, solus paliam ab-  
solutionem protulit, & ob libertatis confiden-  
tiam clam elapsus, afferentibus cadaver se se-  
immiscuit, lecticamque detulit. Admirantur  
qui custodia portarum praerant, quod so-  
lito amplius duo homine ad ferendum vocem-  
tur, nihilo suspicantibus de his qui ferrebas.  
lecticam perscrutati sunt, ne sub simulatione  
quispiam in ea celaretur. Quia ex causa diffe-  
rentes Icelium redarguere coepérunt, quasi  
minime cum illo ad id munus esset electus:  
ob id à persecuentibus agitus interemptus  
est. Varus a liberto suo proditus, summa celeri-  
tate se proripuit, & montem ex monte commu-  
tans, ad Montanensisque peruenit paludem.

in qua seipsum recreans tacitus latebat. Minturnensis ad latronum inquisitionem discutientibus paludem, arundinis motu, deprehensus capitur, seque latronem professus est, eoque modo damnatus ducebatur. Cum sona, cùm catenis supplicio afficiendus esset, id genus mortis et indecorum aspernatus, in hunc modum locutus dicitur. Interdico vobis o Minturnenses, me consulem olim factum, Ego à principibus, quod longe honorabilius est, prescriptum, gloriatus torquere, aut morte multicare. Si enim mihi fugere non licet, vestitus nunc est sub collegis meis obire mortem. Ad qua dissidentibus illis, cum orationem hancmodi suspectam haberent, accurrens turba ductor Varum agnacuit. Ego capite adempto residuum corporis Minturnensis reliquist. Largum quidem in agro deprehenderunt, non Largum, sed alium inquirentes: eum itaque fortunam miserati, quoniam non quisitus interceptus esset, persiluerunt. Et ausfigeret illos suscruunt. In sequentibus alijs sibi eundem caperent, ad primos festino cursu peruenit. Ego, vos me interficite, inquit, qui causam meum prius miseratis, premia ab id debita habere promeremini: sic moriturua equum humanitatis vicem illis reddidit. Rufus domum ornatissimam iuxta Fulviam Antonij Exorum possidebat, quam cum Fulvia summopere ab eo emere tentasset, ne cuiquam merem gessit mulier.

mulieri, tunc autem dono exhibens inter prescriptos delatus est. Itaque capite eius ad Antonium relato, id ad se spectare removit. Verum ad uxorem deferri monuit: illa fore vice ante domum ei contiguam iussit appends. Alia Villam perornatam admodum et floridam possedit. Antrum in ea profundum et pulcherrimum inerat, et forte ob hac proscriptionem damnatus fuerat. Contigit autem ut se in aero tunc forte refrigeraret, cum percussores a longe venientes conspicatus seruass, in profundum antri cum iussit abscedere. ipse herili tunica assumpta se dominum esse simulauerit, et trepidatione magna detineri: et fortassis pro hero mortem perculisset, nisi quod conseruauit dolorem reseravisset. Interfecto itaque heri populus perigraniter id ferens, rem ad principes detulit, nec ante ab ira conqueriavit, quem herium indicantem crucis affixum, qui vero conservasset, libertate donatum comperit. Aterium latitantem seruass prodidit, qui statim liber effectus heri sui filii substantiam ademit, consumelij quoque insectatus est. Illi quacunq; gradiente taciti ac flentes sequebuntur. Eam iniuriam detestatus populus, Triumviris rem aperust. His fortunis abundantem prescriptis filiis in servitutem redigere solito. Hac circa viros memoria conscriptae fuisse referuntur. Attigit quoque ob duciarum facultates, et  
 orph

uplano s fortuna illis temporestatibus, quorum  
tempore cum ad praeceptorem graderetur, cum pa-  
dagogo simul intermititur, dum ille puerum ar-  
tus complexus, ab se amoveri minime susti-  
nit. At eiusdem praetextu deposita togam sum-  
turus amicorum turbastipatus, ut mos fuit,  
ad sacra Ego ad templo ducebatur. Exorto ru-  
more eum in tabulis proscriptum esse, amici  
ernisq; deferuere omnes. Solus itaq; relictus  
ex tam insigni pompa ad matrem se contu-  
xit. Ea filium ab timore penes se retinere ve-  
rita, domo expulit. Itaq; post matrem alterius  
periculum facere non ausus in montem aufu-  
git, ex quo ob famam ad sua compulsione in le-  
tronem incidit, qui praeergradientes depre-  
labatur. Ab hoc per seim assuefactus ad pre-  
lam, cum delscij innistritus esset, laborem ut  
nur ferre non potust. Arrepto itaq; curru, re-  
arum velocitate sublatuo est. Ego turmarum  
ducibus scipsum prodidit, eoq; modo interem-  
pus est. Dum hac ita geruntur, Lepidus de  
Iberis triumphum agere constituit: Ego statim  
edictum in hunc modum promulgatur: Latam  
fortunam annuntiari omnibus qui sacra con-  
viciaq; eo die peregrissent: qui autem minus  
paruerint, eos in proscriptorum haber in nume-  
ro. Ille igitur triumphum inter sacra deduxit,  
omnibus hilari gestu. Ego mente infesta. Pro-  
scriptorum interim bona domesticis venus sub-  
dd. vige

ijciebantur, pauciq; admodum inuenti sunt qui agros illorum emere auderent: quodam- quod infelicum erumanis pñnam addere eru- bescerent, nec satis prospere similia ipsi- euenire posse arbitrarentur, non etiam ab his tu- tò, qui aurum & argentum habuissent, illo- rum oculis obiici, quinimmo proprios agros nequitam periculis expertes fore. Verum mul- to magis qua ipsi possiderent, discrimini sub- iecta esse existimarent. Soli quidam ob auda- ciam minuta quedam pretio coemterant. Ea ex re principibus, que ad bellis apparatum ne- cessaria forent, sufficere sferantibus, ducenta millia deesse adhuc comperta sunt. Hec igi- tur in publicum referentes illi, quadringen- tas supra mille mulieres proscriptae sunt, qua præcipua diuitiarum copia excellerent: qui- bus iniunctum erat, qua haberent estiman- tibus simul ad bellis conferre necessitatem, quanti & namquaque earum hi tres condem- nassent viri. Aderat & occulentibus quip- piam eorum qua habuissent, aut pretium ma- lò afferentibus, pena, & similia indicanti- bus liberis seruusq; præmia. Ha autem per acceptiores principibus fæminas exorare sl- los statuerunt. In quare neque ab sorore Ce- saris, aut Antonij matre repulsa sunt: à Eul- wa duntaxat Antonij exore à foribus ex- clusa contumeliam grauiter tulerunt. In fo-

rum

rum itaque delata, & à tribunale similiter  
 reiecta, assistente populo & satellitibus ar-  
 matis fari velle dixerunt. Tunc Hortensia pra-  
 conis voce ante alias proscriptæ, Moderatio-  
 ne vestra indigentibus, inquit, tot talibusq;  
 mulieribus, ad uxores vestras configimmo,  
 nullam ab his consecuta gratiam, à Fulvia  
 reiecta in forum ab eadem compellimur. Vos  
 quippe iam nobis patres, fratres, filios, fratres  
 accusantes eripisti, quod ab his iniuriam  
 accepisse fatemini: pecunias etiam abstuli-  
 stis: nunc sexum nostrum ad indecentiam ca-  
 dignam, ac præter natura muliebris modum  
 cogitis. Si enim à nobis quemadmodum à Gi-  
 ris nostris contumelia vos affectos creditis,  
 nos aquæ vt illos proscribito. Si vero nem-  
 nem ex vobis hostem decreuimus, non de-  
 num diripiuerimus, aut exercitum corrupimmo,  
 aut alium induximus, neque principatus aut  
 honoris titulum sortiri prohibuimus, qua in  
 re suppliciorum participes esse promeruimus,  
 que iniuriarum nullam attigimus partem?  
 Quid præterea impendere tenemur, qua ne-  
 que imperij, neque honoris, neque exercitus,  
 neque prætura, aut denique Reipubl. qua à  
 vobis ad tamen calamitatis discrimen op-  
 pugnata est, felicitatem illam capimus? An  
 quia, vt dicitis, bellum instat? Sed à quo bel-  
 la ista pronencere? ius quemadmodum ma-

dd 2 lieres

lices intulerunt, quae natura apud omnes homines ab his curio vacuas esse voluit? At matres nostra supra naturam earum semel aliquando id fecerunt, cum periclitante Republica. Et desperatae Urbe instantibus Carthaginensibus, ac tum quidem sponte conculerunt non à terrarum aut locorum possessionibus, non à dote aut domibus, sine quibus in libertate possitis ne vita quidem supereft: sed ab ornatus solum, quem domi possebant, non pena aliqua, non accusatoribus aut indicij adducta: non per necessitatem aut vim coacta, sed quantum sponte ex animo illis placuit. Quis igitur nunc ineft vobis de principatu Et patria timor? Instet aliquando Celtarum aut Parthorum bellum, nos determines ad salutem matribus nostris fuisse videbimus. Civilia autem bella neque nos instaurauimus, neque vobiscum ad iniucem inserviamus manus, neque in Casario Pompejus de bellis quipiam impendamus, neque Marcius nos aut Cinna ad hoc compulsi, non Sylla, qui patria tyramniadem induxit: vos autem Republicam constitvere velle profitemini. Hac per arante Hortensia, Triumviri excandescere cœperunt, quod sileneibus viris mulieres hac audacia terentur, concionesq; celebrarentur, Et que agenda effent à principibus; in quovere auderent, militiam quoque perficerent;

bous viris, ipsa ne pecunias quidem in me-  
 dium afferrent. Lictoribus itaque imposue-  
 re, Et ipsas à tribunali expellerent, donec vo-  
 ce à nouissimine edita lictores se paulum  
 continuere, Et principes in sequentem diem  
 bac differti mandauerunt. Statuta dse, qua-  
 dringentas solum ex priori numero proscru-  
 bi subent, qua facultatum suarum redderent  
 rationem. Ex viris autem quis distiores habe-  
 rentur, centum Et amplius milia exterorum  
 sumul Et cimicium libertorumq; proscripti erunt,  
 inter quos Et sacerdotes, Et omne genus ho-  
 minum nomine omisso immiscuere: quemad-  
 modum bello Celisco similibus pennis ac man-  
 datis à Romaniis edatim olim memorant, Et  
 quinquagesimam facultatum omnium illis  
 multo ad bellum conferrent impensam, in tri-  
 butos eiusdem anni subinde computandam.  
 His igitur mandatis, in hunc modum editis  
 Romani parvare: exercitus. Verò contempsi-  
 se sisus. Et in deteriorem quoque partem re-  
 tulerisse. Scutis coruna principibus in busimmo-  
 de operibus solam sibi spis securitatem appo-  
 menteibus. Itaque ab illis domos in publicum  
 redactas, agros, villas, aut hereditates, filio-  
 rum quoque adoptiones depositebant. Alij di-  
 versi ab his agitabant, nam ant eos qui mi-  
 nimè proscripti fuerant, inuidentes erucida-  
 bant, aut domos nullas ex causa ademptas sibi

Gendicabant: ita ut principes prescriberent alterum ex consulisbus commutationem aliam facere in his quae prater mandatum facta cognouissent. Verum ille armatos attin gere non ausus, ne in se velto eos irritaret, quosdam e servis militari more saevientes crucis suspedit. Et hoc quidem in fine calamitatum, quas superius prescrivimus, obiecta huiusmodi fuerunt. Quacunque autem insperato ad salutem quibusdam obuenere, et ad dignitatem posterius prabuere gradum, percutendum erit recensere: neque minus exercitatem audientibus allatura arbitror, cum in nullo sit supersunt spem videantur omis-  
- ri. Quibus igitur facultas affuit, ad Cassum et Brutum contendere fuga, aut ad Cornificium in Libyam sese consulere, populariam partes adhuc confuentem. Maior tamen pars in Siciliam peruenit, insulam Italiam fixam, promptissime eisdem suscipiente Pompeio. Insignem quippe diligentiam in eos qui a fortuna cecidissent, ea tempestate exhibuit Pompeius. Nam pracones ad partes transversas demittens, omnes ad se renocabat. Et seruantibus illos sine liberis, sine servis, duplicitibus qua interficientibus proposita erant premia pollicebatur. Itaque tembi, et onerarie rates navigantibus condigne occurrebat. Triremes insuper littora quaque collustrantes, signabat quod uberrassent preferebant. Et

obuios quoque incolumes praestabant. Ipse  
 venientibus assistens, vestem & necessaria  
 quaque conferebat. Dignioribus verò ad pre-  
 turas aut classium prefecturas dcebatur. In-  
 ducijs posterioris factis, cum triumviris eo mo-  
 do assensus est, si ad se fugientes in his suscep-  
 sissem. Sic ille veilissimo infortunata pa-  
 tria cuius affuit. Quia ex regloriam adoptus  
 optimam, & priuatim à parente suo illius  
 nn inferiorum videtur meruisse. Cateri ad  
 alia loca fugientes, aut se occultantes, ad in-  
 duicias &que partim in agris aut in sepul-  
 cris, quidam in Urbe mortis cogitationibus  
 egere vitam. Mulierum item amores erga vi-  
 ros praeceps opinionem conspecti, filiorum in  
 parentes benevolentia, seruorum in dominos  
 supra naturam charitatis signa emicuere, ex  
 quibus admiranda maxime perscribo. Paulus  
 Lepidi frater, cū illum percussores velut impe-  
 ratoris fratrem saerentur, oblata sensa ena-  
 zigant ad Brutum, deinde Miletū se translu-  
 sit: quo ex loco posterioris nondum confecta pace  
 evocatus reditum promeruit. Lucium Anto-  
 nij assunculum Antonij ipsius mater & fra-  
 trem publicè penes se habuit. Erubescitibus  
 itaq; turmarū ducibus eam attingere & impe-  
 ratoris matrē, demū & i grassantibus in forū  
 descendit, & Antonium, cateris ducibus si-  
 mul confidentem sic allocuta est. Me ipsam  
 dd 4 accuso

accuso imperator Lucium penes me suscepisse,  
Ego habere iterum, ac habituram esse, quoniam  
que nos ambos interfeceris. Paria etenim hic  
qui suscepere, ac rei supplicia proposita à Go-  
bis sunt. Is mulierem et sororem optimam,  
matrem verò minus fidem arguens: non Lu-  
cium servare oportuit, inquit, sed prohibere  
possis, qui filium tuum hostem inducari ce-  
sauit. Deinde Plancum consulem induxit ut  
reductionem Lucio decerneret. Messala illu-  
stris adolescentis ad Brutum per fugerat. Etao  
prudentiam veriti Triumvirs, in hunc modum  
perscripsere. Ex quo Messalam necessarijs  
eius nobis affirmantibus minime affusse no-  
nimus cum Iulio Cesar occisus est, tandem  
exproscriptorum numero eximi iubemus. Ve-  
rum ille veniam huins nodis despexit. Bruto  
deinde Ego Castrum in Macedonia deuinctis, cum  
exercitus magno numero superesset adhuc, ma-  
nesq; Ego pecunias, necnon spes optimas sibi  
ascisceret, Messalam insuper copijs omni-  
bus prasidere cuperet, ne usquam suscepit, ve-  
rum dduersanti fortuna cedendum persuasit.  
Ego cum Antonio pariter castra iungere il-  
los monuit. Ea ex causa intima familiaritate  
deuinctus Antonio, cum eodem fons à com-  
uenit. Demum Cleopatra delicijs obnoxium  
agrefirens, ad Cesarem se transiulit. Is Mes-  
salam abrogato Antonio consulem effecit.

Cum

Cum ille sterum esset hostis iudicatus, & circa Actionem aduersum Antonij pratorum classem contentem ad Celtas deficienteis ire insisteret, Victor quoque triumphum agere concessit. Bibulus cum Messida fideles suos, & cum Antonio pariter classem tenuist. Caesar quoque ad suicem per mare copias transmiserat, ac Syria prator electus sub Antonio provincia prefuit in ea que decessit. Acilius clam ab orbe auffigit. Veram seruo illum indicante, milites spe pecuniarum allectos impulsoe ut quosdam e suis ad exercitum eius misserent, signa afferentes qua illi tradassent. Ea ad se profectis mundum omnem malisbrem anteponens, ipsis inquit bac omnia tradere, quasi redditaris qua pollicentur, ignorare tamen an reddituri essent. Neque vero amore eius defraudata est. nam milites Acilio nauem conductere, & in Siciliam tutum pramisere. Lentulus instante exercitu eam fugi sociam secum duceret, & ab id attentissimo illum obseruante, Veritus exercitum pariter in discriminem agere, clam perfugit in Siciliam. Prator demum creatus sub Pompeio, mentum emisit, quemadmodum salutem eius sifisset, pratoriam que obtineret dignitatem. Illa quo loci vir eius degeret intelligentia, ac matrem custodia eius absidentem laenit, & fernis duobus comitata, magno la-

dd 5 bore.

bore, summa mopia seruilem in modum profecta est, quoad in regionem Messanam vesperatiam inclinante peruenit. nec difficulter quo in loco pratoris tabernaculum existeret edeta, Lentulum non vt pratorem commorantem, sed lecto humi strato, inopi villa, epulazione misera degentem eius desiderio conperit. Apuleio vox oratione comminata est illum perdituram, si ea dimissa solleat ausus esset. Mulierem itaque locet inuitos secum duxit. Contigit autem vt in fuga nulla suspicione iter ageret, vox ore, seruis, & ancillis una prosequentibus. Antium coniux insecta calcitra sumul innoluit, eoque modo mercenariis impeditam ad mare pramisit, indeque in Siciliam fuga abiit. Reginum mulier nocte in claram immunditijs obsitam deposita, in quam per diem militesibus non ausis ingredi ob factorem, sequenti nocte in modum eorum qui rama lia deferre solent, preparauit. & aspernum ramalia ferentem illi tradidit. Ipsa brevis intermissione in lecticula delata, virum sequebatur. Ex custodibus autem portarum, cum quidam lecticula perspecta addubitaret, scrutaturq., veritus Reginus, continuo accurrit, & veluti viator quedam militem deprecari caput, vt mulieresibus parceret. Ille vt razziam gerulam contempnens, responso cum ira prabito cognovit. Mernerat quippe alias sub eo cunctis

et cum Syria praeset:  $\exists\delta$ , ab eo hilarè inquit,  
 imperator mi. inviat enim te hoc nomine etiam  
 presentem appellare. Scoponum mulier ab  
 Antonio petiit pudica prius habita, verum  
 infortunio huismodi infortunium excoluit.  
 Getam filium veluti moribundum in aperto do-  
 mus igni imponere fisis est. deinde clam in  
 agro nuper consto reliquit: quo in loco senex  
 scipsum permutare studens, membranam al-  
 teri oculo apposuit. Inducij postmodum fa-  
 ciat membranam sustulit. oculumque ex des-  
 dia deletum comperit. Oppium filios ex sene-  
 tiente debilem,  $\exists\delta$  manere deprecantem baume-  
 ris extulit, donec è portis tutum systeret Postre-  
 mò in Siciliam nunc agens, nunc deferens in-  
 columem peruenxit, nemine figuram huismodo-  
 si suspicione aut ciuillia illa prosequente:  
 quæ madmodum  $\exists\delta$ . Aeneam scriptores pro-  
 didere verendum fuisse hostibus, quid paren-  
 tem detulisset. Populus itaque posterius com-  
 mendato adolescenti adilem declarauit. Sub-  
 stantia Verò eius in publicum relate, cum mu-  
 meris imp̄sam ferre ne quisisset, artifices qua  
 ad magistratum pertinebant, contulere gra-  
 tias:  $\exists\delta$  spectatores quantum nammorum Uni-  
 cuque placuisse, in orchestra præbñere, ita ut di-  
 difissimus bac manifescia fieret. Ariannum  
 cum in carceribus testamenti causa affugere-  
 tur, filium nō proscriptus parōtem proscriptum  
 occidit

occultus, & cum illo pariter fugit: & eundem salutē demum reddidit. Metelli quidem filius ac parens eodem nomine appellabantur. Parens cum Antonio militans circa Actium captus, & à nullo cognitus interim fuerat. Filius sub Casare ea tempestate militem agerat, & praeiora simul praefidebat. & hoc quidem circa Actium. In Samo Gero dījudicante, Casare captivos omnes, cum iniuria adcesset, senex inter hos dicebatur, comis, sorde & squalore obsitus. & ob id immutatus, sūt dignoscī nequiret. Verum cum inter captivos præcōnes voce citaretur, filius è suggestu accurrit, & parentem penè agnatum cum cinctuū complexis. Six fletum potuit continere. Deinde Casarem in hunc modum allocutus est. His bofis tibi fuit o Casar, ega bellis pro te facias. Et hunc quidem equum est pacem pendere, me præmia accipere. Peto igitur sūt parētem mei causā seruari iubeas, me autem qd illum nec i trahi. Misericordia ob hac exorta inter omnes, Casar Nodellam quamquam sibi inimicissimum scrupuli insit, donis quoque multis adornauit, cunctis ab Antonio sapientiō despiceretur. Marcus clementia & benignitate toto proscriptionis tempore intra habitacionēm eorum tenuere. Postremò concessa lenia omnibus, Marcus ab eorum domo tanquam è fuga prodijt. Hinc cum familiaribus sorbe effigiens

giens per Italiam profectus est carcinos fel  
uens, & fugientes in sonum congregans: oppida  
etiam perpanca à principio, deinde maiore mo  
mero invasit. Post has fortiora manus compara  
ta Brundusinos sibi subdidit. & exercitu in  
eum missò ad Pompeium cum omnibus copiis  
evasit. Restionem solum effugere putantem ser  
uos claram infecutus est prius quippe sub Restio  
ne enarratus, & in multis clementer habitos,  
et nequitiam tandem notis barbaricis insu  
strio fuerat. Restioni itaque in palude Latitan  
si seruus prosto astitit, eumque ex occursu far  
cole conterrussit. At ille trepidanti hero istu lo  
cume est. Nunquid me magis ó bere præsen  
tium stigmatum, an priorum beneficiorum pu  
bus remnisce? & his dictis in speluncam ab  
actum & quiescentem egregie curauit, cibaria  
illis & patnit hunc inde conquiñuit. Suspicio  
ne etiam aborta circa speluncam, cum armati  
appropinquarent seruus re animaduersa inse  
citus est, & senem quandam pratergradien  
tem accurrens interfecit, caputq; abfedit. Stu  
pefactis militibus, & fratres interficio  
rem comprehendentibus, Restionem, inquit,  
terruit meum occidi, quò mihi hac stigma  
imufist. Illi capite adempto ob præmij ssem in  
serbem, ut agnosceret, simul detulere. Seruus in  
serim excitato hero in Siciliam cum illo evan  
ganis. Appiæ dum in tabula quiesceret, ar  
matis

matis accurrentibus seruis vestem eius induit. Et pro hero in lecto eius accubans libens mortem pro illo subiit: hero interim serui in morem illis assidente. Armatis Menenij dominum inuidentibus, seruum heri lecticam ingressus est alijs conservis operam nanciebatur, relatusque Menenij loco interficitur. Ipse subinde in Siciliam aufugit. Iunium libertus eius Philemon domum fortissimam splendidam, in medio Urna quadam inclusum tenuit, ex his quae ad ferri reposiciones, aut pecuniarum librarium custodiam habere solent: in eaque per noctem usq; ad iudicias aluit. Libertus alius sepulcrum domini custodiens, heram proscriptam in eodem sepulcro cum parente una salvos tenet. Lucretius duobus fidis seruis comitatus errabundus cibariorum inopia ad foxorem retrocessit. A seruis veluti ager quidam lectica delatus in urbem, interim sibi ex seruis per fracto crure alteri innixus ambulabat. Cum vero ad portas accessisset, quo in loco parens eius à Sylla proscriptus obiit intercepitus fuerat, turmam militum accurrentem insueta panefactus est loco omne, et cum seruus aufugiens in sepulcro latuit. Pollinctoribus denouo sepulcra perfractantibus, serutus se velero recuperetur obstulit, quoad Lucretius iterum ad portas profugit, ibique tandem commoratus est, ut rediret seruus; cuius vestem fibi induit.

induit, indeque ad exercitum rediit, sub cuunc  
 cura duobus interclusis laquearibus delituit,  
 donec ex proscriptorum numero eximeretur.  
 Postremo confecta pace, consulari dignita-  
 te positus est. Sergius apud Antonium ipsum  
 latuit, quousque Plancus quis tum consulatus  
 fruebatur, reditum suos fit decernere. Idem  
 deinde Sergius in Casario ē Antonij dissen-  
 sione Senatu Antonium hostem iudicante, so-  
 lus absolutionem palam protulit. Atque hi  
 bunc in modum seruati sunt. Pomponius pra-  
 toris in formam seipsum adornauit, ē seruos  
 ministrorum more similiter componens, ciui-  
 tatem & prator lictoribus stipatus pertransi-  
 uit, seruos illum circumstantibus, oculentis-  
 busque, ne ab ollo dignoscis posset: demum iu-  
 xta portas curros publicos ascendens, peragra-  
 ta Italia, suscipientibus illum cunctis, pra-  
 mittentibusque & pretorem à Triumviris  
 missum ad iudicias incundas cum Pompeio,  
 publica etiam triremis ad illum pertransiuit.  
 Apuleius & Aruntius ductores militum  
 se esse simulantes, & seruos militaribus in-  
 struentes armis, ad portas veluti proscriptos  
 insequentes properarunt. Per reliquum vero  
 itineris ita profecti sunt, & carceratos exsol-  
 uerent, accurrentes ad eos in unum colligerente  
 quousque sufficiente exercitu uterque eorum  
 potiretur. Iam signis armisque fulgebant, &  
 digne

dignitas exercitibus abunde aderat. Quisque  
verò per se iuxta mare ad tumulum quendam  
castra habebat. Ortiz luce cum sufficio in-  
ser eos incidisset, quasi unus contra alterum  
kopias parasset, assumptis armis pugnam in-  
vavit. Demum resipiscentes abiectis telis insui-  
cēim flere, & fortunam in eos saeuentem apud  
omnes queri lamentarique cuperunt. Postre-  
mō classe delatis, unus ad Brutum, alter ad  
Pompeium peruenere. Et hic quidem cum Pon-  
peio una rediit, alter sub Bruto in Bithynia  
prator fuit: & Brute in Macedonia deuicto,  
Bithynia Antonio prabita, domum rediit.  
Ventidionum libertus cum primum proscriptus  
fuit, vinculis iniecit, quasi singulatibz  
eum prabiturus: nocte vero seruos in unum  
adhortatus, ad militem similitudinem instru-  
xit, & herum turmarum ducis more orna-  
tum Urbe expulit, ac per reliquam Italiam  
usque in Siciliam exierit, sapientiā cum ca-  
seris ducibus quē illum inquirebant, hospita-  
tus. Alium in sepulcro occuluit libertus: ve-  
rum cum ille sepulcro meditationem & paue-  
rem abhorreret, in quadam domuncula latere  
monuit. Inhabitante non longe una ex ducito-  
rum numero, huius vicissim timorem ferre non  
potuit. Ita ex summo pavore ad extremam pro-  
lapsus audaciam, raso capite ad inducas usq[ue]  
praeceptorem veluti discipulus in Urbe comita-  
tus

qui est. Volusius dum adilitatem gereret, proscriptio est. Is sacerdos cuidam Istdis amicis deuinctus stolam ab eo petiit. Et festem ad pedes usque induens, canem capite imposuit; eoque modo sacra peragens ad Pompeium peruenit. Sittum Caleni ciuem eorum existentem, Et multa illis ex substantia propria olim elargitum, summa custodiere dilectionis, ferro adstantes. Et seruis ministrantes, necnon milites abigentes ab eorum manib[us], quousque defervescente iam nequicia ad Triumviros emisere legatos, qui Sicium ab omni Italia exclusum in patria tute conmorari obtinuerent. Sic Sittius primus vel sonicus virorum omnium ex peregrinatione in patriam profugus peruenit. Varro philosphus, Et historiarum pariter scriptor, militis egregie perfunctus. Et pratorius vir, Et fortassis ob hac monarchia inimicus habitus, inter proscriptos relatus fuerat, contenditibus inuicem domesticis eius Et amicis, quis illum prius esset suscepturus. Calenus tandem penes se retinuit, habuitque in villa, in quam Antonius deambulationis causa preficissebatur aliquando, Et tamen nullus seruorum aut Varronis ipsius aut Caleni intus existentem Antonio prodisit. Virginius vir discendi suavitate pricipius, seruos edocuit quemadmodum ob modicas pecunias nec satis

ee tute

tute illum occidentes, odium ingens subitum  
forent, deum extremopanore tenerentur.  
Si in columnam seruassent, eos gloriam pietatis  
habituros, ad hac spes optimas, pecunias  
etiam multo plures matori securitate adeptos  
esse. Quibus persuasi, cum eodem feliciter  
conservuo arripuere fugam, & in via à per-  
cussoribus agnatum strenue tutari pugnando  
conati sunt. Sed cum ab ipsis tandem com-  
prehensus duceretur, verbis insinuare coepit,  
se non ob eorum iniuriam ad pecuniam com-  
pelli, sed ob pecuniarum duntaxat spem. Edi-  
cuit itaque multo iustiores & copiosiores eos  
assecururos fore, si ad mare secundum accessissent,  
quo in loco vxor mea, inquit, naum pecunijs  
stipatam deuehit. Milites hac spe delinuit,  
ad mare descendunt. Mulier, ut à viro man-  
datum fuit, ad mare quidem venerat, cate-  
rum tardante Virginio, rata illum ad Pompeium  
transfuisse, nauim abduxerat, seruo in  
littore maris derelicto, quo id annunciatet.  
Seruus Virginium intuens, ad herum subito  
accurrit, & naum à longe recedentem illi  
ostendit, & qua mulier mandauerat, cürde  
ibidem relectus esset, ediscerit. ita milites cla-  
rè dsignoscentes, cum Virginios aliquantos  
per morari suaderet dum mulierem enocaret,  
aut simul cum eo ad sumendas pecunias acce-  
dere, scapham ingressi, non sine inge labore  
corre

certatum remigantes, eundem in Siciliam tu-  
tum deduxere. Ibi quae pollicita fuerant ade-  
pti, nequitquam à servitio eius destitere ad  
indicias & que. Rebulum nauita quidam in-  
tra nauem suscipiens quasi in Siciliam deduc-  
eburus, pecunias ab eo postulauit, eundem in-  
dicare velle comminatus nisi tradidisset. Ille  
Themistocles in morem cum aufrigeret effecit,  
comminatus & illum pariter accusare velle,  
quod ob pecunias se intra nauem receperisset. Ob  
eam rem cōterritus nauita Rebulum ad Pom-  
peium deduxit. Marcus sub Bruto olim pra-  
tor, ea ex causa proscriptione damnatus fue-  
rat. Denicto demum Bruto interceptus, se scru-  
num esse simulauit, emptusque à Barbula quo-  
dam nomine, cum solerter illum intueretur,  
cateris seruis prafidere solevit, pecuniarum in  
super curam habere concessit. Aptum igitur ad  
omnia supra seruorum morem expertus ac pri-  
dentem, si ex proscriptis aliquis fortasse esset,  
& id profiteretur, eum seruare velle pollici-  
tus est. Abnente illo vehementius, & ge-  
nus noménque ac priores dominos verbis simu-  
lante, Romanum secum iussit accedere, ratus id  
negaturum esse si proscriptus extitisset. At  
ille intrepidas fécutes est. Circa forenses interim  
consulam ex amicis Barbula quispiam inspe-  
cto Marco serui in morem illum prosequen-  
te, clam Barbula insurravit auribus: Ille

ee 2 per

per Agrippam exorato Casare, ex proscriptorum numero exemit, fuitque subinde Casaris amicus Marcus. Nec multò post circa Actium contra Antonium prator instituitur, secundumque est ut eodem tempore sub Antonio praturam gereret Barbula, similisque fortuna illi occurseret. Barbula siquidem deuicto Antonio captus ab hostibus, cum se scruum esse simularet, Ego illum pretio inscius emisset Marcus, re Casari intimata, ut salutis esset impetravit, simileque beneficium illi reddidit. His igitur pares affuere fortuna, utrisque insuper pares permansere. nam nominis eiusdem dignitatem in Urbe obtinuere ambo. Balbino fugienti, Ego cum Pompeio demum rediens, nec multò post gerenti consulatum, Lepidus sub Casare ex potenti ad infimum delatus gradum, ex huiusmodi causa adflictit. Mecenas Lepidis filium persequebatur, quod in Casarem conspirasse dicereatur. Persequebatur Ego matrem simili suspicio ne laborantem cum filio, Lepidum tunc debilis quidem haud multifaciens. Iuuenem igitur Mecenas Casari ad Actium pramisit, matrem verò, ne mulier existens duceretur fidei subere apud consulem iussit, se ad Casarem iteram esse. Nemine fidesussionem subeunte, Lepidus ad Balbini fores plerunque morabatur, Ego ius dicenti presens aderat, ministrisque eius

cum a longe propellentibus, sive hac effari posuit. Mibi quidem accusatores innocentiam adesse perhibent, neque cum ex ore aut filio  
 Enna conspirasse aiunt. Te autem nentiquam  
 proscripti⁹ Enquam cum in proscribentium nu-  
 mero assisterem. Ad humanos itaque casus  
 intuens, et ad me tibi assidentem hanc gra-  
 tiā exhibe, Et vel me sponsore mulier ad Ca-  
 sarem transfere queat, vel ego cum illa simul  
 deuinctus eam. Hac dicente Lepido, Balbi-  
 nus pietate motus, mulierem a fideiūsione  
 absoluīt. Cicero a Cicerone parente eius in  
 Greciam premissus, cum fortunam huiusmo-  
 dis futuram vereretur, è Gracia ad Brutum  
 peruenit. Defuncto deinde Bruto ad Pompeiū  
 pertransiit, cum stroque pratura funeris of-  
 ficio. Hunc Casar, quō se à traditione Ciceronis  
 excusaret, Pontificem statim declarauit, nec  
 multò post consulem instituit, et Syria praeso-  
 rem. Antonio apud Actium posterius deu-  
 elo a Casare, cum consul adhuc esset, ius popu-  
 lo plerunque dixit, sed iste pro Rostris eo in  
 loco, quo parentis eius caput manusque peperen-  
 derant. Appius seruis suis substantiam di-  
 stribuit, et in Siciliam cum ipsis et transiret  
 nauem concendit. Ille insurgente tempestate  
 auri cupiditate permotus, Appium parva qua-  
 dam rate quasi tutiorem in spem deponunt.  
 contigitque et praser cunctorum opinionem

ee 3 eua

euaderet ille, serui perfracta nauis ad Enium  
 interirent. Publius Brutus questor, Antonij  
 domesticis illum adhortantibus ut Brutum  
 proderet, id facere renuit, & ob id proscri-  
 ptus, demū reuersus inter Caesaris amicos esse  
 meruit. Advenienti quoque Casari nonnum-  
 quam Brutis imagines apposuit: eāq; ex causa  
 laudatus est à Casare. Hac autem pratercum-  
 étorum opinionem, qua nonnullis proscripto-  
 rum ad discriminem aut salutem eorum conti-  
 gere, pluribus alijs omissis à me potissimum  
 relata sunt. His igitur Roma gestis, qua sol-  
 tra confinia posita erant, ob huiusmodi sedi-  
 tiones bellis turbib;usque agitabantur. Bel-  
 lorum autem belprincipia fuere circa Libyam  
 Cornificio aduersus Sestium depugnante, &  
 in Syria Cassio contra Dolabellam, in Sici-  
 lia quoque clades plurime à Pompeio ciuita-  
 tibus captiuitatesque inferebantur. Quae igi-  
 tur memoria minus digna visa sunt omitten-  
 tes clariora, & ob aliorum dignitatem lange  
 conspicua in Laodicenses, Tarsenses, Rhodios,  
 Pataraeos, Xanthiosque gesta, & eorum qua-  
 libet beluti ab exordio explicabimus. Libya  
 partem Romanis Veterem adhuc nominant,  
 quam olim abstulere Carthaginensibus. Eam  
 verò quam Iuba rex tenuit, & posterius sub  
 Casare illi ademere, nouam Libyam appel-  
 lat. est autem Numidica. Sestius igitur sub Ca-  
 sare

fare Libya prefectus, quia nona dictatur; Cornificium ex veteri Libya insit excedere, quasi Cesars in partitione triunviratus unius. Libya ex forte contigisset. Ille partitionem iudicantibus triunviris editam ignorare resposebat, neque provinciam à Senatu habitam disciprater quam Senatum velle concedere: hac ex causa adimicem armis contendebant. Exercitum Cornificius longe maiorem & granarem continebat: Sestius leviorem inferiorēque ducebat. Ex quo mediterranea quaque percurrente, qua Cornificio parebant, adilectionem instabat. & Ventidium Cornificij prefectum cum pluribus in eum irruentem urbem conclusus repellebat. Excurrebat & Latus alter Cornificij prefectus Libyam qua Sestio supererat, & Circum urbem ipse assidens oppugnabat, omnesque ad Arabinem regem. & ad eos qui Sittiani nuncupantur, praemissis oratoribus ad bellis societatem pellicere tentabant. Sittiani nempe à confederatione hismodi nominati sunt. Sittius Rome accusationem propriam ferre non ausus, arreptus fuga exercitum in Enum comparavit: deinde ex Italia & Iberia in Libyam emigravit. Libyis porro regibus adimicem contendebus bello per partes opem attulit. Quibus autem attribueret, continue Victoria exultantibus, Sittius nomen adeptus est. Nam exercitus

440 APPIANI LIB. III.

cino sfléide armis depugnabat. Caio deinde  
Casar in Libya persequenti Pompeianos au-  
xiliu[m] impedit. Et Soborram Iuba prefe-  
ctura per illustrem occidit. Quorum omniaque  
ob causam primum à Casare suscepit Ma-  
nassis regis provinciam, non universam tan-  
tem, sed potensissimam eius partem. Manasses  
quippe Arabionis pater fuit Iuba in bello so-  
ciorum. Huius igitur provinciam Casar Sittio et  
Boccho Maurisiorum regi dono contulit. Eius  
partem Sittius his qui sub illo fuerant pariter  
denicit. Arabio ea tempestate in Iberiam ad  
Pompeium filios per fugit. Postremo Caio Casare  
interfecto, in Libyam ad suos rediit. Et Li-  
bycorum nonnullos continuè invasori Pompeius  
primitens in Iberiam, et bellatores indefir-  
scipiens, Boccho provinciam ademit: Sittium  
quoque interfecit dolo: ob bac Pompeianis fa-  
morablem, cum eorum partes asidae infeli-  
citate corruentes desperaret. Sittio prior se filio  
adhaesit per quem Casari conciliatus est. Hunc  
et Sittiani ob paternam amicitiam cum Ca-  
sare comitatis sunt. His igitur confisus Sestius  
ab obsidione ad pugnam progreditur. Et Ven-  
tido vi superato fugiente exercitu ob indigna-  
tatem interficiens capiēnoque persequitur. Hū  
perceptis Lales Cirtam obsidione liberatur.  
Et ad Cornificium se trahit. Sestius re-  
bus gestis elatus, ad ipsam Cornificium Uticam  
versus

Tersus castra monet, & granquam pluribus  
 fidensi copijs contra astitit. Cornificio Lelium  
 cum Equitibus ad inuestigandos hostes pre-  
 missente, Sestius Arabionem vt à fronte La-  
 lio obsteret, cum Equitibus pariter ire iubet.  
 Ipse posterioribus stipatis, è transuerso Equiti-  
 bus irruit, cōque conterruit, adeo vt Lelium  
 non inferiorem adhuc, ne reditu prohiberetur  
 trepidantem, tumulum quis in medio pate-  
 bat, coegerit adire. Araboni sc̄rò prius af-  
 fidentes intermixere, & tumulum circunda-  
 re imperat. Hac animaduertens Cornificium,  
 maioribus copijs Lalio vt opitularetur accu-  
 rit. Sestius à tergo instans ad illum subi-  
 so defertur, quem ab se vt repellere Cornifi-  
 cium non sine iugi labore depugnabat. Ara-  
 bio interea inter petras reptantibus suis per  
 præcipitia ad Cornificij exercitum clam ac-  
 cessit. Roscius castrorum cura derelictus, in-  
 tercepso Gallo à sentigerulo quodam exerto in-  
 gulo imperfectus est. Cornificius pugna fatiga-  
 tus per camporum asua ad Lalium cursu tran-  
 silit, qua in exercitu gesta erant, penitus igno-  
 rante. Decurrentem autem illum conspicati  
 Arabioni. Equites, persequentesque interfici-  
 entur. Hac vt gesta erant, à colle summo con-  
 templatus Lalio sibi ipsi necem concinuit. Du-  
 eibus itaque prostratis hunc in modum exerci-  
 cum per partes fugato arripuit. Quicunque cum

Cornificio ex proscriptione damnati fuerant, in Siciliam emigrarunt: alij, Et quisque potuit, abidere fuga. Sextius Arabianem Sustianosque omnes multis adornauit spolijs, ciuitates Universas concessa Veneri Casaris diuersi subdidit. Hic igitur bello inter Sextium Cornificiumque gesto in Libya finis datus, breui profecto, si gestorum celeritatem mente reputes. Qua verò ad Cassium Brutumque pertinens parva quidem, si premissa animaduertas, bus insmodi fuerit. Cum Caius Casar interfecitus esset, percussores eius Capitolium statim invaserunt: decreta deinde oblinione omnium, ab eodem descenderunt. Verum populus in commendatione funeris misericordia excitus, interfectores Casaris hinc inde cepit conquerere. Hi cives à tectis ubigentes ad provincias separatim profecti sunt, quas à Casare nonnisi que ex decreto nactus fuerat. Cassius & Brutus pretores adhuc in Urbe morabantur, quibus similiter à Casare & promiciarum cura afflisterent iniunctum fuerat. & et Cassius Syria praesesset, Brutus Macedonia. Neque magistratus ante tempus assumere potentes, neque cadi odium in Urbe perferentes, cum praetores adhuc essent, Urbe exceperant. His ad indignitatem obtegendam, Senatus & atriones curam agerent inimicerat, ne medio interim tempore ausfiguisse viderentur. Absentib[us] illis Syria

Syria quidem & Macedonia Antonio & Dolabella, quæ consulatus praerant, ex decreto delegantur. Senatu permoleste id ferente, datum est earum loco ut Cyrenem Cassius administraret, Cretam Brutus: quas ut inferiores contemnentes ille, exercitum pecuniasque collegerant, ut Syriam & Macedoniam Ulro invaderent: & hic circa buismodi curas versabantur. Occiso autem Trebonio à Dolabellam in Asia, Antonio Decimum inter Celtas obidente, ut à nobis premissum est, conturbatus Senatus Dolabellam simul & Antonium hostes indicavit. Brutum assensem & Cassium ad priores provincias reverteri insit. Bruto insuper Illyrium addendum censuit. Ceteros omnes quicunque Romanorum nationibus exercitibusque praessent, ab Ionio Syriam usque Cassio & Bruto subesse voluerat. His ex causis Dolabellam antenensis Cassius, in Syriam deducto exercitu, signa magistratus in primis extulit, & duas supra decem legiones ex Caïo Casaris exercitu iampridem in castris commorantes, exercitatusque primo impetu affumpfit. Quippe vinum ex suis Casar in Syria dereliquerat cum in Parthos prepararet bellum: apparatus autem omnem illi tradidit Cacilius Bassus. Nam cum dignitatem & praeitura contineret Sextus Iulius adolescentem

lescens Casaris affinis, legionemque in delicijs  
inhoneste duceret, conquerente Bassō contumelij eundem insectatus est, postremum or-  
natum Bassum appellans, ob qua cum minses  
appareret ille, duci a licitoribus confessum sus-  
cit. Tumultu inter eos turpiter exorto, cum  
Bassus telis ensibusque impeteretur, exercitus  
rei deformitate perspecta Iulium occidit. Mi-  
lites facti primum p̄nitentia, deinde Casaris  
timor insecurus est. Iure igitur iurando in sonū  
conspirantes, nīsē venia illis aut fides prabere-  
tur, ad mortem & que decertare velle, Bassum  
ad hac ipsa secum compulere. Aliam quoque  
legionem insūcem ducentes strenue pugna-  
bant, & Sextum Murcum tribus legionibus  
a Casare praemissum hanc ignauē repellebant.  
Murco belli socius affuit Minutius Crispus  
ex Bithynia tribus comitatibus legionibus. Hi  
Bassum sex iam freti legionibus obsecsum de-  
tinebant. Cassius obsidione percepta Bassō,  
exercitum ad se confluentem suscepit ulterio.  
Murci ad hac & Minutiū exercitus, militi-  
bus se ex benevolentia dedentibus, & ex Se-  
natus mandato ad omnia obsequenteribus, in-  
sūcem sibi ascinuit. Prīus quippe Albinae à  
Dolabella missis in Aegyptum quatuor le-  
giones ex provinciā deduxerat, qua à Pom-  
pej clade Craſisque superfuerant: eas sub Ca-  
sare olim derelictas Cleopatra detinebat. Cas-  
sum

sive Albinum, eorum qua agitabantur penitus ignarum, in Palestina subito invasit, & exercitum sibi tradere coegit, quatuor legionibus aduersum octo depugnare veritum. Sic Cassius mirum in modum duodecim optimorum legiomum confessim imperator effectus est. Nonnulli quoque ex Parthorum sagittariis in equis pugnare soliti Cassio adhaeserant, fama apud Partbos iam inde increbescens, cum olim Crasso questor astitisset, cumdem imperatore suo longe prudentius decertare solitum. Dolabella post Trebonij necem circa Ionium moram agitabat, tributa quoque à civitatibus exigens, classem per Lycium Egiulum à Rhodijs, Lycijs, Pamphilijs, atque Cilicijs mercede in unum comparabat. Cum in promptu adessent omnia, Syriam aggredi instituit: terrestri quidem insinuere legiones duas idem agitabat: classis vero à Figulo deuencta sequebatur. Cassy deinde copiarum magnitudine percepta, ad Laodiceam Grbgm sibi amicissimum conuertit iter, quam Cherroneo contiguam, & qua telluris inerant tutantem, & ad mare facilem praebentem aditum in primis nouerat. Quo in loco abunde commeatum à mari capere, quoniam libasset classem tutò conuertere licet. Id intelligens Cassius, Veritusque ne ab eius manus Dolabella evaderet (Istomum enim obtinebat

sinebat per duo stadia distantem ) lapides,  
omnemque materiam ex omib[us] suburbis,  
vallisque castrorum in unum conferens na-  
vium causa in Phoeniciam, Lyciam, Rhodum  
que premisit. Spretus itaque ab omnibus pra-  
terquam Sidonij, in Dolabellam classem mo-  
riet. Et naves quidem abunde utrique ad pu-  
gnam aderant, ex quibus quinque cum ipsis  
hominibus à Dolabella capiuntur. Cassius ad  
eos qui mandata neglexissent, denuo ex suis  
mittit, & ad Cleopatram Aegypti reginam,  
ad Serapionem quoque in Cypro pro Cleopatra  
exercitum ducentem. Tyrij igitur & Ara-  
dij, & Serapion Cleopatra inscia naves o-  
mnes quas habebant, Cassio praemittunt. Re-  
gina famem, pestemque, quibus Aegyptio  
ea tempestate oppressa erat, Cassio dantibus  
obtulit: ob familiaritatem vero primi Cas-  
sii Dolabella favere instituit. Ex hac igitur  
sententia quatuor legiones per Albinū sibi mi-  
xit, alterumque exercitum ad eius opem pa-  
ratum tenuit: venti nanque incubuerant. Rho-  
dij autem, & Lycij, neque Bruto, neque Caf-  
fio civilibus in bellis auxilium afferre velle.  
Dolabella naves ad transitum dedisse, mal-  
lam tamen cum illo belli societatem missi fa-  
tebantur. Cassius ex his qua in praesenti ade-  
rant, pro tempore se se instruens, bis in Do-  
labellam copias monit. Ac priorem inter fe-  
aci

acri odio insere pralatum. subinde in re uanali  
inferior Dolabella apparuit. Cassius elato ag-  
gere murum Sorbis adeò concussis, ut ruinam  
minaretur. Custodem autem noctis Marfus  
nomine cum nullo pretio corrumpere licet,  
tumularum duces diurna custodia prefecos,  
ut sibi obsequerentur, induxit. Quiescente  
igitur per diem Marso referatis portis Cas-  
sius per partes magna multitudine ingressus  
est. Capta Sorbe Dolabella custode corporis ca-  
put obtulit, monitique ut abscissum Cassio  
afferret, quo proprium serparet. Ille capite de-  
fecto scipium interemit. Pari modo Marfus  
hostis se primauit. Cassius Dolabella exercitum  
ad se transfluit, Laodicensium sacra publica-  
que omnia preda exposuit. Cuius primores  
supplicio affecit, reliquos gravioribus tribu-  
sis subesse voluit, Sorbemque ad extremam tan-  
dem cladem impulit. Post Laodicea capti-  
vitatem Cassios in Aegyptum copias mosuit,  
Cleopatram magnis copiis ad Cesarem An-  
toniumque transfere audiens, ratu navigatio-  
mem illi prohibere, animaque eius erga se  
periter dilecti posse. Nam Aegyptum eo tem-  
pore fame in primis confectam audiebat, nec  
exterorum exercitum copiosum admodum  
Albini milibus à principio emissis conti-  
nere. Verum illam spe & impetu gestarum  
verum exultantem, Brutus summa celeritate  
ad

ad se redire monuit, cum iam Casar & An-  
tonius Ionium classē transire diccerentur. Tan-  
ta igitur spe deiectus Cassius, haud sponte in  
Aegyptum transire destitit. Partborum sta-  
que sagittarios pramijs affectos à se dimisit.  
Oratores etiam ad regem eorum delegaverit,  
qui illum ad societatem maiorem incundam  
Veletiam post opus invictarent. Syriam porro  
ac plerisque finistimas nationes ad Ionium &  
que percurrit, indeque exercitum retro mo-  
vens, fratri filium in Syria cum legione una  
dereliquit. Ipse equites in Cappadociam pra-  
missit, qui Ariobarz anem nihil tale metu-  
tem, quasi insidias olim sibi praefruxisset, op-  
pressere, pecuniāq; eius plurimam, omnem-  
que alium apparatum ad eum adduxere. Ta-  
sensibus preterea inter se dissidentibus, cum  
aliij Cassium prius venientem, aliij Dolabel-  
lam post illum accedētem corona donassent  
( Et rique enim per quasdam orbis signifi-  
cationem id effecerant ) contendentibusque ad-  
inceps veluti in mutatione maxima cala-  
mitas utrosque inuaserat. Cassius igitur de-  
nudlo Dolabella mille & quingentorum ta-  
lentorum tributum exoluere illos iusset. Ad  
quod persoluendum cum impotentes essent, af-  
fiducique à milibus ad illos venientibus fie-  
de cogerentur omnia publica venundare, sa-  
eta quoque publicis adiungere coacti sunt,  
quac

quecumq; ad pompas aut insignia seruabantur, coincidentes. Quibus nec sic sufficientibus ad ferenda onera, magistratus qualibet apud eos fuere, venis subsecerant. Primi igitur pueri, innuptaq; puella, mulieres deside, tum senes etate misericordi parvo pretio ab alienabantur, postremo adolescentiis, ex quibus plerique scipios confecere, donec rebus in hunc modum collabentibus Cassius è Syria rediens misertus est, tributo quoque residuum absolvit. Tarfas igitur & Laodicea calamitatibus his oppressa sunt. Cassius incerea & Brutus adennicem consilia ineunt. Bruto exercitum eo ex loco mutare visum, & in Macedoniam ad longe maius opus se transferre: Hispanus quadraginta in bello adesse legiones, & earum octo cum Ceditio & Norbano iam Ioniun pertransisse aiebat. Cassius contraria hostes haec multis faciendo existimabat. ex inopia quippe scipios facile oppressuros ob multitudinem. Rhodios, Lycos que aggrediendos esse, sotpote illis benemolos, & classem continentis, ne inter agendum eos à tergo inuaderent. Cum inter virtusque conuenisset, diuisere copias. Brutus aduersus Lycos, Cassius ad Rhodios prefectus est. In ea quippe insula eruditus Gracis litteris, atque innutritus fuerat. Sed ubi cum fortissimis viris nautis praelio esset certans, proprias naues apparare

ff stud

studuit, complevitque, & in Guido exercuit. Rhodiorum quicunque prudentiores aderant, cum Romanis ad arma venire formidabant. Populus vero quammaxime exultabat. & qui vetera etiam opera ad dissimiles illis viros mente repetebant. Naves autem eorum vel pricipuas tres ac triginta in Euanum conduxere, alias quoque ad Gnidum emisere quia Cassium simul admonerent ne Rhodios contemneret, quorum ciuitas contemptores suos continue vixerat esse: neque fiedera insuper, qua Rhodium cum Romanis inoissent, ne arma inuisitatem inferrent. Si quid de societate belli quereretur, Velle id à Romanorum Senatu discessere: quo iubente, ad societatem confestim venturos esse. hac vel principue Rhodium asserebantur. Ille bello pro verbis decertare opus esse inquisit. Fædera. ne arma ad iniuriam inferrent, prohibere, verum Rhodios Dolabella conspirantes Cassio insurrexisse. Iubere nunc ut operi mutuo afferrent Cassio indigenti: Eos ironia vti. & ad Romanorum Senatum Velle mittere fugitivum & errantem ob tyrannos in urbe commorantes, qui & ipsi penas confessim penderent, & Rhodium sna cum illis quos in primis generantur, nisi subito imperata facerent, hec à Cassio illis redditæ: quæ audientes qui senioribus consilijs adhæserant, maiori adhuc trepidatione tenebantur.

Mile

Multitudo verò inconsulto quodam impetus Alexandrum efflagitabat, & Manassem, quoniam Mithridates pluribus nauibus ad eos contendisset, & Demetrius olim ante Mithridatem. His igitur Alexandrum ob hec in Pristanem sibi ascinerant: est autem bac quam maxime imperatoria dignitas: & Manassem classis ducem instituerant. Emisere tamen denuo ad Cassium legationis causa Archelaum quandam preceptorem olim Gracarum literarum ea in insula, Et cum deprecatur iucundum hominem, & Cassio longe pinguorem. Is dextra eius apprehensa, Et notum precabatur his verbis. Ne Gracam conturbes fratribus Graecorum amice vir: ne Rhodium, libertatis vir amator: nec Doricam spernas dignitatem, nunquam ex quo nati sumus immunitam: nec optima obliuiscaris historie, quam Roma Rhodijs didicisti. Rhodi quidem quacunque Rhodi erga fratribus regesq; albos, & eos maxime qui inexpugnabiles arbitrabantur esse, Demetrium ac Mithridatem, pro libertate peregere, pro qua te laborare asserris. Roma verò quacunque fratribus & in alios & contra Antiochum magnum egimus, quorum apud nos columnæ à fratribus inscriptæ adhuc extant monumenta gestarum rerum. Et hac quidem ob genus dignitatemque nostrorum, & felicitatis in hanc s-

ff 2 que

que diem, libera' que societatis Ego electionis  
in eos o Romani dicta sint. Tibi autem o Casso  
singularis quadam ineft Verecundia in hanc  
urbem, Ego in nutricem tuam, erudstricemque,  
ac medicinalem, Ego larem proprium quem in-  
coluisti, Ego praeceptorum vobis locum, Ego in  
me quite ad alia contumeliam afferre credo-  
di, Ego pro patria bellum gerere, ne tecum ar-  
mis cogatur decertare, qui in ea enutritas  
eruditusque fuisti: ne've ex duobus alterum  
ex necessitate cueniat, aut Rhodios omnes  
bello occumbere, aut Cassium ab illis pugna  
superari. Consulo etenim ultra quod obsecra-  
tus sum, Ego tante pro Republica operi assi-  
stenti deos propitios adesse cupio. Vos autem  
sureirando deos inuocastis cum nuper per  
Casum Cesarem nobiscum conuenistis: fide-  
ra quoque sacris addidistis, ac dextras iniui-  
cem complexi estis: qua assidue in hostes exe-  
rendasunt, non autem in amicos Ego alto-  
res. Parce non dijs modo, sed gloria qua ad  
mortales pertinet, cum nulla federum viola-  
tio immanior habenda sit, quamqua delin-  
quentes ad omnia infidos reddist amicis, ini-  
micisque. Hac eloquutus senior, Cassij dex-  
tram haudquamquam demittebat, verum lacry-  
mis rigabat amplius, sic vt Cassius ab aspectu  
eius erubesceret, Ego passionem ex rubore pa-  
lamederet, sive vt hac potuerit loqui. Siquis  
deum

dem Rhodijs minime consulnisti ne mihi iniuriam inferrent, iniuria me affectisti. Si vero eos edocens monens que nequam suasti, opem tibi affero. Aperte quippe iniuria affectus sum. primum, quod auxilium bellis expertens ab his qui me erudierunt, Ego enutriunt, despicio, ac contemnor. Deinde quod Dolabellam, quem neque erudiere neque enutriere, mihi antetulerunt: Ego, quod intolerabilis est, non mihi modo, sed Bruto, virisq; optimis quoque cernit, ex senatorio ordine tyrannidem effugisse. Ego pro libertate patria pugnantes. Et vos o Rhodij libertatis amatores, Dolabellam patriam in servitutem afferentem, nobis anteponitis: quibus autem beneulos esse oportuit, negligitis, ciuisibus vos bellis neutram immiscere simulant. Est profecto inter ciues concertatio, quam nos potestatem populi affectamus esse. Bellum quod nunc geritur, apertum est, Respublica aduersum monarchiam contendens: Ego vos Respublica fuentes derelinquitis, deprecantes que pro suis legibus, amicitiam que Romanorum preferentes, morte, publicatione bonorum, sine iudicio proscriptos, nulla misericordia amplexamini, sed Senatum hanc damnam patientem, Ego opem sibi afferre neque untem consulere velle simulatis. Iam enim vobis clare innotuit ex his quae a Senatu def  
 ff 3 creta

creta sunt, omnes quis orientis plagas incolunt,  
 mihi ac Bruto auxilium impendere oportere.  
 At vero nobis finitima acquirentibus, quid  
 auxiliū impenderitis ob beneficentiam, ac mer-  
 cedem eorum qua à nobis suscepistis, tuispe co-  
 gita: quoniam nobis libertatis ac salutis  
 cura inest, vos autem iniuria affectis nul-  
 lam affertis opem, quos aquum erat et si non  
 nobis ad inuicem certantibus adesse, attamen  
 imperium sibi vendicantes pro Romanorum  
 Republica utilitatēque repellere, cum Dorici  
 sitis. Caterum vos rationes & opera hanc  
 multifacientes, solum fædera qua vobiscum  
 egimus, nobis anteponitis, & quam cum Caio  
 Cesare monarchie principe pariter insusimus.  
 sed hec quidem Romanos Rhodiōsque in eu-  
 rum necessitatibus inuscem sibi auxilia affer-  
 re admonent. Assistite igitur nobis in maxi-  
 mis Romanorum casibus atque periculis. Cas-  
 sis est qui fædera vobis anteponit, qui vos  
 ad bellū societatem inuocat, Romanus vir,  
 & Romanorum prator, ut Senatus decretum  
 indicat, in quo omnes qui ultra Ionium ma-  
 re incolunt, ditioni nostra subesse voluit. Hac  
 eadem & Brutus vobis anteponit, & Pompeius  
 mare ad Senatus imperium convertens.  
 Ad hac preces addimus, deprecanturque  
 quicunque è Senatu nuper expulsi atque fu-  
 gientes partim ad me Brutumque Generant,  
 partim

partim ad Pompeium delati sunt. Est enim ex fidere sanctum, ut prædicti, Romanos & Rhodios sibi mutuo auxilia impendere debere, & si ad eum duntaxat necessè sit. Si Verones neque prætores, neque Romanos adhuc, verum fugitivos & exterros, aut damnatos, ut qui nos proscripti profitentur, existimatis, non ad nos amplius hæc fædera, sed ad Romanos & Rhodios vobis extant. Nos igitur exteri, & alieni, & fæderum expertes, bellum vobis iniemus, si non ad omnia nobis parueritis. Hac Cassius altius edisserens, Archelaum à se dimisit. Alexander Vero & Manasses Rhodiorum duces tribus supra triginta comitati nauibus Gnidum versus in Cassium mouent, quasi illum subita nauigatione territuri, et si parum spei sibi vendicarent, quod in Mithridatem ad Gnidum deducentes belli exitu feliciter egissent. Remis quippe ad ostentationem vsi, prima die in Gnidio deduxere moram, postridie Vero in Cassianos exeruere classem: quod admirati illi, ad eos conuertuntur: eratque ab Etrisque parte virtutis ac potentie insigne opus. Rhodij leuibus ratibus subito ad hostes accurrebant, recurrebantque, conversionibusque stebantur. Romans grauioribus freti nauibus, cum se illis miscuissent, magno impetu easdem perurgebant, quasi

ff 4 pedesi

pedestri pugna decertantes. Cassio deinde  
 multitudine navium hostiles obidente, Rhodij non selerius ad nauigare. Et renauigare  
 facile poterant, sed cum a fronte solum impetu  
 ferrentur, reuerterenturque, experientia  
 omnis angustia loci inclusa deperibat, nam  
 impetus ab acutis earum proris ad grauiores  
 Romanorum naues infirmas reddebat, Ro-  
 manis ex leuisibus stabiles quadam affuere,  
 donec tres Rhodi cum ipsis hominibus inter-  
 cepta sunt, duae collise, ac vinculus insecta,  
 alia semifracta Rhodium versus fugacem conden-  
 dere. ∴ Romanorum omnes Gnidum redi-  
 runt. Ex his plures pugna laceratas restitu-  
 re denuo. Et hic quidem naualis bellis inter  
 Rhodios Romanosque in Gnidio finis: quod  
 Cassius cum ageretur, è monte contempla-  
 tus est. Reparata classe ad Loryma emana-  
 gatis Rhodiorum in Perea oppidum: pedita-  
 tumque omnem sub Fanio. Et Lentulo ma-  
 ioribus naubus Rhodium premittit. ipse octo-  
 ginta stipates naubus horribili apparatu cur-  
 sum dirigit, Et ad Rhodium peditatu clas-  
 seque deposita tacitus perficit, quasi bofis  
 suis scipios dedituris. At illi alacres ad pu-  
 gnam conuertuntur, duabusque amissis na-  
 ubus se subito occidunt, demumque ad me-  
 nisa delato, sonuera coopernere armis. Et  
 eos qui cum Fanio in littore constiterant, con-  
 tinue

essent infestantes, Cassio vicissim depugnabat, qui naves ad murorum pugnam impetratas, ad mania mari proxima ducebat. Quod animaduertens Cassas, turres fabricatas adducebat, quas subito erigi mandauit. sic Rhodus duobus exercitibus obsecissa, ab mari per iter terraque excludebatur. Ciubus autem tanquam subito Ego inopinato opere nihil molestesbas, bant dubium erat cipitatem ipsam. Sed si vel fame ad hostium manus confessim perirenturam. Qua prudentiores eorum intelligentes nonnunquam cum Fatio Lentulique loquebantur. His ita se habentibus, Cassius permine aduertente, media in orbis, cum electio re exercitu conspectus est. Si nulla, aut scalaram opera quovis modo pasciente ad ingressum. Credidere plurimi, ac visum est id fatorum ope reseratis portis contigisse pietate orbis, ne fame deperiret. Sic Rhodus capitulatur. Ego Cassius statim pro tribunali visus est hasta apposita veluti orbis per sim capta. Quietem caput militisbas imposuit praconis voce, Ego bis qui vel si vel prada defauissent, morte est contaminatus, Rhodiorum ad quinquaginta non minatim ipse acciri imperat, quos ad se deducetis morte multauit, reliquos ad quinque super viginti non inuenitos fuga condemnauit. Res omnes, qaurum Ego argentum in sacris publicisq; coactum sibi ascinit. Inquit Ego prima-

ff s 108

tos quacunq; possiderent, ad prescriptam diem  
in medium afferre. Occulentibus autem, mor-  
tem, indicantibus decimam, seruis libertatem  
praconis voce nuntiauit. Multi itaque à prin-  
cipio cum mandatum non in finem mansurum  
credidissent, occulere sua: sed cum pramia in-  
dicantibus dari conspexissent, ob timorem de-  
latione habita, prosidere omnia. Nonnulli  
itaque è terra effodientes, alijs è pueris bala-  
rientes, quidam è sepulcris longe primis plu-  
ra protulerunt. Huiusmodi igitur Rhodoco-  
rum fuere clades: ad quodrum curā Lucius Va-  
rus derelictus est. Cassino ob captionis celeri-  
tatem, nec minus pecuniarum malititudine  
latatus, cateris Asia nationibus decem an-  
norum tributa imposuit, eaque confessim infi-  
sit afferre: quod ab illis serio perfectum est.  
Interea nuntiatur Cleopatram magnas cum  
copijs, ingentiq; apparatu & classe per mo-  
re ad Cesarem & Antonium ire statuisse.  
Eorum nempe partes ob primum Cesarem  
cunctis anteponens, amplius ob Casij timorem  
properabat. Murcum itaque precipua armata-  
torum legione sociatum, sagittarijs nonnullis  
additis, sexaginta cataphractis nautis in  
Peloponnesum ire iubet, & circa Taurum  
moram agere, indeque ex Peloponneso vni-  
versa percurrentem pradam antecapere. Qua-  
verò in Lycios gesta sunt à Bruto s. parva  
quidem

quidem, sed que à principio licet reminisci, huiusmodi fuere. Cum exercitum ab Apuleso quem ipse & prediximus habebat, ac pecuniarum sex supra decem milia talenta que cunque ex tribus Asia in unum cumularat accepisset, in Baetiam transmisit. Decreto deinde à Senatu habito, & pecunijs his ad presentia & teretur, Macedonia que praesisset, Illyrium quoque ultra Macedoniam teneret, ab exercitu qui in Illyrio fuerat, legiones tres sibi vendicauit, Vatinio qui tunc Illyrio praeerat, eas exhibente. In Macedonia quoque unam ab Caio Antonij fratre recepit. Quatuor itaque ad has aggregans, octo legionum imperator tandem effectus est: quarum maior pars sub Cesare meruerat. Habet ergo equitum muleitudinem, leuis armatura insuper ergo sagittariorum Macedonumque, quos Italum in morem adornauit. Exercitum nempe ac pecunias in unum colligentes felicitas huiusmodi ex Thracia obtigit. Polemocratia reguli cuiusdam virorum, viro ab hostibus eius interfecto, pro filio adhuc infante verita ad Brutum cum eo accessit, ergo viri thesauros cum filio in potestate eius tradidit. Ille infantem Cyzicenam alendum misit, donec ad parentis regnum transferretur. In thesauris autem infinitam vim auri argentique reperit, quam ad nummorum fabricam cudi insit. Cum igitur Cas-

sus

sines ad eum accessisset, si sum quod esset Lyciis ac Xanthiis inferre bellum, Xanthios pra Lyciis aggredi instituit. At hi cognito Brutis adventu, suburbia eorum euertere, ne in ipsis moram duceret, ne' ve lignorum materia fuit posset. Urbem porro fossa sepientes, ab ea depugnabant. Eius profunditas quinquaginta pedum summam antecepsit: latitudo profunditatem ad aquabat, sic fuit ad eam persistentes tellis sagittis quod in hostes sterentur, veluti fluviis quodam impermeabili in medio disiisi. Brutus fossam visuperare contendens, artificium operimenta adiecerat. Exercitum quoque per diem noctemque partiebatur, et materiam a longe veluti in agone voce cursuque transferrebat, nihil laboris solitudinis' ve interponens donec opus iam speratum, quod prohibentibus hostibus minime fieri posse videbatur, aut multis mensibus in longum ducis, paucis diebus absoluit: Xanthiisque intra urbem redactis, obsidere eos pergit, ac nonnullos a machinis, alios impedimentum afferentes ad portas repulit, omnesque continuè immutauit. At illi recentes defessis opponentes, quanquam vulneribus affecti, persistebant, donec propugnacula integra mansere. Cum autem illa corruiissent, turresque disiecta forent, Brutus qua futura erant meditatus, portis assistentes ordines reducere imperat. Quod

Xant

Xanthij negligentia & incuriae effectum arbitrii, nocte facibus accensis ad machinas occurserunt. Verum statim ex occurrence obviantibus Romanis, ad portas repelluntur, & custodibus eas occidentibus veritis ne hostes cum illis miscerentur, cades ingens Xanthiorum qui exclusi fuerant, ad portas eduntur. Non multo post & reliqui qui circa meridem egressi sunt, ordinibus quoque denuo cedentibus, machinas omnes uno impetu incendunt: quibus reseratis portis ob priorum cladem ad duo millia ex Romanis simul immiscuntur: alii ob ingressum impellantibus, porta ipsa statim delabuntur, siue Xanthij eas demissibus, siue machinis fortuito delapsis, adeo ut grassantibus Romanis quidam interirent: nonnulli intra urbem, cum portas velerint referare nequissent disiectis retinaculis, manarent. Quis per angusitum angustias delatis, a Xanthijs qui superius imminebant, si ad aliis ad forum finitimum effugiant. eo in loco sagittis impeditis acriter, cum iudicem arcubus tellisque careret, ad Sarpidonium, ne omnis ex parte clauderentur, subito procurrunt. Romani qui ab extra steterant, pro his qui interius erant, conturbati, ac ferentes, Bruto eos circuncurrente ad omnem se obtulere experientiam. Sed cum portas ferro constipatas impellere negarent, neque scalis aut turribus igne absumptis

fale

Valerius Et si, quidam scalas ex tempore habendas dictabant: alijs lignorum apices muris appellentes, veluti per scalas ascendebant. Nonnulli funib[us] clavos annectentes superim ad murum iaciebant: cumque aliquis affixus contineret, per funes nitebantur. Inanes Xanthijs finitimi ob innatam cum illis immicitiā Bruto adhaerentes, ex praruptis arduisque locis lapides ad ima denollebant Quos intuentes Romani ob laetitudinem imitabantur, multiq[ue] ex illis saudq[ue] interibant. Fuere qui murum transgredientes portam reserarent, qua densissimis lignis, & in transuersum positis obsepta fuerat. His ceteros audaciores erigentes supra ligna fricissim assumebant. Tandem plures numero effecti, portam cadere aggreduntur, & interius minime munitam ferro, quidam ab extra, alijs intro nitentibus effrigunt. Xanthijs magno clamore in Romanos qui ad Sarpidonium configerant ruitibus. Veriti pro illis Romani quis ad portas depugnabant, interius exteriusq[ue] summa vi disiiciebant. Et veluti insanis quidam duelli eas reserant, turmatimq[ue] ingrediuntur paulo ante solis occasum, magna voce conclamantes, ut ijs qui interius steterant, aduentantium signum darent. Capti verbe, Xanthij ad domos proprias accurvunt: chariores suos rugulos vultro exhibentes necant. Vlulatu in immensum orto,

Bru

Brutus pradam fieri arbitratuſ, per praconem  
 militeſ renocari imperat: Cum vero quod actu  
 erat cognovisſet, animuſ eorum miseraſ ſe li  
 bertateſ deditum, inducias per manuioſ emittit.  
 Illi repulſiſ qui detulerant, ſiniuſiſ ſuorum  
 interempiſ, adhibito ad pyraſ igne, quas pro  
 pria in aomo vniuſquiq; preparauerat, ſeipſoſ  
 in ſuper iugulari teſtineſ flaminis. Brutus  
 ſacra omnia illaſa preſeruare ſtuduit: ſolos  
 Xanthiorum ſeruos cepit. Viroruſ in ſuper  
 mulieruſ queſdam liberae, eisque degeneres  
 ad cenſam ferè 53 quinquaginta numerum  
 inueniuit. Sic Xanthij libertatiſ cauſa ter a  
 ſeipſiſ conſumpti ſunt. Obſeffi nempe ab Arpa  
 lo Medo, Cyri magni prafecto, ne ſeruutuſ ſe  
 ſubijcerent ſibi volero intubere necem, et Xan  
 thiorum forbs ab Arpalō neglecta, ſepulcrum  
 illis praſtitit. Similem ab Alexandro Phi  
 lippi filio cladem pertulere, cum tam ingen  
 tuum terrarum dominum pati reuiffente. Brus  
 tus ab Xanthij ad Pataraas deſcendit, ſeruena  
 Xanthiorum naualibes ad ſimilem exercituq;  
 appofito ſt mandatis eius obſequerentur, na  
 Xanthiorum fortem perferre mallent, cines  
 monuit. Accessere ad eos Xanthij proprias  
 erumnaſ deplorant, ſuadeteſq; ſt in melius  
 conſulerent rebus ſuis. Pataraas nihil ad Xan  
 thios respondentibus, reliquum lucis ad conſul  
 tandum illis prabitum. Brutus exercitum inde  
 ſuſtm

sustulit. Orta luce iterum copias verbi admisit. Ciues & mænibus magno clamore ad omnia se paratos obtulerunt, portasque apernuere. Brutus ingressus neminem occidit, aut verbe expaluit: aurum solum & argentum quatenusque in verbe coactum reperit, in sonum congregatus, priuatos etiam quod haberent afferre monuit, his pennis & premis appositis, que Rhodijs & Casio insuncte fuerant. itaque id omne collatum est. Seruum herum suum quod aurum cœlauisset accusauit, & præmisso Tribuno aurum illi ostendit. Adductis ad Brutum omnesbus, herus tacitus perstet. Mater & filium seruaret clamans sequebatur, se aurum celasse dicitans. Seruus à nemine rogatus ut mentitionem arguebat, & filium oculuisse instantiū aiebat. Eapropter indignatus Brutus, inuenit ex silentio, matrem ex passione miseratus illasos dimisit, aurum quod attulerant secundū deferentes. Seruum vero ultra præceptum beris insultantem, cruce suspendit. Lentulus ea tempestate Adriaticum præmissus (est autem id Smyrnæorum nauale inclytum) portu catenas effregit. Urbem præterea ingressum, Smyrnæis mandata suscipientibus, pecunias assumptis ad Brutum rediit. Lyciorum interim legati ad Brutum venere, bellis societatem & quacunq; conferre possent pollicentes. Tribus igitur Lycijs appositis, Xanthiorum liberos

cavas

corum orbis attribuit. naues Lycrium cum re-  
liqua classe Abydum enauigare insit. nam eis  
ipse pedistatum omnem eum in locum deduce-  
bat. Cassum ex Ionia venturum moratus.  
Et ambo ad Sextum transfretarent. Interim  
Murco in Peloponnesum classe delatus se  
Cleopatram nauigantem obseruaret, cum illam  
circa Libyam se tēpestatis expulsam, classem  
amississe nouit, nauisumque naufragia in Lace-  
demoniam usque delata constexit: Reginam  
valetudine correptam vix ad propriar edire po-  
tuisse: ne frustra tanto exercitu eo in loco mo-  
ram diceret, Brundusium versus classem mo-  
nuit. Eius in insulam portui finitimam delatus, re-  
leguum hostilis exercitus, aut commeatum in  
Macedoniam deferris prohibebat. Hunc Anto-  
nius longis nauibus quas habebat, haud fere  
multis, turribusque ratis adnectis oppugna-  
bat, cum exercitum per partes magnis nauibus  
emittens, ventum è terra, ne à Murco interci-  
perentur, vehementiorem expectaret. Assiduo  
itraq; labore fatigatus, Cesarem qui circa Sici-  
am maritima classe cum Sexto depugnabat,  
in auxilium vocauit. sic enim series earum re-  
rum sese habuit. Pompeius quis Sextus disceba-  
tur, magni Pompeij filiorum etate iunior, cum  
primum à Caio Cesare in Iberia neglectus per  
stisset, quasi nihil magnum ob adolescentiam  
in experientiamq; factorus, ad oceanum dela-

eius cum paucis piraticam exercens intercep-  
 tus est, nemine illum sibi Pompeium dignoscen-  
 te. Procedente mox tempore pluribus ad eum  
 accedentibus ingentem comparauit manum  
 sequi Pompeium profissus est: ac confessim  
 quicunque sub patre eius aut fratre militan-  
 tes victi cesserant, ad illum veluti proprium  
 ducem confluerunt. Arabio quoque ex Li-  
 bya, paternis foliatus bonis, et a nobis pre-  
 scriptum est, ad eum venit. ita maiores  
 copys adiunctus, operapiraticus longe clariora  
 adorsus est. Nam Pompej nomine per Ibe-  
 riā omnem populis maxime florentem, lon-  
 ge latèque vulgato, praesides sub Caesaris impe-  
 rio eam continentis ad manus cum eo venire  
 formidabant. Quibus intellectis Caesar Carrin-  
 nam amplioribus cum copijs in Iberiam misit,  
 qui Pompeium debellaret. At is lenior admo-  
 dum in conspectum eius statim venit, et sub-  
 inde aduolans Carrinam affixit. Urbes etiam  
 plerasque cum parvas, tum magnas ditioni  
 sue subdidit. Ea ex caissa Cassis Caesar As-  
 nium Pollio nem sibi Pompej reprimeret insul-  
 tus, successorem Carrine dedidit, qui forte  
 cum illo tum bellum agitabat cum idem Caesar  
 extictus est: et Senatus Pompeum ultra  
 reuocauit. Verum ille in Massiliam delatus,  
 qua Roma furent intentus expectabat. Ele-  
 ctus subinde maris imperator, et parens eius  
 ante

ante fuerat, ne tiquam ad urbem redire co-  
luit: natus autem omnes que in porta affer-  
mabantur assumens, adiunctis ijs quas prius  
posidebat, ex Iberia mouit. Secuta demum  
triumvirorum dominatione, in Siciliam ena-  
uigauit, & Bithynicum pretorem insulam  
eam sibi dare renuerent, arctius obfedit, do-  
nec ex proscriptione damnati, & e Roma fu-  
gientes Hircius & Fanius, eam insulam Pompeio  
dari suaserunt. In hunc modum igitur  
Pompeius Siciliam sibi vendicauit: qui nauis-  
bus abundans, & insulam Italia nactus ad-  
iacentem, exercitum porro ingentem obtinens,  
qualem prius nunquam habuisset, ex ijs qui  
a Roma fugerant, liberis, seruisque co-  
etiam, & quem Italia Sorbes que victoribus  
ad bellum premia ad dicta fuerant, ad illum pra-  
mittebant, ad summum potentia peruenit.  
Hi etenim triumvirorum dominatum ac vi-  
ctoriam detestabantur animo, & quacun-  
que adversus eos licuisset. clanculum molse-  
bantur. Nam ex urbibus eorum fugientes,  
quaesivit non ultra in patria mansuri, ad Pompeium  
properabant Itale propinquum, & pra-  
ceteris ea tempestate Romanis acceptissimum.  
Accedebant & ad eum viri nautici ex Le-  
bya et Iberia maritimis in rebus expertissimi,  
sic ut ducibus, nauibus, pedestribusq; copys, nec  
non pecunij abundaret Pompeius. Quain-

telligens Casar. Salvidenum magna classe  
in Siciliam misit, facilissimum opere existi-  
mans, Pompeium mari prohibere. ipse ex Ita-  
lia et Salvideno auxiliaretur, ad Reginum  
peruenit: Pompeius Salvideno ingenii classe  
proprios accessit. Naues deinde pratio ad ma-  
ris funes circa insulam exorto, Pompeij na-  
ues cum leuitate, tum nautarum celeritate.  
Ex experientia anteibant: Romanorum Gerò  
magnitudine Ex gravitate laborabant. Cum  
autem fluctus iuxta Pontum moneri solitus  
vehementius insurgeret, Ex mare ab utraque  
parte ob fluxum scinderetur, Pompeij naves  
ob undarum assuetudinem minas trepida-  
bant. Qua vero à Salvideno ducebantur, neque  
constanter permanentes ob insuetudinem, ne-  
que remos faciliter conuertere potentes, ne-  
que gubernaculis ad manus aptis amitten-  
tes, turbabantur. His ex causis Salvidenes  
sole in vesperam vergente, naues proprias re-  
uocare in primis cogituri. Pompeius quoque ex  
pugna se dissoluit, pari numero ab utraque  
parte confractis naibus: reliquias ex lab-  
re fluctuantes semilacerasque Salvidenes re-  
parare studiuit, cum ad portum qui Baleari-  
co mari imminet, suos reduxisset. Interea su-  
peruensens Casar, Reginis Ex Hippomenis  
bus magnasse ab victorium premijs absolue-  
re velle pollicitus est. nam mari imminentes

in primis verebatur, deinde vocante ipsum  
Antonio celerrime ad eum Brundusium ac-  
cessit, cum in sinistra Pompeius Siciliam ha-  
beret, cuius bellum decreuerat inferre. Murcus  
accedente Cæsare, ne in medio eius Antonijq;  
clanderetur, paululum à Brundusio secessit,  
maiores naues in transitu obseruans, qua exer-  
citum à Brundusio in Macedoniam defer-  
rent: hæ etenim sub triremum cura mitte-  
bantur. Vento deinde plurimo ad votum in-  
cumbente, deposito timore arripiere cursum,  
nulla solerius custoda indigētes: quamobrem  
conturbatus Murcus denuo redeūtes inanesq;  
opperiebatur. Verum ille tum quidem ac postea  
reliquum tollentes exercitus, rotundis velis, ple-  
nisq; ferebantur, quoad sibi universa copia, Cæsar-  
que & Antonius sibi transiere. Murcus igi-  
tur à damno quodam ladi se arbitratus, a-  
lias ex Italia profecturas, qua apparatus com-  
meatum se deferrent, intentus expectabat, ve-  
lut superuenientem exercitum quoad fas esset  
conturbaret. Domities quoque Aenobarbus  
ex his qui sub Cassio militiam agebant, ad  
eum venit, tanquam ad utilissimum delatus  
opus, alijs quinquaginta stipatus nauibus, le-  
gionem alteram, & sagittarios simul agens,  
ratusque ijs copijs quas Cæsar deducebat, nul-  
lam aliunde commeatum afferri posse, omnem  
ex Italia delatum intercludere parabat. In

hanc modum nauibus longis centum, & trigesinta plurimisq; actuarijs exercitu ingenti ad manigantes, maria infestabant. Interea Cedictus & Norbanus, quos à Cesare & Antonio octo cum legionibus in Macedoniam pramissos fuisse diximus, ex Macedonia ad Thracia montes properantes per mille & quingenta stadia precesserant, donec urbem Philippopos prae- gressi, angusta Torpidorum, ac Sapeorum, quae ad Rascopolis regnum pertinet, interceperant. qua Sonica ex Asia in Europam transi- tibus notissimum praestant iter, & Cassianis ex Abydo ad Cestum transmittentibus impe- dimentum afferebant. Rascopolis quidem, & Rascus, Thracij reges fratres extitere, Sonicarum principes. Verum bi de belli societate in- ter se dissidebant. Nā Rascus Antonij, Rascopolis Cassij partes sequebatur, & eorum quisq; ter mille equites secum agens, egregie pugna- bat. Scrutantibus itaq; de itinere progres- bas, qui circa Cassum fuerant, Rascopolis in hunc modum retulit. Iter quod per Henum & Marioniam deferret, breue & consuetum esse, turbisq; refertum, ac per illud ad Sapeorum angusta perueniri posse. Hostibus vero ea tuta detinentibus, nullum ad eam patere aditum. Circaitum in triplo longiorem, difficilermq; super- esse, hostes nequitam in occursum venturos commicatus inopia, sed in Thraciam Mace- doniam

dona loco profecturos esse. Quibus persuasi, per Henum & Maroniam arripnere iter, per quod in Lysimachiam, & Cardiam, que Thracij Cherrounesi Isthmum vult ianue bina suscipiunt, patescit aditus: sequenti die ad nigrum finum peruenere. Ibi copias suas recensentes, armatorum nonē supra decem legiones secum militare intellegunt: Bruto octo, Cas sy nouem, reliquas minime integras, sed duas adimplerent, ita ut octoginta milia hominum adesse censerentur. Equitum numerosa sotrique par: Bruto Celtarum & Lusitanorum equitum quatuor milia aderant: Thracum & rō, Illyriorum, Parthenorum, ac Theffalorum duo milia. Cassum Iberorum & Celtarum equitum duo milia comitabantur: Sagittariorum equitum, Arabum, Medoriumque, ac Parthorum quatuor milia: Belli socij s̄nā sequebantur Galatarum tetrarcha: qui Asiam incolunt, pedestatum alium plurimum agentes, equitum circiter quinque milia. Tam ingentes copias Bruto & Casso ad nigrum finē recensentes, ad gerendum bellum processerant, reliquis ad necessitates alias distribuiss. Illustrare præterea exercitum solito more, & ad ea que polliciti fuerant quibusdam, promissa dona tribuere, cum pecunia magnitudine confiderent. Disponentes itaque milites hismodi numeribus atque donis, & præsertim

eos qui sub Caio Casare olim militauerant, ne quis ad conspectum aut appellationem monis Casaris quicquam moliretur, insuper eius gratia visum est exercitum affari. Tribunal ingens appositum fuit, in quod Senatores s̄nā cū pratoribus palam concederunt. Romanorum copia cū cateris bellis socijs infra perfiditer, & multitudo straque ex parte se se intuens latuta est, cum potentior quodammodo sibi ipse visa sit. Audacia quoque, & spes maxima accrescit omnibus tot in exercitu intuentibus: que res militibus erga duces fiduciam adauit. Parvunt quippe benivolentiam communes spes, quasi deo aliquo inter multos conspirante. Precones igitur ac tubicines silentium induxere omnibus: quo facto Cassius, nam atque Brutum anteibat, paulum extra ordinem progressus, in hunc modum locutus est. Hoc certamen o commilitones, quod vobis commune in primis adest, ad fidem pariter inducit, & omnia que nos polliciti fuimus, ut exqueremur impulsit: que res maiorem insuper fidem adiicit ut in futurum vobis promissa tribuamus. Spes autem in virtute vestra militantis sita sunt, & in nobis, quos in hoc solio aspiritis tot talesq; ex Senatorio ordine prstantes viros. Adest & magnitudo apparatus non ignota vobis, frumentis, armorum, pecuniarum, naniūm, ad hac sociorum bello auxilia

auxilia ex regibus & nationibus, vt necesse sit  
 eos adhortari ad promptitudinem & concor-  
 diam, quos apparatus & communia belli ope-  
 ra coniungunt. Quibus autem ex rebus ca-  
 lumniā inferant hi tres viri inimici nobis,  
 diligentissime intellectissimi, & ob id prom-  
 ptissime nobiscum induceris arma. Verun-  
 men necessarium videtur in praesenti causam  
 referare, qua potissimum ab ipsis ad bellum  
 provocamus, optimam nobis & iustissimam  
 occasionem afferentem. Nos Casarem in bel-  
 lis vobiscum militantes, & pratoria fungen-  
 tes dignitate, ad imperium cœximus, &  
 amici illi continue astimauit, ita vt non videa-  
 mur ob inimicitiam ullam insidias illi pre-  
 struxisse. In his vero qua ad pacem pertinens,  
 non detestandus nobis amicus visus est, quo-  
 niam & in his honorem ab illo consecuti fu-  
 mos, sed legibus & Republica ornamento  
 ac dignitati, quibus nullus ordo, aut potestas  
 optima, popularis & veterius inerat. Quao-  
 minia a patribus nostris tunc quidem consti-  
 tuta sunt, cum reges expellentes iure iurando  
 confirmarunt, nullos se veterius reges ha-  
 bituros esse. Quorum sacramento inharentes  
 filii, & maledictionem a se ipsis abigentes,  
 mentiquam in civitate virum unum sustinue-  
 re, et si amicus & utilis ipsis esset, qui publi-  
 cas pecunias, qui exercitum, qui magistra-

enim creationes à populo , principates gentium à Senatu ad se transferret . Et se legislatorem pro legibus , dominum pro populo , imperatorem Senatus vice in omnibus profitetur . Ea igitur qua fortasse minus diligenter à vobis intellecta sunt , cum virtutem eius duntaxat in bello cognoveritis , ex vestri sola parte à nobis intelligite . Vos enim populus in gerendis bellis pratoribus vestris et dominis assidue paretis . eandemque conditionem sicissim à nobis in pace exigitis . Consulente etenim in primis Senatu , ne errare illo teneamini . Vos ipsi iudicantes , aut sortes proferentes per turmas , tribus ve , Consules , Tribunos , Pratorésque declaratis , et in his qui creantur , et plurimum iudicium vestrum adhibetis : non nullos punientes , quosdam honore dignos deputantes , quemadmodum in supplicijs aut honoribus dignè vobis praefuere . Hac retributio ne o cives principatum vestrum ad summum felicitatis gradum adauxistis : sic enim dignos extollentes , pares gratias ab illis suscepistis . Hac praterea freti potestate Scipionem consulem olim effecistis , cum in Libya virtutis testimonium illi redderetis , et sumiserter Tribunos per singulos et volueretis annos . Numquaque creauistis . Dissidentibus deinde vobis ultra quod necesse fuit , qua minime mihi referre opus est , sed ex quo Casar tyran-

mid

nisdem assumpsit, non magistratum sibi, non  
 Praetorem, non consulem, non Tribunum sole-  
 rius ex decreto declaratis. Nemini testimo-  
 nium attulisti, non enim retributionem quam  
 exhiberetis habuisti: Et à principaliori  
 exordiar, nemo vobis gratiam debuit, non ma-  
 gistratus, non imperij, non punitionis aut me-  
 ritis, quinimo quod miserrimum omnium de-  
 puto, non ipsis Tribunis vestris contumelia af-  
 fectis opem licuit afferre; Et aliquam vobis  
 perpetuam statueretis dignitatem, sacrâaque  
 Et inviolabilem servaretis: sed alios sacro-  
 sanctum magistratum vestrum contemnen-  
 tes, Et verendam eius vestem in ludibrium  
 auferentes, indemnatos et illatos ex unius  
 mandato abisse conspexistis, quoniam pro vo-  
 bis excandescere visisunt in eos que regem il-  
 lam appellare decrevissent: quam rem vestri  
 causa pergramiter Senatus tulit. Ad vos quip-  
 pe, non ad Senatum tribunitia potestas perti-  
 net, cum nihil de eo viro palam vobis conquerâ-  
 liceret, neque iudicium attrahere ob exer-  
 citum eius magnitudinem atque potentiam:  
 quod cum ad civitatem prius pertinenter, sibi  
 ipsi vendicarat. Eam ob rem reliquum tyran-  
 nidis modum sollicisci cogitans, in corpus eius  
 conseruavit, mentemque illam ob optimis pro-  
 cessisse testamus est, opus vero paucorum ex-  
 tituisse. Quid facto Senatus idem confestim  
 commis-

communem eius voluntatem declaravit. Et aperte quidem, quoniam pramia tyrannicis exhibenda decrevit. Continente vero illum Antonio, conturbationis simulatione praestita, et vobis nequitam dignum arbitrantibus, ob pramia cunctati magis, quam ab patria amorem auxilium afferre, ab illis abstinuitis, ne Cesari iniuriam inferre vide-remini, non autem tyrannidem delere voluisse. Oblisionem igitur omnium habendam Senatus censuit, et apertius insuper necis causam à nullo prosequendam. Non multo post Antonio multitudinem in nos concitans, Senatus administrationem nationum potentissimarum ac principatum nobis tribuit, emique telluri qua ab Ionio ad Syriam pertinet, imperare voluit. Vtrumne sit sceleratos puniens? an sit tyrannicidas insigni purpura fascibusque ac lictoribus adornans? Quo more excusim adolescentem Pompeium, qui nibil in his cooperatus fuerat, Pompej illius magni filium, qui primus pro Repub. armatus, quod paululum circa Iberiam in tyrannidem latens peregrisset, non solum ab exilio renocare studust, verum paternorum bonorum pretium illi ex publicis pecunias reddendum censuit. Marius præterea imperatores statuit, et et ipse magistratus alcui præderet, popularis vir existens. Quod opus ig-  
tur

tur clarissus, aut quod certius signum à Sena-  
tu quaristis? Hac enim omnia ex eius senten-  
tia facta sunt, nisi verbo solum id eobis conser-  
teri quod ē dicit ē facit, ē dicens simul  
in signia doma largietur, cum dicere ē redde-  
re fas illis fuerit. Nunc autem quemadmodum  
cives nostri sese habeant, intelligitis. Nulla  
indicta causa proscribuntur, ē qua illis ad-  
sunt, in publicum feruntur. Ipsi in dormibus,  
angportis, templisque trucidantur, à milites-  
bus, seruis, inimicis longe repulsi, nec per se  
euti locis omnibus, legibus etiam fugientes  
abire permittentibus. In foro præterea, in quo  
nec bovis quidem caput illatum est sanguine,  
sed arma duntaxat ē nausum rostra con-  
ferri solent, nunc consulum, prætorum, tribu-  
merum, adiureum, ē equestris ordinis virorum  
capita abscissa visuntur, ē huismodi faci-  
mora agentibus præmia constituta sunt. Hac  
igitur insurrectio quedam, ē quanta prius  
nunquam violentia erga omnes, capititates  
publice, diversa odia cum mulierum, tum fi-  
liorum, liberorum, seruorumque. Ad tantum  
enim clades, ē ad hanc mutationes conuersa  
civitas. Ex his quidem facinorosis hi tres vi-  
rides adiunt, ipsi ante alias fratres patruos  
mutuè inter se proscribentes. Dicite cum viris  
ab aggressibus barbaris capta est, qua his si-  
milis peracta sunt? Nullis capita abscidere  
Celta

Celte, non defunctos contumelia persecuti sunt: non adhuc bellum gerentibus latere aut fugere prohibuerunt: neque nos Sorbem Vallam quam manu cepimus, hunc in modum pertractamus: neque alijs s<sup>t</sup> id facerent persuasimus, qualia nunc non privata ciuitas, sed aliarum longe illustrior atque prior ab his sustinet, qui Rempublicam constituer<sup>e</sup> velle profitentur. Quid simile Tarquinius fecit? quem ob vi<sup>n</sup>ius mulieris contumeliam ex amore producentem, regem adhuc Sorbe eiecerunt, nec ob vi<sup>n</sup>icum duntaxat facinus, ultraius regnare Romae voluerunt. Et hac agentes o<sup>r</sup> ciues hi tres viri sceleratos nos appellant, & Cesaris necem vlcisci velle predicant, proscribansque qui minimè affuere cum interemptus est. Ex quibus plerique adsunt ex his quos cernit obdunitias, aut nobilitatem, & popularis flatus voluntatem ab ipsis proscriptos esse: e modo quo Pompeius longe in Iberia tunc existens cum hac à nobis confecta sunt, nobiscum reus est, quoniam ipsis pater popularis fruct: eamque ob causam quod à Senatu renocatus, & maris imperator creatus est, hi tres eum proscriptere viri. An mulieres ad Cesaris necem conspirarunt, quas ad tributorum onera proscribunt? Quicd populus, quem ad centum milium numerum sub pennis & indicis omnium censum afferre imperant, & vectigalib

galibus exemptum ad onera compellunt? Quia tamen sic agentes, necdum his qui sub ipsis militant, promissa adimplenere munera. Nos autem à quibus nibil impium patratum est, qua pollicisti eramus, vobis exhibuimus, & parata alia ad retributionem seruamus ampliorem. Sic nobis deus tanquam iusta operantibus prestat auxilium. Ab eo enim que ad homines pertinent, cognoscere debetis ad ciues vestros flectentes oculos, quos plerunque vobis praesidentes affixissis praetores, consules, & ad summum dignitatis elatos gradum laudatos viros, nunc ad eos & ad pios & populi fastores fugientes cernitis, partes vestras extollentes, & omnia vobis prossera exoptantes. Multo quippe iustiora à nobis pramia eos conservantibus promissa sunt, quam ab illis his qui occidissent pollicentur. Nunquid animaduertunt Casum Casarem quod principatum solus sibi vendicaret, nostris manibus interfecit esse? & eos qui id sibi praestitissent, à nobis nullius pretij habendos fore? nec in ipsis, sed populo in medio Rempub. esse posituros, quemadmodum patrijs ex legibus conscriptae est? Cùm nec absimili opinione atque sententia bellum inter vestrosque assumptum sit, sed ob potestatem atque tyrannidem ab illis quam in proscriptionibus palam ostenderunt, à nobis minime quia ob patria dütat libertatem depug

depugnamus, ita ut sub legibus (ut aquam est) priuatim degat. Quemadmodum igitur hic viri, & ante hos immortales dum de rebus nostris iudicent videtis. Maxima semper in bellis aquae iustique fides proponitur. Neque quod sub Casare militaueritis aliquando, in animo vobis sit: non enim illius quoniam modo milites, sed patrie frustis: neque stipendia aut manera vobis prabit Caesaris propria fuere, sed Reipub. sicuti neque in praesenti exercitu iste Cassius est habendus, neque Brutus magis quam Romanorum ciuium. Nos autem vobiscum commilitones Romanorum pratores sumus. Quasi si bellum contra nos agentes intelligerent, liceret omnibus nullo periculo deponere arma. & exercitus omnes scribi condonare, & que utilia illi forent preeligere: qua ut eliant adhortamur, sed ex quo admittere recusat, non etiam per proscriptiones & omnia alia que faciunt admittent. Eamus itaque commilitones certa spe confisi, audacia minime servili pro Senatus libertate populiisque Romanii depugnantes. Acclamantisbus omnibus, Eamus, & statim duci deprecantibus, promptitudine eorum exhilaratus Cassius, iterum per praecomen silentium indixit, & subinde in hunc modum faro caput. Dum omnes iustorum duces priorum profide vobis o commilitones ac promptitudine gratias condignas reddant.

Quia

Quia vero ad prouidentiam imperatorum humana pertinent, quod plura ac meliora quam hostibus nostris nobis adsint, his verbis discite. Legiones armatorum pares numero illis dicimus, plures ad necessaria multis in locis dereliquerimus, equitatu et classe longe superamus, tum sociis bellis, regibus, nationibusque ad Medos usque et Parthos. Ipsi nobis duxerat a fronte imminent: nos illas a tergo quoque pariter instamus. Pompeium nobiscum conspirantem in Siciliis habemus, Murcum in Ionio. Adebat et Norbanus magno exercitu et commeatu duabus scutis legionibus, quem sagittarij assidue classem infestantes persequuntur, quecumque alia maris terraque ab inimicis post nos purarelinquentes. Pecunia nobis suppetunt, quas nonnulli bellorum neruos solent appellare, ipsis vero nulla adsunt: neque pollicita suis militisbus adimplere potuerunt. Non proscriptorum bona ad opinionem eorum successere, nemine ex eorum numero quis boni habentur, proscriptorum pradia inuidie subiecta comparante: neque aliunde quid capiant ultraeius nouere. Italia seditionibus, tributis, proscriptionsibusque vexata. Nobis vero in tanta rerum solitudine et presentia abunde suppetunt, adeo ut alia confitimus vobis traductur simus, et multa super his qua a nationibus a tergo existentibus collatis perue-

b h

hunc

buntur, commeatus itinerisq; seminaria, magnis suffectura exercitibus, quorum illis summa est inopia, nisi si qua ex sola Macedonia montana natione aut ex Thessalia provincia arctissima difficillime suscipiunt, qua terra magno labore illis conuertare opus est. Si quid ex Libya, aut Lucania, aut Apulia afferre cupiunt, omnibus in locis à Pompeio, Mure, Domitioq; intercluduntur: nobis vero per singulos dies, minimo' que labore, non à mari modo, insulæq; omnibus, sed mediterraneis quoque ex locis à Thracia usque ad fluvium Euphratēm copie afferuntur. Et ha nulla prohibente, cum nullas nobis à tergo insister hostes, Et in nobis sit Et bellum accelerare, Et per otium hostes inopia sumul fameq; conterrere. Tot Et tanta vobis adsunt o' commilitones ultra solitudinem humanam preparata. reliqua autem illis à vobis, dijsq; immortaliibus conuenienter accident. Nos omnia que vobis in primis polliciti fuisse, exhibentes, Et filiem vestram munera multitudine dignè compensantes: maius insuper certamen quod ex decorum sententia futurum est ampliore prosequemur gratia, ac nunc quidem his qui ad id promptissime accesserint. Huius igitur concioris causa statim ab ipso Tribunalis milisti mille quingentas Drachmas Itzlas, turma duci quincuplicum, Tribuno amplius ad eundem

eundem tribuerunt modum. Hac effatae, & verbo & opere muneribusq; eos instruens, concionem dimisit. Ipsi persistentes Cassium ac Brutum summis extulere Leudibus, ac pro illis qua aqua forent facturos se obtulerunt. Hi vero munera illis confestim persolverunt, & alia porr? ad occasiones multas illustribus impenderunt, & qui suscepissent, contin? armatos per partes emittebant, nec multo post ipsi insecuri sunt. Binas aquilas ad eos aduolantes in argenteis vexillis confessisse fama est, sc in vicem rostris enguisbusq; lacerantes, vel ut alijs placet, se mutuo obseruantes ac manentes, qua publicis alimonij a pratoribus educate sunt, eaq; die quae pugnam accessit, volentes abiurunt. Per biduum itaque nigrum sinum transentes ad Henum pervenerunt, supraq; illum quacunque alia & que ad Seruum montem maritima omnia sibi vendicarunt. Serio pelagus serfus inclinante, ipsi per mediterranea arripuere iter. Tulum ad loca Cimbrum cum nauis & armato ruma legione una ac sagittarijs quibusdam letitas mari? ad nauigare subet, quod iam pridem in hospitium fuerat, quamquam tellure opima, Thracibus minim? mari Et?ibus, aut ad maritima descendantibus, aliorum Graecorum metu, & Heraclidarum eas pelagi oras detinendimus. Flornere quippe mercatorum com-

mercijs, & agricultura olim ea loca, oblectantibus se in his Thracibus ob montium varietatem, donec Philippus Amynta filius Gracos alios & in primis Heraclidas in bellum mouit ita, ut his temporibus prater facellum unicum nihil pratereritibus intueri datum sit. Hoc itaq; desolatum littus Tullius condequaq; percurrente, ut à Bruto imperatum fuerat, regiones accommodas metiebatur, dimidebatq; exercitibus, nauibusq; per partes aduentabat, ut Norbanus angusta illa Seluci custodia inutilia desereret, quae res ad votum contigit. Norbanus quippe nauium dubitatione permotus, ad Sapeorum angusta tumultuare capit, & Ceditum ex Turpilijs magna trepidatione in auxilium vocauit: cui ille subito affuit. Turpiliorum igitur derelictis angustijs, Brutus agmen procedere imperat. Simulatione deprehensa, Norbanus & Ceditius Sapeorum loca summa vi premuunt, adeo ut milibus Brutii ncutiquam per ea pateret aditus. Desperatio igitur eorum mentibus denuo incidit, ne circuitum quem prius evitassent, à principio cogerentur ingredi, & obessa circumquaque peragrare, deficiente tempore ad id commodo, sic igitur se habentes. Rascopolis his Gerbis allocutus est. Compendiarium adesse iter iuxta spsum Sapeorum motem dicrum trium hominibus quidem in praesenti inuisum

uiam ob rupium asperitatem, & in aquosa loca siluis referta vndeque. Ceterum si aquam deferre velint, & per semitas angustas progressi, que transitum tamen praebeant, ex arborum condensitate, ne ab austus quidem presentiri posse quartæ die ad Arpessum fluminis facile venturos, qui in Hermuth defluit, ex quo per diem unam ad Philippos de lati, in opine hostes prauenirent, quos debellare ad ultimum liceret, cum nullus illis absunde pateret redditus. Quibus edicti milites, quamquam itineris difficultate deterriti, nihil minus spe exhibita, tam ingentem exercitum deprehendi posse, partem ex suis cum Lucio Bibulo premitunt, qui vna cum Rasciupolis iter caperent. Hi igitur summo labore cum eodem, tam sollicitudine & impetu & si proceſſere, frati potissimum quod ex ijs quos premiserant, nonnulli rediſſent, flumen se à prospectu vidisse referentes. Quartæ die, itineris asperitate defessi, ac siti laborantes deficiente aqua, quam triuia dierum itinerationem accelerantes deferebant, quod ea loca in aquosa dicentur, trepidare: & ne per insidias circunducerentur, expanscere cœperunt, non quod hic, qui redierant, flumen vidisse dicentibus, minus crederent, verum per diuersa itinera se duci existimantes, excandescere & exclamare, & Rasciupolim ad eos accurrentem &

adhortantem intuentes criminari & repellere à se nitebantur. Bibulo suppliciter orante & residuum itineris equanimiter perferre vel lent, flumine circa vesperam à primis conspectus est, & statim acclamatio maxima, & aquum erat, cum latitia auditur, qua ab his qui sequebantur excepta, ad postremos peruenit. Brutus igitur & Cassius intellecta re per prarupta quaque reliquos agentes deferruntur. Ea vociferatio minime hostes latuit, adeo & eos praevenire nequievint. Nam Rascopolis frater Rascus ex clamore quod erat suspicatus, hostium adesse aduentum, ingenti admiratione correptus est, tam immensum exercitum per inaquosa iter tenere potuisse, qua ne feris quidem ex siluarum opacitate perusa existimaret: ac subito Norbanum ceterosq; certiores facit. Ills ex Saeporum locis nocte fugientes Amphipolim venere. Sic Thraces ambo fratres praesidia exercitibus suis practitere, unus per ignota deducens loca, alter ne id etiam ignorans actum. Milites interim Bruti admirabili audacia in Philippos descendere. Eò loci Tullius siccissim delatus est, & uniuersus confudit exercitus. Philippi ciuitas est qua Datis olim dicebatur, Crenida ante Datis nomen appellata. Fontes quippe plurimi circa collem Eberibus scaturient aquas. Eum locum Philippus & accommodum me-

zatu

tatus super Thraces Gallo sepserit. Et à se Philippis nuncupauit. Condita est enim ciuitas in praerupto quodam colle, cuius magnitudo collis Latitudinem complexa est, habetq; à septentrione saltus Et nemora, ad que Rascupolles Bruti exercitum considere monuit. Ameridie palus adiacet, Et mare ultra illā ab oriente Sapeorum Et Torpilorum visuntur angusta. Ex occidente campus amplissimus ad Murcinum usque Et Drabiscum Et Strymonis fluvium per trecenta Et quinquaginta stadia protenditur, gramsne uberrimus Et amarus, in quo puellam per vim compressam florem indusse firma est. Et fluminis subinde Zygacus: In eo deinde licet existentis iugum curruntq; contractum esse memorant, Et ob id fluvio nomen inditum. Est autem campus ad imum proclivis, ita ut aptissimus sit his qui à superiori à Philippis aduersus eos qui ab Amphipoli progressiuntur. Philippiorum praterea collis non longe aliis, quem Dionysium nominant, in quo aurea templae nomine consecrata sunt. A Philippis per decem stadia progressò, alij binis colles sese offerunt, ab illis per octo supra decem stadas distantes, ipsi ab initio per octo segregati stadia. Horum in altero qui ad meridiem vergit, Cassius castramentus est Brutus altera ex parte in colle qui ad Arcton pertinet consedit, Et Norbanum ultro et rius

rius cedentē minime insecuri sunt. Iam enim Antonius aduentare dicebatur, Casare ob Valetudinem in Epidamno commorante. Erat itaq; campus ad pratiandum peraccomodus, colles ad metanda castra opportuni. His vero in circuitu vna ex parte paludes stagnaq; iacebant, s̄sq; ad Strymonis flumium, ex alia angusta loca ē impermeabilia. Inter etrosque colles octo stadiorum planicies inerat perusa, ē in Asiam ē Europam quasi per portas quasdam itinera emittebat. Hanc illi à vallo ad vallum muniere muro, portas quasdam in medio insquentes, ita ut bini exercitus, unius duntaxat imaginē preferrent. Decurrebat ē iuxta flumis quem Gāgam nonnulli, quidam Gangitum vocant, ē mare à tergo aderat, a quo apparatus omnes ingressus ē egressus videbantur habituri. Thasum quisque ut horreum bellū per centum stadia distanter constituerant. Ingressum autem triremibus Neapolim, qua per octoginta stadia aberat. Loco itaq; confisi exercitus munserant. Interea Antonius summa celeritate exercitū agebat, ratsus Amphipolim ad bellī cōmoditatem protinus inudere. Vrbem deinde à Norbano munitam intelligens exhilaratus est, omnemq; apparatus cum vna legione, quam Pinariis ducet at, in ea dereliquit. Ipse undaeter admodū progressus in campo constitit, ac per octo stadia ab hislibus

stilibus castris castra posuit. Tunc vero exercitum exilitate ac copiam insicere palam licuit. Brutus enim et Cassius milites rosido in loco, Antonij imo in campo metabantur. Illi ex montibus prodibant, Antonij ex paludebus. Illi ex fluviis aquationem assumebant, Antonij ex puteis, quos repente effoderant. Commeatum praterea paucorum stadiorum spatio ex Thaso illi afferebant. Antoniani per quinquaginta supra trecenta stadia ab Amphipoli adducebant. Creditum est etsam Antonium necessitate compulsum id egisse. Cumque nullum irriguum locum obtineret, residuum vero campi. Et postea declive, plerique, stagnante fluvio latioribus inundaret aquis fontes laticum dulces, et perennes effossis puteis inuenisse. Hucusmodi igitur audacia, que ex inopia processerat, cum sic illis proximus ex itinere magno animo freatus accessisset, hostes vehementissime conseruit. Castella itaque plurima, et ea summa celeritate, fossae, muris, Vallisque muniebant. Vallabant et hostes qua residua camporum superfuerant. Cassius Antonij impetu furenti ad similem intuens, quicquid supererat campi, et ab exercitu in palude ob angustiam loci hanc multificerat, viciissim pramuniuit, ita ut nihil omni ex parte munimine careret, nisi que a Brutis latere praerupta inerant. Cassius ex parte palus, et mare paludem ultra continebat. Ca

b b s terum

Verū quicquid spatiū medio interfuit, id omne  
 fossis, Gallis, muris portisq; firmauere. Sic am-  
 bo exercitus castris inuicē tutati sunt. Inter-  
 ea equitum velutumq; leuibus quibusdā inter-  
 se pralijs vires experiebantur. At cum omnia  
 qua animo conceperant, perfecta viderentur,  
 Caesarq; applicuisset, nondum tamen in bellum  
 firmus (lectica enim in exercitum delatus ve-  
 nerat) subito quis ex parte eius steterat, expli-  
 caveret aciem. contrā Brutos milites editiori in  
 loco se pugna prepararunt, nec propterea ad  
 ima descendere, minimè pralium inire decer-  
 nentes sola cōmeatum inopribus expugnat-  
 re rati. Erat pedestrum numerus & trisq; nonem  
 supra decem legionū. Verū qui à Brutis par-  
 te steterant, aliquāto inferiores numero fuere:  
 quis à Caesari parte, superiores. Equitū Thra-  
 cum Caesari & Antonio tria supra decem mil-  
 lia, Bruto & Casso Viginti millia aderat. ita  
 ut virorum multitudine, imperatorum auda-  
 cia ac virtute, armorū insuper apparatu splen-  
 didissimum & tragi ex parte spectaculum ede-  
 rent. Per plures igitur dies cum pralium inire  
 distulissent, nihil insigne peractum est lo cui  
 quis circa Brutum erant, dum hostes commea-  
 dibus prohibere meditantur: Ipsi Asiam pro-  
 pinquam admodum & necessaria exhiben-  
 tem contineret. Uniuersa è mari quibus indi-  
 gerent, suscepturni: hostibus contrā nihil vel  
 donec

sarem gesta est. Aradij habuisse dicuntur, qui se Ptolemaum profiteretur esse. Ac etiam in Epheso Diana Flaminem, quem Megabyzum existimant, quod aliquando Arsinœm veluti reginam suscipi imperasset. Ephesij Cleopatram deprecantibus facile concessit. Adeò Antonius ad omnia properè immutatus est: que passio principium ac finem omnium subinde calamitatum illi attulit. Enanigante etenim in patriam Cleopatra Antonius equites ad Palmyram Sorbem non longe ab Euphrate fluvio sitam, modica quadam ciuibus imponens, ut eam diriperent emisit, quoniam Romanis et Parthis finitima, ad Etrosque accommoda futura esset. Negotiatores in ea habitantes ex Persia Indorum res Eg Arabum solent connectare. Igitur Veluti Romanorum partes dispositurus in Sorbe, re ipsa et mislitibus in pradam traderet, adire illam iubet. Palmyreni intellecta fraude, necessarijs in contrarium fluminis partem evenerunt, preparatis etiam arcubus in aduersa ripa, ad quorum vim promptissimi habentur: si quis vim afferre vellet, Sorbem destituerant: quam vacuam offendentes equites, nullo cum spissis inito pralio, ac ne præla quidem ab ælo discessere. Que res non multò post Antonii Parthicum videtur intulisse bellum, multis ex Syria tyrannis in eam fugientibus. Nam Syris

Syria ad Antiochum usque Ensebinum et  
Antiochum eiusdem filium ab his qui à Se-  
lenco Nicanore originem duxere, regebatur.  
Et à nobis in libro quem de Syris edidimus,  
perscriptum est. Pompeio deinde Syriam Ro-  
manis vendicante. Et Scaurum praetorem in  
castrum mente, Senatus post Scaurum praetores  
alios instituit. Et Gabinium qui Alexan-  
drinos bello aggressus est, imposuit. Gabinius  
discessu Crassus ei provincia prefuit, qui ha-  
bito cum Parthis pratio vita excessit. Hunc Bi-  
bulas prator insecurus est. Nouissime post Ca-  
sarius necem seditiones in ea à tyrannis emer-  
serunt: quibus Parthorum imperium securis,  
à Crasso clade Partii Syriam occuparunt ty-  
rannie potissimum fuentes, quos in Parthia-  
mem fugientes Antonius Sorbe expulit, pluri-  
mis tributa graviora inferens: ac Palmyrenis  
illata iniuria, provinciam tumultu excitam,  
minime confirmare aggressus, milibus per  
Sorbes in hyberna distributis, in Aegyptum  
post Cleopatram profectus est. Illa vensem  
apparatu splendido suscepit. Eo locis Anto-  
ninus depositis imperij signis atq; apparatis  
privato habitu vestiūq; transfigit hyberem: sine  
quod alieno in principatu et regia Sorbe mo-  
ram duceret sine quod byzemē veluti in specta-  
culis quibusdam ageret. Exutus nempe curis  
omnibus, et imperij obsequijs, stolam quadra-

tam Gracorum more pro patria & domus  
 induit. Calceamenta candida, qualia Atbe-  
 niensium sacerdotes, & Alexandrinorum,  
 quos Phocasios vocant, deferre consueverunt,  
 sibi assumpsit. Deambulabatque vel ad templa  
 aut gymnasia, aut ad philologorum conuersatio-  
 nes, aut Gracorum conuenticula sub Cleopa-  
 tra, cum qua praecipue in aduentu hac peregit.  
 In his itaq; obuersabatur Antonius. Cesarem  
 interea Romam redeuntem gracilior Valetudo  
 afflixit, ita ut non sine periculo Brundusium  
 delatus, ex rumore interisse crederetur. Convo-  
 lescens deinde urbem ingressus est, & Anto-  
 niū prefectis literas quas attulerat exhibuit.  
 Hi Calenum duas Casari legiones concedere  
 iusserunt. In Lybia præstrea ad Sestium mi-  
 fere, & Lybia excederet, eamq; provinciam ex-  
 mandato illi traderet, que omnia ab ipsis per-  
 fecta sunt. Casar Lepido, cum nihil indignum  
 egisse compresisset, Libyam priorum nationum  
 doce adscripsit, ac reliqua qua exproscriptio-  
 ne in publicum allata fuerant, coemere curauit.  
 Cum vero milites per colonias distribuere,  
 agrosque illis assignare niteretur, magna so-  
 licitudine & cura tenebatur. nam urbes quo-  
 à principio illis pollicita fuerant, ad bellum pre-  
 mia poscebat. Quae res totam ferè Italiam  
 vel illorum libidinē subiucere, vel ad alia loca  
 ex necessitate eos mittere cogebat. Agro-  
 ram

rium præterea pretia expetebant, nullis assi-  
 stentibus pecunij. Qua palam facta cum iu-  
 nenes pariter ac senes intelligerent, Romani  
 continuè per partes aduentabant. Mulieres  
 porrò cum pueris in foro sempli squali-  
 crymabant, nibil impium egisse dicitantes:  
 seq̄, cum Italiforent, ab agris domib̄isque  
 veluti bellū iure captos indigne deturbari. Su-  
 per qua audientes Romani angebantur ani-  
 mo, atque deflebant, potissimum cum nulla  
 utilitate orbis, sed eorum causa, ac Reipub.  
 mutatione, bellum geri animaduerterent, pra-  
 māque obinde illis dari, Colonias etiam con-  
 citari, ne popularis status Ulterius locum esset  
 habiturus, cohabitantisbus s̄nā cum ducibus  
 mercenariis que exercitibus, qui ad omnia  
 qua illi concupissent, parati assisterent. At  
 vero Cesār necessitatē exponebat orbibus,  
 qua nequitiam sufficere adhuc illis videban-  
 tur. Neque s̄e cohibebant milites, Verū finis-  
 timos non sine iniuria aggressi, longe plura  
 quam illis polluta essent rapiebant, qua po-  
 tiora etiam forent auferentes, neque incre-  
 pante eo qui munera exhibebat. Ad multa  
 quippe Cesāri silentium indixerant, potissi-  
 mum cum imperatores ad tuendum princi-  
 patum illis indigentes Ulro spernerent. Iam  
 enim annorum quinq̄ tempus illi effluxerat,  
 & necessitas securitatem trorumq; exopta-

re videbatur. Nam ē imperatoribus ad tenu-  
dum principatum exercitu opus erat: ē exer-  
citus, Et que abstulerat retinere posset, stabili  
opus erat imperio: ē cum seipso ad id agen-  
dum impotentes cernerent, ex necessitate in-  
gerim coacti depugnabant. Multa prater hac  
indigentibus è sacris mutuò sumpta tribuerat  
Cesar. Qua ex causa ad illum quamprimum  
vertebant oculos, ē plurimorum gratia illi  
accederat. Et pote qui agros, rurbes, pecunias,  
habitacula quoq; effet prabiturus, ē omnium  
non sine inuidia qui hac adepti forent, cele-  
braretur voce: ē contumelias exercitus gra-  
tia perferret. Qua singula mente repetentes  
Lucius Antonius Antonij frater tum forte  
consulatum gerens, ē Antonij vox Fulvia.  
ē ex absentia Antonio fauens Lucius Ma-  
nius, ne insursa Casari opera agi viderent,  
ne' ve solus gratiam sibi assumeret. Antonius  
benevolentia ē charitate fraudaretur, habi-  
tationes milstum absente Antonio differti-  
suasere. Cum difficile id effet ob instantem mi-  
litum solicitudinem atque curam, quis Anto-  
nij legiones per habitacula disponerent, decer-  
nendos esse, eosque ab se exigendos postularunt,  
quas decreto Antonij solum Casari concessas  
dicerent, Questi insuper neque dante Anto-  
nio concessas esse, ipso Fulviam Antonij  
liberos inuidiosè admodum in exercitum da-  
cent

centes, ne Antonij gloria benignitatis Ge  
 obluiiscerentur, aut beneficiorum que ab illo  
 suscepissent, precabantur. Creverat iam enim  
 & apud milites, & apud alios Antonij glo-  
 ria belli in Philippis acti ob Caesaris salutem,  
 cum id opus Antonij tantummodo  
 arbitrarentur esse. Caesar eorum que in illis  
 tentarentur, minime ignarus, Antonij te-  
 men gratia facile concessit. Sic habitationes  
 qui Antonij legionibus impenderent, eorum  
 arbitrio permisae sunt. Illi militibus subinde  
 contulerunt, & ut Casare indulgentiores er-  
 ga suos viderentur esse, multos adhuc amplissimam  
 iniuria effecere. Nam & pleraque sorbes non  
 longe ab ijs qua distributa fuerant incole-  
 bantur, que plura a militibus indigna suffici-  
 entes, ad Casarem clamabant, habitatio-  
 nes huiusmodi proscriptiōnibus longe iniquio-  
 res esse, illas quidem in hostes, his ad nihil de-  
 linquentes instruās. Hac Casar minime igno-  
 rabat, sorbium difficillima ille erant. Nam ar-  
 gentum quod cultoribus in sellaris prauium  
 daretur, nequaquam aderat, neque victo-  
 ria pramia incumbentibus adhuc hostibus su-  
 scipere abullo poterat, Pompeio maria obſi-  
 dente, & famem indicente sorbi. Aenobar-  
 bo præserua & Murco exercitum & claf-  
 sem aliam in sumum comparantibus, despe-  
 ctores se quoque apud illos futuros intellige-

bant, ni præmia priora suscepissent, plurimum illis consumptum ad quinquennale imperium, & exercitus benevolentia longe amplius opus esse. & ob id contumeliarum ac contemptu nullam rationem habēdam existimabat. Nempe in theatro præsense illo miles quidam scissione indignus ad equum processit ordinem: qua ex re populus turbatus est. Casare illum assurgere imperante, milites ira conciti, ac illum circumstantes, excedentem theatro item rixam concitare rati. Nam redemptem e carcere duci prodiderunt. abuentem deinde illum, & res gesta fuerat palam enarratam, arguere & veluti communia prudentem increpare incipiunt. hoc autem in theatro facta sunt. Vocati deinde ad distributionem milites Martiyanus in campum, ex festinatione etiam noctu peruenierunt: Casare sardian ad eos accedente, in sublatis sunt. Cum Nonius turmarum dux summa fiducia eos argueret, & honestatem ab ipsis ad imperatorem deferret, valetudinosa porro non superbiam eius excusaret, ut adulatorem falsibus primum insectari sunt increbrente in massu ira, conustis aggressi, e campo pepulerunt, ac fugientem inse- cuti, cum forte ad Tybrim declinasset, precipitauere in flumen, exceptum quoq; eo loci abie- cere, quo Cesari sibi futurum erat ad campum

acc

accedēti. Amici itaque sūt à congressu illorum abstineret, irāque vehementiorem evitaret, monuerunt. At is vltro ad illos venit, ratus se furorem militum incensarum magis, si conspectum eorum evitasset. Deinde corpus projectum intuens, cùm paubium ē via declinasset, veluti paucorum facinus id esse questus, Et in futurum sibi ipſis mistiores forent, adhortatus est: nullaque interiecta mora, agros partiri cœpit, & ut digniores dona exposcerent concessit, ac indignis quisbusdam prater mentem eius contulit, quoad multitudo gravitasem eius admirata, post pœnitentiam gaudia est, quasi sibi ipsi culpam inferens, eosque qui Nominio attulissent manus, si agnosceret, Et puniret persuasit. Ille eos se cognoscere professus, sibi soli notum prater ceteros punire velle dixit, neque ullam apud eos esse culpam. Sic milites venia simul & honore donisque adornati, confessim ex mutatione praconis eum extulere plurimis. Huiuscē vero indignitatis & arrogancia erga imperatores maximè dua verisimiliter conjectura afferri queunt. Et fortassis causa erit, quod prætores Et plurimum creandrum munierunt, Et in civesibus bellis expertes erant, nec exercitus eorum ullis patriis mortibus ad comitia accercebantur, neque utilitate patriæ potius, aut Republice communi bono, quam ducentium eos auspicijs in unum

conspirauerant, neque necessitate legum, sed  
 pollicitationibus affecti proprijs, neque ad  
 communes, sed ad proprios duxerat fereba-  
 tur hostes, neque in exteris sed in cives & co-  
 legas pugnaturi. Hac enim omnia militare  
 illis ademerant timorem: non enim militare  
 se magis existimabant, quam ex eorum vo-  
 luntate & gratia afferre opem. Imperatores  
 quoque ducentibus ipsis ad propria ex neces-  
 sitate transisse credebant. Causam etiam atti-  
 lissee dixerim. Et quod olim apud Romanos  
 transfugam haberi Venia indignum fuit, tunc  
 munerum qua offerebantur, gratia dignum  
 habebatur. Quod & exercitus ex multitudine  
 agebant, & illustrium præterea nonnulli non  
 transfugas se arbitrantur, cum ad sibi similes  
 transissent. Nam similia tunc erant omnia, ut  
 alia ipsis ad communem cum Romanis immi-  
 citiam dissimilitudo inerat: & eadem impe-  
 ratorum simulatio, quasi omnes ad fiduciam  
 patriæ auxilium afferrent. Qua res pronio-  
 res ad mutationem eosdem reddidit, velut  
 si qui omni in loco patriæ se opem allaturos cre-  
 derent. Hac prætores eorum intelligentes, non  
 legum causa potius quam munerum & utili-  
 litatum imperatores suos perpepsi sunt. Si  
 omnia ad seditionem denuo collapsa, qua exer-  
 citus ad indignitatem contra seditionis ducer-  
 impulit. Interea famæ urbem pernugebat. Ni-

bil enno è mari ob Pompeium, aut ex Italia bellorum causa distributis ad culturam agri ferebatur: quicquid autem ex his fieret, ab exercitibus consumebatur. Multe adhuc per noctem Latrocinijs Uniuersam infestabant urbem: & quod deterius erat, nullo timore in omnes grassabantur: eiso rei culpa potissimum ad milites referebatur. Iam maledictudo praelatis officiis duces sibi ereserat, septe-  
te qua nullis artibus aut magistratibus ne-  
cessitate sibi diceret in desolata & exhausta Ur-  
be. Duxio igitur Antonio popularis admodum  
triumviroatus munus detestante, afferenteque  
nullo unquam tempore cessaturum esse, offen-  
siones multe in Casarem prodibant, amplio-  
resque in dies rixa pullulabant. Cultores o-  
mnes qui è proprijs expulsi agris, potentis ca-  
ustilibet supplices effecti erant, ad se venien-  
tes solus admittebat, auxiliisque pollicebat-  
tur, ipsis ad quacunque libuisse, pari mo-  
do opem suam offerentibus. Quia ex causa An-  
tonij exercitum de ipso gravissime conquestus  
est. Sic Casar Fuliam quia Antonio contra-  
via essent operari fassim, inclempestinum illis  
preparare aiebat bellum, donec Manius ma-  
lignè admodum Fuliam tandem in deterius  
convertit. Is nempe quiescente Italia Cleopas-  
tam Antonium detenturum predicabat, in-  
surgentे vero bello quacuisse ad se redi-

turum esse. Fulvia muliebri passione duxit,  
 Lucium ad contentionem sponte impulit. Egrediente itaque Casare ad residua milittibus  
 praebenda loca, Antonij filios qui cum sequerentur cum Lucio emisit, Et non amplius apud  
 milites autoritatis Casari quam filiis ineffecti.  
 Equitibus igitur Casaris ad Brutiorum maritima, qua Pompeius olim diripuerat egressis, ratus Lucius, sine sponte a se ipso commetus, equites in Antonij filios emitte, ad Antonij colonias celeri cursu se proripiuit, multisque ad tutelam sui in finum comparatis, Casarem apud milites arguere conatus est veluti Antonio infensum: Casar contra omnia simbicum Antonio communia & pacifica effectu docuit, Lucium alia ratione inter eos littere serere, Et triumviroratum oppugnaret, per quem colensas sibi ascriptas tuto demissam essent habituri, Equites in Brutios ad mandata eius exequenda processisse. Hac prefecti exercituum ducesque audientes, cum eodem in Theano collocati, his verbis conuenere, Causules que patria necessaria solum forent, presidere. Neminem ex Triumviris illos prohibere. Nullus ex iis qui in Philippis militasse, agros impartire posse: pecuniasque in publicam redactas, & condemnationes eorum qui vendales adhuc essent, non attingere. Antonij exercitum per Italiam aque partiendum esse, neque

ne quia alium ex Italia amplius eligendum. Cal-  
 fari in Pompeium militantis, duos Antonij le-  
 giones tribuendas fore. Alpes patere ijs qui à  
 Casare in Iberiam proficerentur, neque  
 Asinum Pollioñem prohibere solitus. Lu-  
 cius his contentum, custodiam corpori amo-  
 nere, intrepideque in Urbe vitam agere. Hac  
 per exercitus primores ad insucem decretus.  
 ex quibus duo postrema illa solam confecta  
 sunt. Et Salsidens licet inoxio eo Alpes trans-  
 gressus est. Cum catena neutram fierent,  
 vel in longum ducerentur, Lucius Praenoste  
 prefectus est. Casarem se vereri inquietus pri-  
 capatus causa circumseptum armis, cum ipse  
 nullo custode in publicum prodiret. Secessit  
 Eg Fulvia. Lepidum sibi exemplo esse refe-  
 rent, ut filiis caueret. Hac enim in primis Ce-  
 saris obijcabantur, qua ab utrisque Antonio  
 pariter conscripta sunt; Eg amici cum epistola  
 ad eum misso, qui singula edocerent. Quia  
 se minime perqüirene inueniret, apertius re-  
 scriberet. Subito itaque exercituum praefecti in-  
 resistando saeientes, se quod iustum esset, in-  
 ter imperatores indicaturos esse. Eg dissentiens  
 ad idem inducturos: eos qui cum Lucio  
 erant, sicissim postularunt. Non assentienti-  
 bus illis, Casar invadisse admodum ad exer-  
 cituum duces, Romanorumque optimos de his  
 omnesque esse. Illi ad Lucium arrepto cursu

Et Sorbis Italiaq; misereretur, ob cimicium bellorum metus deprecata sunt: aliquem quoque eligeret, qui medius inter eos ē imperatores eorum indicaret. Erubescente Lucio non ob ea solam qua dicebantur, sed ob eos etiam qui referrent, Manius audacter admodum Antonium nūl aliud quām in exteris pecunias accumulare dixit. Casarem exercitus ē portuna quaque Italia miseribus ē obsequijs sibi asciscere. Celtrum prossinciam Antonio antē concessam, decepto eo, libertati restitutam esse. Italiam fere omnem octo supra decem Sorbium loco milittibus attribua: ē quatuor ultra triginta legionibus, pro octo a centi, quās sūa militassent, impetrat. Non agri modo, sed pecunias ē templis ab eo eripi, quās in Pompeium esset profecturas, ad quod impetus omnino esset, Sorbe iam pridem fame laborante. Dividere premia milittibus, Et in Antonium eos irritaret, cum qua in publicum relata forent, non venumdare magis quam elegiri videretur. Necesse esse si re ipsa pacem capiat, eorum qua constituta forent, subire rationem. In futurum verò qua communis utilitati consulentibus visa sunt, ea solam facere. Sic Manius singulari audacia, nec Casarem alicuius operis fore dominum, nec Antonia passionem collare affirmandam esse censuit. Scrupulz cum iniunctis peregrisset, Imperatores  
trahend

habendum esse. Et coronis quo publico genum  
 darentur, admissum retinere potestatum.  
 Omnes itaque Cesare se ab his oppugnari in-  
 tenuerunt, nonnullis verebatur. Et se uterque eorum  
 preparabat. Due legiones eis Cesari paterna  
 aderant in Ancona Urbe constituta, qua cum  
 Antonio militabant. Haec strusque appara-  
 tum sentientes, ob communem benevolentiam  
 ac familiaritatem Verecunda ducta, legatos  
 insicem misere Romanam, qui ambos concilia-  
 rent. Cesare illis referente, non cum Anto-  
 nio pugnare se, sed a Lucio oppugnari: exer-  
 cituum primores allocuti, ad Lucum oratores  
 destinant, qui cum cum Cesare in iudicium  
 vocarent, iam enim que facturi essent, si id  
 recensarent, clare licebat intueri. Lucio con-  
 ditionem admittente, locum causa diffinitus  
 est, Urbs scilicet Gabiorum, inter Romanam Pra-  
 nestequem media, Et sessio vicissim iudicibus  
 adscripta: Tribunalia insuper duo in medio ere-  
 eta, veluti in iudicio facturis verba. Primum  
 Cesare adueniens, equites ad locum per quem  
 Lucius transitarus erat emisit, insidias si qua  
 forte adessent scrutatoros. Illi equitibus qui  
 busdam Lucy praecursoribus, ac vicissim explo-  
 raturis ea loca, obscuram facti, nonnullos inter-  
 emere: Quia ex causa Lucius agressionem, ve-  
 riebat, Veritus, retrocessit. Renovantibus dein  
 de illam exercitum praefectis, Et tuto affi-  
 turum

tierum illum pollicentibus, ne cito am assensu  
 est. Sic conciliaciones nullo perfecto opere sol-  
 auuntur, bellumque ab Etro que meditars ce-  
 ptum: acerbioribus etiam epistolis inter se con-  
 tendere aggressi sunt. Lucio sex legionum exer-  
 citus aderat, quas ipse ad consulatum acce-  
 dens congregarat. Haic Antonij Undecim alia  
 accesserant, quibus Calenus praeidebat, eis  
 ha per Italiam distributa omnem. Caesaris le-  
 giones quatuor Capua fuere; eis pratoria qua-  
 dam circa ipsum, sex quoque alias Saluidi-  
 nus ex Iberia adduxerat. Aderant eis Lucio  
 pecunie à nationibus que minime ab Anto-  
 nio expugnata fuerant. Casari vero quas ab o-  
 mnibus accepserat atque expugnarat, Sardis  
 exceptis, eis quas mutuo ex sacris retributio-  
 nis gratiam pollicitus assumperat Roma &  
 Capitolio, ab Antoniano Libanubio, à Nemis  
 ac Tybure, quibus in locis thesauri max' vel'  
 maximè sacrarum pecuniarum adseruantur  
 copiosissimi. Nam que Italiam extra idem pos-  
 sidebat, eo tempore turbationibus dissidijsq; ag-  
 itabantur. Nempe Pompeius ob proscriptio-  
 nes, eis exercituum incolatus, Lucij praterea  
 dissensionem, ad summum gloriae potentieq; peruenierat. Quicunque enim pro seipso solici-  
 ti, aut qui propria abstulissent, aut Rempub.  
 penitus auerterent, ad illum ferebantur. Alia  
 porro inuentus lucri causa ad militiam festi-  
 nans,

manus, & sub quo potissimum militaret hand. multifaciens, cum ubique Romanis misceretur ad Pompeium praecipue inclinabat, velut iustiores eligentem partes, & qui ad ingētē opem abundantiam ob pradas mari abactas pervenisset: naues plurimas haberet, maximum quoque verum apparatum. Nam Murcas duas agens legiones sagittarios porro quingenos, pecunias multas. Ad hac naues octoginta ad illum generant, aliumq; exercitum ex Cephalenia accersierat: sic ut à nonnullis creditum sit Pompeium, si se audacter his rebus intulisset. Itala tunc fame dissensionibusque laborantis, & ad ipsum inclinantis, maxime fuisse positurum. Caterūm Pompeio ob insitiam non Italiam aggredi, sed opem potino offerre visum, donec res eius inferiores tandem effecta sunt. Quippe Sestius equitum Antonij prefectus in Libya iam antea exercitum habente Lucio Fagionis Caesaris prefecto dederat, & subinde qui repeterent ad eum miserat. Quo recusante, cum eodem gerebat bellū, connullos ex militantibus, aliamque Libycom multitudinem, & à regibus quamculos in unum congregans. Fagio pugna superata, utroque amissō connu, exercitus se inuenientibus suscipientibus, ex proditione id euensis atros seipsum interemit, ac confessum Sestius etiamque Libyam affectus est. Lucius Boschum

ebum Maurisiorum regem, & cum Carris  
 bellum gereret, qui Iberiam Casari tradid-  
 erat, adhortatus est. Aenobarbus octoginta  
 manibus, duabus praeterea legiunibus, ac sagit-  
 torum funditorumque, necnon Scolium &  
 gladiatorum ingenti manu leniunt deprendeban-  
 tur aquor, & quacunque Triumvirum subie-  
 cit imperio depopulebatur. Ad Brundisium  
 quoque delatus, Casaris triremes pralo ag-  
 gressus, partem interceperat, partem igne con-  
 burens, Brundisiniis intra mania conclusis,  
 regionem denastabat omnem. His exanguis  
 commotus Casar, militum legionem Brundo-  
 sium ire insit, & Salvidenum in Iberiam  
 euntem magna celeritate ad se reuocauit, qua-  
 que Casar & Lucius quis exercitus per Ita-  
 liam colligerent, continuè mittebant. Extern-  
 rum quoque incitationes maiores minorēre  
 ab istroque fiebant: insidia etiam plerumq; in-  
 ternuebant. Verum Itolorum benevolentia  
 & plurimum ad Lucium inclinabat, quasi pri-  
 ipsis in sortem distributis depugnancem. Neq;  
 solum Urbes exercitibus descripta, verum cui-  
 uersa Italia timore ducta, ne similia illas po-  
 teretur, assurrexerat. Et qui pecunias exer-  
 rum sacris ob Casarem abstulerant, ex orbita  
 expellentes populi, interficientes hec, marmi  
 in potestate sibi assumpserant, & ad Lucium  
 emū confuebant. Itidem & ad Casarem, qd  
 pa

per colonias ab eo distributi fuerant accedebant, veluti ad domesticum iam inter se dousi bellum. Quibus ex rebus Caesar Senatum eque tremiq; ordinem in Graecam conuocans, his verbis allocutus est. Despicio eisdem, satis scio, ab his qui circa Lucium sunt, quasi ob debilitatem timiditatem' & eos minime ultius fuerim, propter que nūc ordines vestros alloquenter me vituperant. Mihi quidem Valdisor in dies exercitus fit, atque audacior, quicunque contumelia mecum affectus à Lucio sortitio ne sua spoliatur, omnisq; alios quicunq; adeat. Valdiora etiam & catena exurgunt, & na dun taxat sententia excepta. Non enim mihi iucundum ciuilibus concertare bellis, nisi ad ea necessitate impellar maxima: neq; in reliquis adiuvicem abne ciuibus, potissimum ciuili bello, quod à vobis non ex Macedonia aut Thracia ascendendum sit sed in ipsa Italia agendum, que solita tot virorum cladem atque interitum, tot ingentes calamitates, veluti stadium quoddam effecta nobis, passura videatur. Hec quippe ego addubito, & adhuc testor neq; iniuria me affecisse Antonium, neque ab illo affectum esse, solum vos & Luciu eiusq; sequaces arguatis persuadeo, meq; illi & concilieatis vehementer cupio. Qui si mihi non obtemperarint minus & crediderint faciam & vniuersi intelligant, consilij rectitudinem & que

nunc affuisse mihi, non timiditatem. Vos autem sit apud Antonium testes mihi scitis deprecor, Ego ob Lucij suspicionem sive a consurgatis. Hac à Casare palam dicta, quorum causa hi denuo Praeneste profecti sunt. QuibusLucius hoc solum retrulit, cur ad horum assumptionem operum sive que corum delatus esset, dissimilare Casarem, qui nuper legionem sit à reditu probaberet, Antonium Brundusium emiserit. Manius etiam Antonij epistolam protrulit, sine confitam à se, sine vere edtam, huc sententia: pugnatrum se, si quis dignitatem eius destruat. Rogantibus ijs quis è Senatu aderant, quis dignitatem eius impugnaret, Ego id eos in indicium vocantibus, Manios plura alia sophistice admodum his inseruit, quod illi infecto negotio abiere, nec ad iudicium cum Casare alterius venere, sine à se ipso sive quaque renuntiaret, sine alia ex causa, sive rubore duceretur. Sic bellum continuò aperatum est. ad quod Caesar perficiscens. Lepidum cù abus cum legionibus custodia orbis dereliquit. Ea tempestate mules illustriū tam vel maxime triu- suratum detestari vissunt. nā ad Lucium trāsiere omnes. Belli autem principia huiusmodi fuere. Dua Lucij legiones apud Albam de-sidentes, eiectis ducibus ad defctionem inclinarunt. Festinantibus ad has Casare Ego Lucio, præmeniens Lucius iterum pecuniarum oblatio

oblationibus pollicitationibusq; tenuit. Fir-  
 mio deinde exercitum alium ad Lucum du-  
 centem, Casar Firmium aggressus, accurrentis  
 ad collem exercitus postrema invasit. Cum no-  
 te ad Sentiam Urbem accessisset, que earum-  
 dem partium dicebatur esse, Casar insidias ve-  
 ritus, minimè nocte insecurus est. Orta lece  
 Sentiam simul & Firmij exercitum obfedit.  
 Lucius Romanum properans, tres acies premi-  
 sit, qua in Urbem accurrentes nentiquam per  
 noctem conspecta sunt. Ipse magno exercitu  
 equum gladiatorumque processit. Non iocu-  
 stode per portas illum admittente, & exerci-  
 tum qui sub eo fuerat, exhibente, Lepidus ad  
 Casarem aufugit. Lucius Romanos affatus.  
 Casare ac Lepidum nefandi magistratus pr-  
 nas continuò datus esse dixit. Fratrem eius  
 eundem magistratum Ultra ponere, & consu-  
 latum qui legalior habetur pro eo accipere, &  
 legitimam patriamq; dignitatem pro tyran-  
 nica & elle assumere. Ob qua exultantibus cum  
 etis, & triumviratus dignitatem dissolui exi-  
 stimantibus, ipse imperator à populo appella-  
 tus, in Casare progreditur, exercitumq; alcum  
 ex colonijs ab Antonio conditis in Enum con-  
 gregans, Urbes in potestatem redigit. ha an-  
 tem Antonij partes sequebantur. Barbatus  
 Antonij quastor, nonnihil Antonio infen-  
 sus, & ob id reuersus in patriam, interrogaz-

m m a tibie

tibus dicere solebat, Antonium his qui in Casarem pro communi eorum potestate depugnarent, subirasci. Quia ex re ferè omnes, nisi quis circumuentus esset, Barbatio assentes, à Lucio ad Casarem transibant. Lucius autem Saluideno cum ingentibus copijs à Cetis ad Cesarem proficisci occurrit. Saluidenum Asinius Pollio Ventidiūisque sequebantur Antonij pratores: qui progrederetur ipsum vetuere. Agrippa Casari amicissimus, ne Saluidenus intercluderetur extimescens, Subrium interceptit, locum Lucio accommodissimum, ratus Luciū omisso Saluideno in ipsum moturum copias, & Lucio à tergo instante, Saluideno auxilium afferre posse. Nec cum fellit opinio: nam Lucius sive defraudatus, versus Asinium Ventidiūmque processit. Insurgentibus utroque ex latere Saluideno & Agrippa, opperientibusq; Et illum inter angusta deprehenderent: cum insida apparuissent, Lucius utrosque aggredi non ausus, Perusiam se contulit, urbem mānisbus copiisque munitione: iuxtaq; eam castrametatus est. Ventidiū copias opperens, ac simul ipsum Perusiamq; urbem Agrippa, Saluidenus, & Caesar superueniens, tribus exercitibus circundare. Porro exercitum alium Casar omni ex parte magna celeritate comparauit, quasi in hoc belli moles conursa consideret, si quis

Lucium

Lucium oppressisset. Premisit ergo alios, qui ad  
 Ventidium venientibus se obiigerent. At hec  
 per seipso accelerare non ausi, substitere, pre-  
 lum ne quisquam expectantes: neque Antonij  
 mente adhuc clare discernentes, cum ad exer-  
 citus imperium iuxta dignitatem nenter eq-  
 uorum assisteret. Lucius neque in pugnam pro-  
 gredi ausus, pluribus ac longè melioribus bel-  
 licosioribusq; incumbentibus, cum ipse exerci-  
 tum maiori ex parte nouis collectum copijs ha-  
 beret, neque ad iter se apponere totus undique  
 illum circumstantibus, Manū ad Ventidium  
 Asinumq; premisit, Et obesse celerem affer-  
 rent opem. Tissimum etiam cū equitibus qua-  
 tuor milibus ad diripienda Cesaria oppida ire  
 subbet, Et inde discederet. Ipse Perusia ingres-  
 sas est veluti munissima in Urbe transactu-  
 ras byeno si necessitas impelleret, donec Ven-  
 tidij copia accessissent. At statim Casar Eni-  
 uero exercitu summa celeritate Perusium  
 Vallifossaq; praeinxit, sex ergo quinquaginta  
 stadia complexus ob montuositatem Urbis bra-  
 chia longe usq; ad Tyberim protendens, ne quis  
 Urbem ingredetur. Ex aduerso Lucius alijs  
 fossis Vallisq; in illum nitebatur, montis semi-  
 tam undique communiens. Et Fulvia Ven-  
 didum ergo Asinum, Ateium quoque ergo Cale-  
 num ex Celis accelerabat, Et Lucio auxilium  
 afferrent. Alium insuper exercitum in. Enum

congregans, Plancum ad Lucium premiserat.  
 Plancus Romam proficiscente Casare, legionē  
 in itinere deprehensam ad internacionem fe-  
 rē amisit. Asinio ac Ventidio segniter admo-  
 dum cunctantibus, nondum satis perspecta  
 Antonij voluntate, cum à Fulvia & Manio  
 subinde excisi ad Lucium accelerantes, obstan-  
 tes quoisque repellerent, Casar Agrippa comi-  
 te, relicta urbi custodia, illis occurrit. Hi neq;  
 insimul congressi, neque ea qua decuit celerita-  
 te retroversi, Ravennam vnuos, alios Arimi-  
 num fugia petiere, Plancus ad Poletum iter  
 arripit. Casar vnicuique eorum separatis oppo-  
 sito exercitu, ne in unum conuenirent, per-  
 sium denuo reuersus, fossas magna celeritate  
 muniti profunditatem etiam in duplo adau-  
 xit, latitudinem que triginta pedes utraq; ex  
 parte excederet, adiunxit, murū excelsum eri-  
 gens, & turres ligneas sexaginta pedas in cir-  
 cuitu ad quingentas supra mille constituens,  
 pinnis septas densissimis, omnemq; alcum appa-  
 ratum à fronte obiiciens, Et non minus obse-  
 sos quam exterius irruere tentantes repelle-  
 ret. Hac autem multis experimentis varjsq;  
 pralij inter utrosque confecta sunt: cum Ca-  
 saris milites iaculandi arte procellerent, Luej  
 gladiatorum in morem ad congregendum co-  
 mines essent potiores, multosq; complexi eru-  
 sidarent. Postquam verò bac omnia à Casare  
 confecta

confecta sunt, fames Lucium invaserit. ea chao-  
 des dictim augebatur, quod nihil ab orbe con-  
 neclari posset. Id Cesare intelligens, custodias  
 diligentius agere caput. Anni solennibus in-  
 sequentem dsem futuris, Lucius festum obser-  
 uans, quod hostes ea die negligentissimas custodias  
 acturos putaret, ad portas nocte procurrit Ge-  
 lati praecadio quodam alium in eos duobus ex-  
 exercitum. nam magna copia nonnquam ille  
 aderant. Proxima autem legione ad praesidio  
 existente, Cesare insuper cum pretoribus cohori-  
 bus celeri cursu afferente opem, quiprimus  
 Lucius pugnans repellitur. Hisde diebus mil-  
 litibus frumentum Roma praeferuntibus, mul-  
 titudo Victoria belloq; sublata, aperte tumul-  
 tuari coepit, & ad domos ciuium delata. Et fru-  
 mentum scrutaretur, omne quod subinde in-  
 ventum est dispossit. Ventidij milites Lucio fa-  
 me oppresso Vercundia ducti, & Caesaris exer-  
 citum verbi assistentes vi repellerent, Peru-  
 siam versus iter capiunt. Agrrippa & Salvi-  
 deno longè amplioribus copijs aduersum pro-  
 ducentibus, veriti ne in medio amborum clau-  
 derentur, ad Fulciniū locum declinarū, qui  
 per sexaginta supra centum stadia à Perusia  
 distat. Eo in loco Agrippa eos obsernante,  
 ignes plures excitarunt, per qua Lucio signa  
 aduentus eorum proderent. Ventidius & A-  
 sinius iter pugna facienda consulebant. Plan-  
 mm 4 cus

cus Cesareo EG Agrippa in medio existentes, que fucienda essent prestolari adhuc amplius elios suadebat. Sicut tandem Planci sententia. Qui Perusia aderant, conspectis ignibus exbalatarati sunt. Tardantibus ipsis vicissim ab hostibus præpeditos esse, demum cessante igne ab eisdem profligatos esse crediderunt. Lucius incumbente fame, noctu iterum à prima custodia ad aurorā usque munimenta omni extreto oppugnare caput. Verum repulsus Perusiam iterū redire cogiturn. ibi reliqua cibaria in vnu comportata seruis dari prohibuit, custodiri insuper eos diligenter iussit, ne quis aufergeret, EG extrema difficultatis cognitio ad hostes perueniret. Deprehensa est igitur seruorum multitudine ingens, qui EG in ipsa Urbe conciderunt, EG vsq; ad proprium Vallum, pavulum si quid reperissent, EG ramala edentes repertis sunt. Hos fame vitam expirantes Lucius ingentibus fossis obrui mandauit, ne igni impunita caduera indicium aperirent hostibus, aut prætendentium vapor factorem ceteris EG morbos gigneret. Cū verò neq; famis neq; mortis finis ullus videbatur esse, turbati milites ob instantē cladem Lucium adeunt, rogantque ut hostium munimenta denuo aggredi velit; si erare se per vim ea omnino erupturos esse. Lucius præpotudine eorum commendata, non digne, inquit, iampridē cum hismodi necessitas adficeret,

Sed bello decertauimus. nunc autem si vosmet-  
 ipsos dedere necesse est, aut si id morte dete-  
 rius videtur, Et ferro dimicare placet, Usque  
 ad mortem censeo pugnandum. Conditione ab  
 omnibus promptissime accepta, nequa occasio  
 Et in nocte euenire posset, ad auroram se du-  
 ci postularunt. quos Lucius ante diem mo-  
 rit. instrumenta ad exortendos muros ferrea,  
 scalas plurifariam ad uniuersa fabricatas se-  
 cum ferens. Aduehebat. Et machinas quas-  
 dam ferreis harvis ad superandas fossas per-  
 accommodas. Turres fixiles, qua asseres muro  
 appellerent: omnis generis iacula, lapisque  
 sum crates quas sudibus injicerent. Aduo-  
 lantes itaque vehementi impetu fossas statim  
 replenere, lignaque in transuersum ducta su-  
 perarunt. Deinde muris propiores facti, non-  
 nulls vallum federe, alijs scalas afferre prope-  
 rabant. quidam turres admoveentes, nullo mor-  
 eis habito respectu saxis, sagittis, fundisque  
 petebantur. Et hac quidem per partes hand  
 minima gesta sunt. Sed cum hostibus multis  
 in loco distractis, omnia apud illos infir-  
 miora conspexissent, asseribus muros qua-  
 tientes, non sine periculo summa vi depugna-  
 bant. Quippe asseribus ipsis insistentes, sa-  
 gitatis ex transuerso telisque omni ex parte  
 petebantur. Tandem violentia summa vis.  
 licet pauci, murum concidere, quos alijs con-  
 mm 5 festini

festim insecuri sunt. Et fortasse aliquid, non  
sine labore tamen ac desperatione perfecis-  
sent, nisi quod optimi ex Casaris exercitu, qui  
in subsidij constituerant, machinarum ba-  
siusmodi inopiam apud eos intuentes, mil-  
ites labore vacuos defessis obiecere. Tum ve-  
rò precipites è muriis deturbantes, machi-  
násque conterentes, non sine contemptu ex  
alto ad ima pepulere: quibus in terram pro-  
cidentibus, arma simul corporaque procere-  
bantur. Deficiente illis ad clamandum sa-  
ce, non sine promptitudine tamen persiste-  
bāt. Cùm autem eorum qui supra muros ex-  
pirauerant, corpora armis spoliata iactueren-  
tur, facinoris magnitudine commotis, cur-  
tumeliam ferre non poterant, versus aspe-  
ctu illorum conturbati, parumper quid age-  
rente incerti morabantur. Ut in gymanicis cer-  
taminibus ij qui à labore aliquantulum re-  
spirant, facere consueverunt. sic se habentes  
miseras Lucius, tuba renocari imperat.  
Ob hoc exultantibus Casaris militibus, ej  
st in Victoria mos est, arma quatientibus.  
Luciani dolore exciti, scatas denuo assurant:  
cùmque turribus carerent, ad muros despe-  
ratione magna deferuntur. Hos igitur in ho-  
stes nibil peragentes (non enim poterant)  
circuncurrens Lucius ne frustra pugnare vel-  
lent precabatur. Eoque modo suspirantes

irennii

iniitòsq; à prælio abduxit. Sic murorum oppugnatio tanto impetu cæptæ, ac furore, in hunc modum desyt. Casar ne hostes similes audacia ad muros denuo redirent, exercitum omnem qui gestis rebus interfuerat super mania constituit, docuitque per murum alium also continuo deferris ad tuba sonum, quanquam nemine cogente, ut suæ pugnandi persistiam adiiceret, hostibus vero timor augeretur. Tristitia ob huc Lucij militibus, ut in talibus fieri consuevit, adacta est: ac custodes derelicta Serbia cura, Sonnerfa negligebant, ita ut ex similis curia plerique dietim ad hostes pertransirent, neq; abiectiores tam sed ex primoribus non nullis id agerent. Versus est itaque ad conciliationem Lucios, tanta multitudinis, que indies deperibat, misericordia commotus: iterumque ab inimicis quibusdam Casaris, qui pro seipso verebantur, persuasus, ab incepto destitit. Postea vero quam Casarem transfugas ad se venientes benignous suscipere, multorumque impetum ad conciliationem inclinare videt, dubitare capit, ne illis aduersando eis ipse tradaretur, experientia quadam ad id facta, nec incerta spe. Exercitum igitur in Enum conuocauit, quem hisce verbis allocutus est. Mens mihi fuit è commilitones patriam vobis restituere ac Rempublicā, tyrānidē triumvirorum eis principatum intuendi: sed nec occasio affuit,

Cassio

Cassio Brutoq; defunctis, Lepido insuper magistratus sui parte spoliato, Antonio longè à nobis pecunias duntaxat in unum colligente, cum hic solus ad voluntatem eius cuncta ministraret, Romanorum Respublica & figura quedam & irrisio effecta esset. Eapropter ad libertatem pristinam populararem statum immutare cupiens, cum pramia militisibus petita traderentur, monarchiam dissoluere arbitratum sum. Cumq; nibil proficissim. in consulatu meo necessitate id quadam efficere tentavi. At hic non mediocri me apud milites calunnia affecit, quasi sortitiones ipse prohibuerem, agricolarum ductus pietate. Hoc profectio datus me latuit, sed neq; cù intellectissim, quicquam in animum induxi meum, incolas qui sortitiones vobis prebituri essent, ad me inclinantes intuens. Verum nonnullos hac calunnia ad ambitum induxit, & ad illas veluti in nos pugnaturi, & existimant, delati sunt, cum tempore à seipso militare formidantes. Hac ego vobis testor, quis potiora elegistis, & ultra posse tam ingentia mala perseveratis. Viets quisque sumus non ab hostibus, sed à fame, quoniam à prefectis nostris derelinqui- mur. Mihi quidem beneficem cesserit pro patria ad extremam pugnasse fortunam, & hanc laudem usq; in finem à conscientia mea suscepisse. Sed nec propter vos deficians, quos gloria

gloria mea factores semper habui. Mittam ad  
 eum in cuius manu potestas est, rogaboque ut  
 pro salute vestra me solum arbitratu suo ene-  
 cet, Vobis mei causa veniam impendat, ciues  
 Et militibus quondam suis, Et qui nihil sive  
 nunc inique peregitibus, nec nisi honesta ex cau-  
 sa induxit arma, nec bello magis quam fa-  
 me superatus estis. Sic ille locutus est, nullaque  
 interposita mora tres ex potioribus, qui pro  
 ceteris verba facerent, ire monuit. Multitudo  
 iure invando assensum prestisit: cum quidam  
 ipsorum gratia, aliij imperatoris mente duce-  
 rentur, Et qui optimus, Et democraticus illis  
 videretur, Et extrema tandem necessitate est  
 superatus. Tres illi ad Casarem profecti, exer-  
 citus strinque genus, Et eiusdem nationis edi-  
 dere viros, Et qui non aliquando militassent.  
 Affinitatis etiam illustrium, Et parentu vir-  
 tutis meminere, qua neque ad implacabilem se-  
 ditionem eos impulissent, Et quacunque alia his  
 familia ad sedandum eum retulerunt. Casar  
 partem eorum insolentem intuens, partem  
 pro partitionibus vultro depugnantem, arte sive  
 in hunc modum reddidit. His qui sub Anto-  
 nio militsiam egissent, fronte veniam clargiri  
 velle, veluti qui gratiam illa redderet: alios Et  
 voluntatis suae subjeceret ediscere. hac in con-  
 spectu omnium ab illo dicta. Vnum deinde ex  
 tribus Furnium priuatim ad se enocas, maio-  
 re

re charitatis sive erga Lucium, ceterosque, proprijs exceptis hostibus incendit. Quae igitur Caesar aduersabantur, separatim Furnum cum eodem locutum esse eorum causa suspicati, redeuntem convitys insectatis sunt, Luciumque ut vel pro ipsis cum ceteris iniaret fidem, vel ad necem usque depugnaret, exorarunt. non enim priuatim ipsis inimicum Casarem, sed communem pro patria hostem extitisse. Lucius commendatis ipsis, collegarum misericordia et charitate ductus, alios ad id munus eligere velle ait: Et neminem se potiorem esse inquietus, nullo pracone comitatus, iter arripit. Praetribus nonnullis, qui Casari Lucium aduenire nunciarent, Casar obuiam illi prodidit. Conscii itaque adinuicem apparuere, amicis contati, praelati quoque eodem vestis ornamento, militarem in medium pariter amicti. Lucius sepositis amicis, cum duobus lictoribus progressus est, simul mentem eius ab aspectu indicare: quem Casar proficiscens ad exemplum amatus est, quasi benivolentia quadam erga illum teneretur. Lucium deinde ad Vallum properantem intuens, ut palam omnibus se a eum conuersum faceret, prueniens è Valli progressus est, ita ut Lucio consulendi de se ac indicandi libertas esset. in hunc modum si à nutr vestigiaque indicantes, adinuicem congressi sunt. Cum autem supra fossatum constituerintur

si s'ent, salute iniicem accepta, redditusq; Lu-  
 c'sses prior hac loqu' ors's est. Si quidem exte-  
 rass' essem, o Casar, turpe mihi existimarem  
 in hunc modum a te bello superatum esse, tur-  
 piorem adhuc deditioñem a me factam duce-  
 rem, cuius dedecus atque erubescientiam faci-  
 le a meipso potuisse enitare. Ex quo ver  
 cum ciue contendere ac collega pro patria  
 conçigit, neantiquam indecorum mihi arbi-  
 tror, huicmodi occasione talis viro in bello  
 concessisse. Hac quippe referto, qui minime  
 quacunque f'elis p'ats recuso. ob hoc enim in  
 hunc tam ingentem, nullo fiedere a te habito,  
 profectus sum exercitum, sed et alijs veniam  
 e' tuis congruentem rebus iuste expetam.  
 Oportet autem hac me indicantem, oratio-  
 nem pro illis e' me aque disidere, Et barum  
 rerum causam a me processisse intelligas. E' in  
 me vno iram tuam esse colligendam. Neque  
 fiducia commotum quicquam reprehendere  
 velle existimes: intempestivum id quidem:  
 sed et veritati potius innitar, quanemini me  
 excepto nota est. Ego bellum contra te suscep-  
 pi Casar, non ut te superato principatum mihi  
 assumerem, sed ut optimam Rem publicam  
 Triumvirorum potentia patria nostra adem-  
 ptam, in melius restituerem: quod nec ipse  
 arguis. Nam cum in unum conuenissetis, fas  
 id imperium periniquum esse, ut necessarium.  
 e'

Et tempori accommodum esse iudicastis, Cas-  
 sio & Bruto persistentibus adhuc, cum illis  
 conciliari minime possetis. At vero defun-  
 ctis illis, qui dissensionis huiusce capita fuere,  
 aliorumq[ue] reliquijs siqua extiterant penitus  
 extincti, non bellantesum illa Respublica, sed  
 eos formidantium visa est. Igitur quinque-  
 nū finiente principatu, magistratus ad pa-  
 trios mores renovandos duxi, non fratrem pa-  
 tria anteponens, quem redeuntem ad id com-  
 pellere fratre credidi, idq[ue] ut fieret in consu-  
 latu meo, properauis. Quod si ipse accepisset,  
 solus eius res gloriae affectus esset. Ex quo  
 igitur ut pareres minime tibi suadere potui,  
 Romanam proficiens per vim ad id inducere  
 putauis, cuius existens, & notus, & consul.  
 Ha igitur suscipiendo à me belli causa esti-  
 tere. Ha inquam sole, non frater, non Me-  
 nissus, non Fulvia, non sortitiones eorum qui in  
 Philippis depugnarunt: non denique agrico-  
 larum misericordia, quibus propria auferre-  
 bantur: ex quo fratri mei legionibus, qui ha-  
 bitacula tribuerent, impendi, qui plura ab  
 agricolis dementes, milibus ascriberent. Sed  
 tu hac me infamia apud eos aspersisti, belli  
 causam ad sortitiones à te transferens. Quara-  
 zio potissimum eos inuoluens in me conmer-  
 zit, non enim sub me militare amplius, aut, si  
 inique agentem ope prosequi confisi sunt. Dis-  
 sum

simulare etenim bello & tentē te oportuit, & tū  
 Etoriam assequereris, & si hostis patria esses,  
 me hostem iudicare, in his quæ illi conferre vi-  
 debantur ob famam consulentem. Hac ipse ti-  
 bi refero, me tuus concredens manibus, quic-  
 quid de me deliberes, & dixi clare effundens  
 qualia de te prius sensi, & adhuc sentiens so-  
 lus ad te proficiisci volsu. hac pro me dixisse sat  
 erit. Pro necessarijs autem meis, amicisq;  
 & uniuerso exercitu, nisi siquid de me suspicaris  
 mavis, que & utilissima tibi sunt, aperte consulam.  
 Nihil iniquè eos ob mutuam inter nos conten-  
 zionem egisse aio, neque hominem quempiam  
 fortuna & tentem in re dubia prohibere eos, qui  
 in casibus & opportunitatibus propter te pe-  
 ricula subire velint, cum ex lege tua intelli-  
 gant difficulter saluari posse nisi vicerint. Sin  
 hostile consilium & suspiciosum & infidum  
 respuis, hoc te adhortari audeam, ne amicos  
 meos ob delictum fortunam & puniri pergas,  
 sed in me unum uniuersa ingeras, cunctorum  
 causam, ex quo illos ab sententia mea penitus  
 absoluis, ne forte existimes audientibus illis,  
 promeipso studiose herba facere. Hec cum di-  
 xisset Lucius, & subinde siluisse, Casar in  
 hunc modum illi reddidit. Sine federe ad me  
 venientem te intuens o Luci è castris proprijs  
 quam celerrime obus à profectus sum, cum ex-  
 teritus adhuc esses, & tui compos, per te consule

nn re,

-re, & ea dicere & facere posses, que utilitatibus  
 esse arbitrareris. Postquam vero delinquen-  
 tium in morem, & peccata sua conscientiam,  
 teipsum potestati mea subiicias, nihil gleerim  
 habeo quod redarguum ex his qua in me dis-  
 mulanter admodum mentitus es. A principiis  
 quidem me ledere instituens, nunc vel maxi-  
 mè ladi. Fædera etenim mihi imponens, à vi-  
 Etore & iniuria pariter affecto consecutus es:  
 Cum te, amicosq; tuos, & exercitum sine fra-  
 re mihi credidisti, iram ademisti omnem, po-  
 testatem quoque eripuisti mihi, quam ex ne-  
 cessitate fides tibi impartiens attribui, quas  
 aquiles expugnasse fuit, et hos quæ obamissen-  
 patienter ferre. Verum qua me digna sunt pre-  
 ponere institui, per deos, per me ipsum, & te  
 Luci, hac spe qua erga me fidenter Jesus acce-  
 sisti, ne tiquam te falli sinam. Hac inter se lo-  
 cuti sunt, velut è commentarijs quibusdam re-  
 ferentes elata voce, quad licuit, qua declarari  
 fuerant, ex animo prius meditati, seq; iuvicē  
 censentes. Caesar Lucium laude & admiratio-  
 ne prosecutus est, quod nibil, ut in aduersis, im-  
 prudenter ignaveq; dixisset. Lucius Caesaris mo-  
 destia, breuitatemq; loquendo vel maximè lan-  
 dauit. Reliqui, eorum qua dixissent, ex veriusq;  
 aspectu facile talere sententiam: Lucius, dein-  
 de ad tribunos militum misit, & exercitus si-  
 gnatum à Cesare exposceret. Illi militum name-  
 rum

rsum ad eum detulerunt, que consuetudo nunc  
 etiam à nostris obsernatur. Mosque est Tribu-  
 nissimum signum expetentē diurnalium librum af-  
 ferre regi, exercitus numerum præsentis con-  
 tinentem. Illi igitur signum assumentes, custo-  
 dia quoque ad manus habuere. Cesare qua-  
 sua essent, Vtrosq; ea nocte custodire imperan-  
 te, cum illuxisset sacrificia iuvt. Lucius exer-  
 citum ad illum misit, arma deferentem, Et be-  
 luti in agmine ad iter apparatum. Milites  
 Cesarem vt imperatorem à longe salutarunt.  
 Legiones quoque per partes statuentes, eo in  
 loco, quo idem iussit, firmavere signa, qui sorti-  
 tiones deposcebat scilicet, ac tyrones si pa-  
 ratim ab illis distributi. Cesar rite peractis  
 sacris, lauro redimitus quod Victoria signum  
 erat, tribunal ascendit, omnibusq; vt arma po-  
 nerent eo in loco quo constituerant edixit. Cum  
 deposuerint, qui sortitiones expetebant, pro-  
 prius accedere monuit. Quibus cognitis, ingra-  
 citudinem eorum improbauit, minisque conter-  
 ruit. hoc enim facturum esse illum iam antea  
 cognoverant. Cesaris igitur milites, sive con-  
 sulio moniti, vt in rebus plerunque solitis, si-  
 uie passione ducerentur vt ad viros domesticos  
 atque necessarios, destitutis ordinibus quibus  
 presidebant, Lucianis propius mouere gra-  
 dum, ac veluti commilitonibus suis circumfu-  
 si, arctissime complexi, fletum edsdere, Ces-  
 a

remque pro illis precari capere. Nec prius à  
 clamore temperatum est, ipsis inter se comple-  
 xis, & communicantibus dolorem, tyroni-  
 bus quoque idem factitibus, ita ut nihil in-  
 ter eos diuisum, aut diuisi posse videretur,  
 quam Caesar à sententia propria excusus est,  
 ut sive clamorem cohibens, his proprios mil-  
 tes quiuerit affari. Vos è commilitones sic con-  
 tinue mihi aduersamini, quasi nihil à me feli-  
 citer possitis consequi. Ego nuper militantes,  
 ex necessitate cum Lucio militeare existim.  
 Eos igitur plerunque nobiscum affectos, &  
 nunc à nobis conseruatos alloquis in animo pa-  
 tueram, quid à nobis passi, aut qua gratia  
 indigni habiti, aut quid ab alijs maius expe-  
 ctantes, in me, sive que at se ipsos arma mone-  
 rint. Hac enim in quibus defatigor, ad sorti-  
 tionem pertinent, quarum pars ad istos spe-  
 etat. Quod si annuitis, & id intelligam non  
 suadentium, sed incessanter deprecantium esse  
 signum, quacunque cupieritis ultra indul-  
 giam. Discedent quippe à reorum numero im-  
 pune illi, qui in futurum paria nobiscum sen-  
 tient. Vtrisque pollicensisibus, gratia votaq; in  
 Casarem reddita, ac nonnullis eorum quic-  
 dam attribuit ut susciperent. Multitudinem  
 vero tabernaculum eo loco in quo prius con-  
 siderat collocare subet, donec Urbes ad hyemam-  
 dum, oportunas & aduersantes in verbis  
 illis

illis traderet. Ipse pro tribunali sedens Lu-  
cium è Perusia cum Romanorum legione ad  
se venire insit. Venere igitur plurimi è Sena-  
torum numero, plurimi etiam ex equestri or-  
dine, aspectu maestro & miserando, & in su-  
bita mutatione persistentes. Et cum Peru-  
siam egressi essent, custodia orbis apposita est.  
Accedentibus illis, Casar Lucium pemes se  
constituit, alij alios ex Casaris amicis, alios  
duces turmarum suscepere, premonitos omnes  
in honore & insigni custodia futuros esse. Pe-  
rusinos autem à muris deprecantes, sine Se-  
natu exire monuit: Venientibus quoque in-  
dulxit. Senatores custodibus attribuis manda-  
uit, qui non multo post interfecti sunt, Lucio  
Aemilio excepto. Is Romacum iudicium de  
C. Casaris nece haberetur, absolutionem pro-  
mulgat. & omnes idem facerent, quasi solutos  
omni odio suasit. Perusiam Casar milibas  
preda subiçere statuerat. Verum Cestius quis-  
dam insolentior, qui pralio gesto in Macedo-  
nia Macedonicum se olim appellauerat, do-  
mum propriam incendens, se, suaque inieccio-  
signi. Hunc venti insurgentes per orbem effu-  
dere, sicq; conuersacimatis consumpta est: Vul-  
cani duntaxat templum superficiat. Hunc finem  
Perusia habuit, & evolutio gloriae & digni-  
tatis in se continens, quam ab Tyrrhenijs sam-  
pridem in Italia conditam, inter duodecim

primae verbes fuisse memorant. Et ob id Iunem  
Tyrrheniorum more in ea colis solitam.  
Quas reliquias verbis ex forte delegerunt: Val-  
canum deum patrium, Iunonis loco statuere.  
Postridie Cesar inducias concessit omnibus.  
Exercitus nequitam à tumultu conquisuit,  
donec nonnulli ex illis necarentur: Et erant  
hi potissimum Caesaris hostes, Canutus scilicet  
Et Caius, tum Flavius, Clodiusq; Bithynicus,  
aliij quoque. Et hic finis Lucij obsidionis in Pe-  
rusia fuit, bellumque hoc modo dissolutum est,  
quod omniū gravis ac disuturnus in Italiam  
futurum timebatur. Nam Asinios statim, Et  
Plancus, Ventidius insuper Et Crassus, Ate-  
iusq; Et quicunq; eiusdem factionis extitere  
exercitum baud contempnendum deducentes  
(tres enim supra decem legiones, equites qui  
gentos supra mille pugnaces habebant) nisi  
potissimum huins bellis partem ex Lucio pen-  
dere, ad mare aliis alio itinere profecti sunt,  
quidam Brundusium, aliij Ravennas, nonnulli  
Tarentum. Fuere qui ad Murcum proficisci-  
rente Et Aenobarbum, aliij qui ad Anto-  
nium se transferrent: subsequentibus continuè  
Caesaris amici, Et inducias illis offerentibus,  
Et recusantes clade aliqua circa pedestes maxi-  
me affidentibus. Ex his solus Agrippa duas  
Placum legiones, qua in Cameris relata fue-  
runt, sibi tradere suafit. Effugit Et Fulvia  
comit;

comitatis filiis in Dicaearchiam : ex Dicaearchia Verò Brundusium accessit, equitum tribus milibus illam subsequentibus, qui à praetoribus veluti ductores ad eam missi fuerant. Eo ex loco natiibus quinque longis comitatibus, que à Macedonia aduenierant, alijs quinque prius existentibus iter cepit, cum qua & Planctus sona profectus est, exercitus residuo ob timorem derelinquens, qua Ventidium Imperatorem sibi delegere. Asinius & Aenobarbus amicitiam cum Antonio inire decreuerunt, miscreque ambo ad Antonium transitum commematumque, & in Italiam celerrime veniret, pollicentes. Inter haec Caesar alium Antonij exercitum, quem Fusius Calenus magnis copijs circum Alpes deducebat, Antonium iam infensum sibi existimans, assumere tentabat, ratu si in amicitia idem permanisset, exercitum sibi conservare : sin hostis fieret, magnam & in adjicere fuisse rebus. Id cum facturus esset, nec indecorum videretur, Calenus morte preuentus est. Sic Caesar ad & rurisque occasionē naetus, ac illuc proficiens, exercitum assumpsit. Celicam insuper provinciam, Iberiamque suscepit, que olim Antonio parere consueverant. Fusio Caleni filio ex nositate pauefacto, & uniuersa sine armis ullis exhibente. Sic Caesar uno opere legiones undecim provinciasque ingentes consecutus, praetores eorum magistra-

eibus absoluist, proprijsq; appositis ad Erbem se  
conuertit. Antonius hyeme persistente adhuc  
legatos qui ad eum sortitionum causa profecti  
erant penes se detinuit, qua mente concepe-  
rat, occultius adhuc cohiben. Ex Alexandria  
deinde Tyrum profectus, ex Tyro Cyprum, ex  
Cypro Verò Rhodum & Asiam enauigans,  
qua in Perusia facta erant, intelligit. Fra-  
strem igitur, Fulciāmque causatus, & in pri-  
mis Manium, Fulciām Athenis morantem  
reperit ex Brundusio profectam. Iuliam por-  
ro matrem ad Pompeium fugientem, qui clari-  
iores circa illum extitere, ex Sicilia triremi-  
bus ad eum pramiscent. Lucius autem Li-  
bo Pompeij sacer, & Saturninus, & abij qui-  
cunque Antonij magnificentia utilitate duc-  
bantur, Et cum Pompeio societatem inicit,  
Itaque cum illo in Cesarem insurgeret, eme  
suadebant. At ille gratias Pompeio quam-  
maximas habere recepta matre professus est,  
easque in tempore redditurum fore. Se quidem,  
si cum Cesare pugnandum esset, Pompeio & socio in bello Cœsurum: sin in his que pol-  
licitus erat permanisset Cesar, daturum ope-  
ram & Pompeium illi conciliaret; sic ille respon-  
dit. Cesar Verò è Celio in Erbem proficisciens  
ab his qui ex Athenis venerant, Antonij re-  
spensum satis intellexerat: ceterum rei effe-  
ctum hanc clare intuebatur. Itaque quis sorti-  
tiones

ziones suscepissent, in Antonium irritare per-  
 gisse, veluti Pompeio agrorum cultores reducere  
 tentante, quos ipsi possiderent: multis quippe ex  
 illis ad Pompeium se contulerant. Et quam-  
 quam ea persuasio facile eorum animis hare-  
 ret, tamen qui sortitiones sibi assumpserant,  
 hanc prompte in Antonium capiebant arma.  
 Tantum illo Victoria in Philippis habite apud  
 omnes gloriam attulerat. Casar Antono, Pom-  
 peiisque & Aenobarbo armatorum multitu-  
 dine longe superiorem sese existimans ( habe-  
 bat enim ea tempestate legionum quadragin-  
 ta haud inferiores copias ) tamen cum classem  
 nullam obtineret, & tempus ad eam prepa-  
 randam minime sufficeret, illi quingentas na-  
 ues possiderent, ne Italianam circumnavigantes  
 fame opprimerent, non inepte forebatur. Hac  
 igitur animo contemplans, virginibus quam-  
 pluribus in connubium oblatis, ad Mecena-  
 tem misit. Ut ex his Scriboniam, que Libonis  
 Pompeiū saceri soror erat connubio sibi adiun-  
 geret, ut si concubitione opus esset, occasionem  
 ad id promptam & paratam obtineret. Id in-  
 telligens Livo, ad necessarios & ipse misit. &  
 ut sponsionem eam cum Casare inirent per-  
 suasit. Casar Antoniū familiares & exerci-  
 tus quos sufficiatos habuit, occasione assumpcta a-  
 lios alio dimittere curauit. Et primum quidē  
 Lepidum in Libyam ex decreto sibi traditam

nn 5 pra

premisit, sex Antonij legiones suspectiores deducentem. Lucium deinde ad se enocans, ad fratris benevolentiam adhortatus est, & tis sequitur Antonij sententia subeasset animo eius, proprium illi crimen obicitaret. Exprobavit illi autem ingratitudinem, qui tanto in honore apud ipsum habitus, nihil de Antonij mente resulisset, qui palam cum Pompeio conuenisse diceretur. Hac ego tibi fidens edisseram, inquit. Defuncto Caleno exercitum, provinciasq; sub illo positas, ne principatus sui parte fraudaretur, per amicos proprios Antonio disponere curari: nunc insidijs eius apparentibus, omnia illa mihi subiungere institui, tisque ad fratrem si abire cupis, adhibita Genia facile concedo. Sic illum affatus est, sive ut Lucium tentaret, sive ut qua ab eo dicta essent, ad Antonium deferricuperet. Lucius ut à principio isterum beatutus est. Ego Fulciam monarchiam esse intelligens, fratris mei exercitibus ad omnium Gestrum directionem fuisse sum. Quod si nunc ad monarchia euersionem accedit frater, clam palamque ad illum proficiar, propatria contra te gesturus bellum, quanquam erga me beneficum expertus sis. Sin idem dicit, & cum collegis ad id decernere intendit, tecum pariter in illum assumam arma, quonsque te monarchiam constituere nolle intelligam. Hoc enim pro patria semper anteponaro, gratia su-

incol, genereq; reiectis: sic Lucius retulit. Quem  
 Caesar & prius admiratione prosecutus, neuti-  
 quam se iniustum & reluctantem ad fratrem  
 missurum esse ait: ceterum tanti viri fides ibe-  
 riam omnem, exercitumque in ea existentem.  
 Speduceo & Lucio prataram gerentibus, velle  
 committere, Sic Caesar Lucium cum honore pa-  
 riter ac dignitate a se dimisit, ab his qui sub  
 eo milistabant, hanc aperte custoditum. Ful-  
 sicam interea morbo laborantem Antonium in  
 Sicyone dereliquit. Ipse è Corcyra in Ionium  
 classe peruenit, hanc ingenti vectus exercitu,  
 nauibus solum ducentis, quas in Asia perfec-  
 cerat, enauigans. Sentiens deinde Aenobar-  
 bum magno exercitu & ingenti classe ad se  
 properare, cum nonnullis haud satis intum esse  
 induciarum permissione videretur ( fuerat e-  
 nim ex his Aenobarbus, qui in causa pro Caij  
 Caesaris nece habita, in damnatorum nume-  
 rum relati, Ulterius inter proscriptos habebar-  
 tur, & in Philippus contra Casarem & An-  
 tonium armis sumperant) nihilominus nauig-  
 are perseveravit, & nauibus quinque pra-  
 plantioribus exectis, & fidem illi prabere vide-  
 retur, reliquam classem ex intervallo subsequi  
 iussit. Aenobarbo deinde uniuerso exercitu  
 & classe celeri remigio ad eum nauigante,  
 Plancus Antonio proximus, formidine corre-  
 psum est, & ut cursum contineret, aliquesque  
 ad

ad Aenobarbum periclitanda rei causa. Et ad virum ambiguum emitteret admonuit. Antonius fædere recepto, mortem prius subire velle inquiens, quam formidine prælata salutem adipisci, nauigare pergit. Iam in conspectum venerant, et rates præcedentes ex signorum vexillis apparebant. Et ad cursum et se inuicem adirent horribantur, cum lector Antonio ante proram assidens. Et mos fuit, siue quod ambiguum illum virum ignoraret, qui tanto exercitu proprioque ad eos nauigaret, siue à generositate animi id expromeret, Et inferioribus dignitate viris signum e naus deponere impetravit: Quod ab illis factum est, nauemque ad Antonij latera nauis appulere: ibi se inuicem dignoscentes complexi sunt. Domitij exercitus Antonium imperatorem appellauit. Quo saepe, sive tunc quidem Plancus fiduci amasspsit. Antonius Aenobarbo intra nauem propriam recepto, in Palauentram ad nauigauit, que in loco peditatus eius seruabatur. Aenobarbus tabernaculum egressus, Antonio loco cœpit: inde ad Brundusium venere ambo, quis lacus à cohortibus Cæsaris custodisebatur. Brundusini Aenobarbo ut hosti Veteri, Antonii ut hostem adducenti clausere portas. Antonius animo turbatus, et id lenocinio quodam fieri existimans, re autem Cæsaris mandati prohiberi adiuuus viris, Isthmum muro parito fit

fossaque Gallus sit. Est autem ea urbs insula in  
 modum telluri addita, stagno luna informam  
 conclusa, ita ut praeviso colle, ex muro com-  
 munito, nequit ex continentis ad illam ire  
 liceat. Portum igitur Antonius magnitudi-  
 ne amplissima, insulasque in eo existentes, cre-  
 bris custodijs omni ex parte circunsepsit, et  
 ad maritima Italia pramittens, ad opportuni-  
 tatem incitabat omnes. Incepit et Pompeium  
 Italia inferre classem, et quacunque posset  
 bello invadere. Ille Menodorum magna clas-  
 se, quatuor legionum instructum apparatu in  
 id bellum misit: qui Sardiniam Casari pa-  
 rentem, duasque in ea legiones sibi assumpsit,  
 ob Antonij conspirationem cum Pompeio metu  
 territas. Itaque Sigiuntam in Ausonia Anto-  
 niani sibi vendicarunt, Thaurios et Consen-  
 tiam Pompeius obsedit: regionem quoque equi-  
 bus attribuit. Caesar subita agressione omni-  
 bus in locis confessim facta, Agrippam, qui  
 Ausonijs bello laborantibus afferret operm in  
 prismis misit. Agrippa ex itinere, qui tellu-  
 rem ex sorte consecuti erant, ex intervallo se-  
 quie iubet, quasi in Pompeium sumptuosos ar-  
 ma. Ills ex Antonij sententia hac fieri in-  
 telligentes, clanculum ad propria vertere gra-  
 dum: que res Cesarem maximè conterruit.  
 Brundusium itaque proficiens alio comi-  
 tante exercitu, his spsis à casu obuiat, admo-  
 netque

nēque, & qui ab se in colonijs distributi fuerant, verecundia correptos iterum renescat, mater se secrete voluntates Antonium Casarēmque inuicem conciliare velle. Et si non obsequeretur Antonius, ipsi Casari ope adssisterent. Casar in Canusio per nonnullos dies morbo conficitatus est. Omnino igitur secundum muleitū dinem Antonio superior, Brundusium adhuc circumuallātes reperit, nec aliud quam prope assidens castrametabatur, & que fierent intentus obseruabat. Ceterū Antonius munitora quaque facile adeptus, & pote qui multo plura tute expugnare posset, exercitum ex Macedonia summa celeritate ad se enocat. Interim circa Vesperam naues longas rotundasque clanculum populari multitudine reprære statuit, quae deinde per diem ex interullo manigantes atque armata cursum caperent, & buti e Macedonia tunc primum redentes, ut intuente Casare, machinas ab illo destitutas ipse inuaderet, quibus Brundusinos aggredi stirbat, turbato Casare, quod nihil illis praesidiū afferre posset. Circa Vesperam & trisque nunciatur signum ab Agrippa occupatam fuisse, Pompeianos à Thurijs reiectos, circa Consentiam adhuc habere castra: pro quibus Antonius cōturbatus est. Cum Verò Serrulium ducentis supra mille equitibus stipatum ad Casarem transisse nunciatum est, Antonius nullus

interv.

interposita mora, ab ipsa statim cœna cum amicis, quos paratos reperit, & equitibus fere quadringtonitis aulacissime proiectus mille & quingentis circa Hyriam urbem quiescentibus celeriter innabitur, eosque nullo marte sibi ascensit: eademque die Brundusium iterum reddit.

Sic Antonium & inusitatum, belli opinione in Philippis acti, verebantur omnes. Qua gloria insuper elata pretoria cohortes, qua cum illo militabant, ad Casaris castra per partes proficiisci ausa sunt, & cum eo castrametantes conuictus incessere, quod ad oppugnandum Antonium non conuenissent, qui eos in Philippis saluos praestitisset. Reclamantibus illis quod in ipsis pugnatui potius venissent, sermones inter astantes coorti, conuictaque ad iniucem obiecta Antoniani exclusionem Brundusij, ac Caleni copiarum surreptionem referebant: Casar's milites contra Brundusij exclusionem, & fidicenque exprobabant: Ausonia præerea excursionem, quodque cum Aenobarbo percusso Caij Casar's, ac Pompeio communis hostie inuissent fedus. Postremo Casar's milites qua mente continebant, cateris aperiunt, quod Cesarem videlicet secuti essent, nemquam immemores Antonij virtutis, sed conciliationem inter vitrosq; meditati, in Antonium, si abnueret sumpturi arma: & hac etiam Antonij Gallo appropinquantes referebant. Dum  
bac

bac inter eos agitantur, subinde Fulviam decessisse nunciatum est, que ex Antonij querelis valetudine correpta, ob eiusdem iram morbum sponte produsisse ferebatur: agrotantem quippe reliquerat, neque cum relinqueret, adierat. Vt sum est itaque utrisque eius mortem in rebus bandquam contemnendis per maxime conferre, muliere ambitiosissima è medio sublata, qua Cleopatra Zelo tam ingens exsuscitasset belum. Eius obitum Antonius per facile perpeccum est. Vt pote qui mortis sua causam à se produisse sciret. Erat Lucius Cocceius Cesari & Antonio pariter amicus, & qui superiore astute cù Cecinna in Phoeniceam à Cesare legatus Antonium adierat. Is redeunte Cecinna, cum Antonio moram trahens, commoditate tēporis ad hac sumpta, se ad Cesarem iturum, quasi illum insursum simulauerit: annuente Antonio, idem tentandi gratia, an aliquid ab Cesarem nunciari vellet interrogat, literas eius causa se delaturum esse spōdet. Cui Antonius, quid admicem scribemus, inquit, hostes existentes, nisi vt calumnias mutuo loquamur? Has enim per Cecinnam iam pridem scripsi: quarum se cupis antigrapha, vltro accipe. quo dicto ridere capīt. Ad hac Cocceius. Non sīnā, inquit, Cesari hostem dīci, qui talem erga Lucium ceterosq; Antonij amicos se praestiterit. Tum ille, Quis ē Brundusio, inquit, me excluserit, nationesque misit

mīhi subditas, & exercitū tam ingēnū sub  
Caleno eripuerit, hoc amicis benemolus solum  
tibi appareret. At is non amicos meos salvos  
esse, sed pro beneficio inimicitiam reddere velle  
videtur. Cocceius de quibus quereretur intelli-  
gens, nihil celerius acerbitatē eius irritare  
ausus, ab eo ad Casarem transit. Qui cū illum  
appexisset, cur nō celerius ad eum rediisset ad-  
miratus est, non equidem, inquit, frātrē tuum,  
vt inimicus mīhi esses, conseruavi? Tum ille,  
quid hoc, inquit? amicos inimicos vocas, &  
exercitus illis eripis. & prouincias? Ad hac  
conuersus Casar, non defuncto Caleno, inquit,  
necessē fuit adolescenti filio, absente Antonio,  
tam ingentes concredere copias, quibus Lucius  
irritatus defauiret, Asinius & Aenobar-  
bus propinqui in nos viciissim vterētur, ex quo  
Planci legiōnē summa celeritate, ne ad Pompeium  
transfret, intercepseram: nam equites eo  
rum in Siciliam delati sunt. Ad hac Cocceius,  
aliter, inquit, hac verba referuntur, quibus  
nec fidē adhibuit Antonius, quousq; à Brun-  
dusio vt hostis exclusus est. Tum Casar nihil  
huiusmodi se mandasse, aut aduētum eius co-  
gnouisse ait, neq; cum hostibus eum venturum  
credidisse, Verum Brundusios ac p̄fectum  
eo loco derelictum, ob Aenobarbi excursio-  
nes à seipsis Antonium prohibuisse ad te, cum  
Pompeio communi hoste conspirantem, &

oo Aenob

Aenobarbum parentis sui percussorem adducetem, decreto ac iudicio proscriptioneq; dñatum, & post bellum in Philippis habitem, Brundusij etiam urbem obdidentem, Ionsum porrò omne in circitu depraedantem, qui super naves eius succedisset, Italiusque seniuersam excursioni praecepsq; subjeceret. Tum Cocceius. Cōmentis, inquit, cum quibus velle eis fæderetur pariter inire, neq; cū percussere aliquo fedus in iūt Antonius, nihil minas quam tu, parentem tuum in honore dicens. Aenobarbus porrò in percussorum numero nequam fuit, neq; decresum illum in eum ex traillatum est. Non enim consilij eius particeps fuisse dicitur, neq; sic anteo Bruto non ignorisse existimamus. Nec profecto vel modicum praueniremur succensentes omnes, neq; cū Pompeio sūmā depugnare pollicitus est Antonius, sed cum à te oppugnaretur, facili sibi assu mere, aut illum tibi conciliare, nihil intolerabili hucusq; peragenter. Tu autem & horū causam tibi assumis. Signidē per Italiam bellum minimè passurus est Antonius, neq; etiā cum his legationes initurus. Hac quippe de Antonio confido. His auditis Cæsar, Quid Italiam, inquit, nominas? me quidē cum ipsa Manius & Fulvia Luciusq; bello perfecuti sunt: neq; Pompeius primum; Verā nunc Antonio confusa maritima invaserit. Ad hanc Cocceium, non  
 Antonio

Antonio confisus, sed ab Antonio pramis-  
 sus. Non enim hoc tibi celabo, inquit, Et rela-  
 quam Italiam classem nullam cōtinentem in-  
 genti classe percurrat, ni vos in unum cōcne-  
 ritis. Casar huiusmodi discēdi artem hanc in-  
 cariose audire Gisus, cum passum se continuis-  
 set, in hunc modum retulit. Sed nec gloriabi-  
 tur Pompeius nequam male nunc ex Thurys  
 expulsus. Cocceius sermonum ambiguitatem  
 straq, ex parte intuens, Fulvia mortem cōpīe  
 recensere modum quoq, esus retulit, quodq, ob  
 Antonij iram grauius contraxisset morbum.  
 Ex maiestia in longū languisset, cum An-  
 tonius nec agram inuisere curasset, Ex ob id  
 mulcerem interisse non ambigeret. Ea igitur  
 de medio sublata, nihil inter vos, inquit, necesse  
 arbitror, quād et eorum qua subdubitatis, Se-  
 ra fateamini. In hunc modum Casarem lenies  
 Cocceius, ea die apud illum hospitatus est. Ex  
 Veluti iuniorum maiorinatus non nihil ad An-  
 tonium mittere suavit. Ille belligantis adhuc  
 quicquā scribere velle renuit: non enim illum  
 ad se scripsisse. De matre vero eius palam se-  
 queri professus est, quod cum illi generis affi-  
 nitate rangeretur, praecaterisque ab se collre-  
 tur, diligenterq, ex Italia fugisset, quasi apud  
 neminem filio excepto diuertere liceret. Hac  
 guidem Casar studiosè machinatus est, Ex ad  
 Iuliam pramittere curauit. Cocceio egrediente

exercitum, mules ex prefectis & ordinum pri-  
 moribus exercitus mentem prodidere. Cocceius  
 cum alia multa, tum hac etiam Antonio re-  
 ferre studuit. Et si Cesari se minimè conun-  
 geret, milites in eum pugnaturos esse sciret:  
 consuluitque ut Pompeium ab his quae popu-  
 labatur, auertens, in Siciliam premitteret,  
 Aenobarbum etiam aliquò legaret, dum inter  
 & troisque fidus insretur. Matre itaque illum  
 adhortante, (nam à Iulijs genus deducebat)  
 rubore motus vereri se dixit, ne succedenti-  
 bus minimè fæderibus, iterum cum Pomp-  
 peio societatem inire cogeretur. Non defferan-  
 te matre ea fore secutura, Cocceio insuper in-  
 stantius sorgente, & ampliorem spem adhuc  
 illi pollicente, Antonius tandem assensus est.  
 Pompeioq; in Siciliam redire persuasit, quasi  
 eorum que promisissent consilia iniurasse: Ae-  
 nobarbum in Bithyniam, qui prouincie illi  
 praesasset, delegauit. Hac exercitibus Cesaris  
 cum innotuissent, oratores ad & trung; inter se  
 se decreuere, qui calumnias cōpescerent, quasi  
 non inter illos iudicium laturi essent, sed inuiscē  
 conciliaturi ambos, Cocceiu à seipso veluti com-  
 munem & trisq; amicum eligentes, ex Anto-  
 niū vero parte Pollio nō nominarunt, ex Ca-  
 saris amicis Mecanatem, qui Cesari & An-  
 tonio, prateritorum obliuionem primum nun-  
 ciarent, deinde in futurum benevolentiam  
Griique

Etriquè indicerent. Nuperrime autem defun-  
 Eto Marcello, quì Octauiam Casarii sororem  
 matrimonio sibi adiuxeras, ex fædere aquum  
 statuere Casarem Antonia eandem exorem  
 tradere. Quod coloriter effectum est, séque ini-  
 citem imperatores complexi sunt, ac confe-  
 stissimis clamores ab omnino exercitu, laudacio-  
 nes ad utrumque nulla intermissione per con-  
 versam diem noctemque patuerunt. Sic Casar.  
 & Antonius Romanorum principatum de-  
 mo inter se partiti sunt. Terminos verò im-  
 periij Codropolim Illyricorum, qua Ionij finium,  
 in medio potissimum sita est, inter se statue-  
 runt, Antoneo deinde ab oriente ad Euphra-  
 tem usque flumen desuper populos insu-  
 latisq; subesse: Casaro qua ad occidentem per-  
 tinerent, usque ad oceanum parere voluerunt.  
 Lepidum Libya praesesse ab Casare concessum.  
 Casari Pompeio inferre bellum, ne una conue-  
 nirent: iniunctum est, Antonio Parthos ado-  
 viri ab clade præter fiedem Crassus illatans.  
 Aenobarbo confidens cum Casare, qua cum  
 Antonio fuissent, missere sponsiones, exerci-  
 tum ex Italo utrumque posse deligere. Hea  
 nouissima inter Casarem & Antonium fu-  
 deria fuisset referuntur, ac confessim omnes quisca-  
 que ad ea qua celeritatem indigebant, amicos  
 præmisere. Ventidium in Asiam Antonius.  
 qui Parthes Labienionque per ocium Syriam

ad Ionum. Usque percurrentes continentur.  
 Quia vero Labienus Parthique à Venida  
 passi sunt, ea libro quem de Partibus scrip-  
 pos, priuatum referuntur. Helenum autem  
 Caesaris pratorum magno impetu Sardes in-  
 uaderent, Menodorus Pompeij prator iter-  
 um è Sardis expulit. Quia ex re maxime con-  
 turbatus Caesar, Antonij famulos, quis Pom-  
 peium sibi conciliare cuperet, contempserat  
 tro. Romanum deinde reversi ambo, mupicias fo-  
 lennis more celebrarunt. Et Marium quidem  
 Antonius, utpote qui Fulviam ad bellum  
 irritasset, ad Cleopatrae alacriam recistrad-  
 dit, tantorum malorum causam afferentem.  
 Salvidenum insuper perfidus apud Casarem  
 accusavit, quod defelctionem priuatum cogitaf-  
 set, cum exercitum eius circa Rhodanum de-  
 duceret, fibiq; ad Brundisium castra baben-  
 ti per nuncios id ipsum intimare curauisset.  
 Hac igitur ab Antonio peracta, non omnisum  
 tamen iudicio comprobata sunt, ob naturam  
 eius subitam, nemisque proclivem ad benevolen-  
 tium. Salvidenum igitur Casarem in aera ce-  
 leritate, quasi eo solaquam effet, ad se evoca-  
 uit, extemploque ad exercitum remissum, caro-  
 denudo reverteretur, committi primo impetu cum  
 confidi inisset. Exercitum quoque sub co-  
 stitutem scutis suspectum Antonio tradidit.  
 Inter haec fames asperius invaserit orbem, mul-  
 lis ab

Iis ab oriente negotiatoribus, ob Pompej timorem, Siciliaq; adiacentis, maria adnauigantibus, neque ab occidente ob Sardiniam & Corsicam, quas idem obsinebat, neq; ex superioribus Libya, ratis eius utraq; ex parte maria infestantibus. Quamobrem universa columnis referta erant, causaq; fel praeputia ad contentionis duces referebantur, quos subinde increpabant, & ad conciliationē cum Pompeio in eundam incitabant. Casare nec sic quidem conciliationē admittente, Antonius se bellum in eum acceleraret, ob famem hortabatur. Obstante pecuniarum inopia, descripsio in publicum protata est, eos videlicet qui seruos possideret quinq; & viginti dracones marum pretio, dimidiam pro quolibet ad onera conferre oportere, quod alios bello in Casuum & Brutū gesto factum videbatur. Conferre insuper & sortem: qui ex testamentis fructum suscepissent, Hanc descriptionem furibundo impetu turbatus populus statim lacerauit, questus eos qui araria publica olim extanserint, prouincias prade subiecissent, Italiā ipsam tributis, & cingulis, & bonorum publicatione oppresserint, non in bellis ex aquitatis imperare posse, sed in proprios hostes ob domēticas solam graffari dignitates, quorum causa proscriptiones & occisiones famēsque ex omni dolorum genere emersissent,

Et adhuc residua inter se partiri cuperent.  
 Instantes itaque clamabant. Et eos qui minime  
 vna insurgerent, rejecabant a se, coram  
 domos deripere, ac ignis subiugere velle mina-  
 bantur. Dum igitur multitudo omnis tumultu  
 fluctuat, Cesar cum quibusdam ex amico-  
 rum numero, et scutiferis paucis comitatus  
 in medium venit, eos alloqui. Et querela ha-  
 uismodi ab his inquirere affectans. Illo quam-  
 primum in conspectum venientem fide repul-  
 lere, et nec se sustinentem aut offerenteem  
 amplius, vulneribus quibusdam impetuosa-  
 risere. Qua cum ad Antonium relata essent,  
 ut illi opem afferret properabat. Per Yacram  
 igitur viam descendenter non vixq; expulere  
 cives, veluti ad Pompeij conciliationem audi-  
 nantem, verum reuersi suaerunt: quibus  
 minimè parceret, repulerunt. At ille armis  
 quoadplures extra murum confidens ut se  
 aduocat non permittentibus illis, milites in-  
 ter se dimisi per transuersa itinerum foriq;  
 contunduntur, obusos quoque cadentes. Sed nec faci-  
 lis illis evadendi existet, cum à multitudine  
 oppressi locum fugae haudquaquam invenirent.  
 Cades igitur immensa oritur, plage fondoq; et  
 ab tectis vultuatu voceisque strepebant: ita ut  
 Antonio vix subterfugiens pataret iter: qui  
 tamen Casarem ab instanti tunc quidem per-  
 culo absoluist, et intra domus penetralia, tu-

sum reddidit. Fugiente molestudine: ne reliquos aspectus rei conturbaret, iacentia passim cadavera in Tybrim iacebāt, ac subinde aliorum insurgebat fletus, corpora à fluvio delata contemplantium, circumfidentibus eis militibus, maleficiisque. Quae enim beneficierant, sed domesticum facilius ferre poterant. Verum has tandem non sine imperatorum odio ac timore consopita sunt. Interim fames decimam angebat, & populus nil praterquam quiescens suspiria emittebat. Antonius Libonis necessarijs, & cundem ex Sicilia accerferent, veluti magnum quipiam acturum, ex generi consensu fundebat: Liboni quippe se securitatem abnarde prastitorum, quod ab illis summa certitate effectum est. Pompeius quoque Libonis assensum preficit. Progressus igitur Libo ad insulam quam Enariam vocant, in anchoris constitit. Id intelligens populus, iterum in unum conuenit, multisq; fletibus Casarem deprecatione est, & Liboni ad eum pro pace venienti fidem securitatemque primitteret. Itaque Caesar quinquaginta inustus tandem amittit. Populus insuper Mustiam Pompeij matrem, ignem comminatus nisi filium conciliasaret, omnia noxie. Libo igitur hostibus ad id inclinantisibus, duces & ad se venirent adhortatus est, quasi suicem concessuros qua illis considerentur. Impellente itaque per finem populo,

oo s Caesar

Cesar & Antonius Baiae usque progressi sunt. Pompeius interea ut pacem iniret adiuvantes sine sua dubit atque suadebant. Menodorus solus e Sardis primitens, ut bellicum prosequeretur, ut pacem Glecius differret, quasi fame pro ipso depugnante; & federibus cum placitum esset, in metu illa longè successuris, hortabatur. Quibus cum Marcus adseraretur, Pompeius cuncto tacite custodiri iussit, quasi imperium sibi asciscere querentem. Iam enim ante a cum ob dignitatem atq; interiorē eius mente graviter perferret, tum vel maximè ob hac ipsa aspernari videbatur, nec illa, in re colloquium cum illo imibat. Murens ob hec consturbatus, Syracusas concessit, ibi nonnullos ex custodibus se subsequentes contemplatus, aperte de illo conqueritus est. Pompeius ductore turmae ac Tribuna eius primus interfectus, qui Murem etiam occidere instruxit: feruntq; illum a servis quibusdam interfictum esse, quos Pompeius ad tegendum scelos crucibus affigi iussit. Non latuit tamen id odium in Bithynicum secundo exercens, erga hominem bello inclypum, & qui a principio ob bencvolentiam partes eius secutus fuerat, in Iberia benefactorē quondam suum, & ad illum sponte profectum in Siciliā. Marcus igitur in hunc modū periret. Ceteris deinde Pompeium ad conciliationem impel

impellenibus, & Menodorum sit regni cupido  
dum palam arguentibus, qui non beris susbe-  
menvolentia potius quam sit exercitum prouinci-  
amque adipisceretur, his obstatet, assentes  
Rompeius, muleis variib[us] ac sexremibus in-  
clytis. Euaniam evanigavit audaq[ue] Discursu-  
claram circa vesperam, insigne ponit. & ap-  
paratu, inspellentibus noctibus cursum ea-  
nuit. Orta luce, modico intervallo lignis per-  
transuersum intra mare fuisse, asseres apposue-  
re, per quas inferius additis stramentis, Car-  
sus & Antonius ad ea qua telluri propria re-  
verant applicuerunt. Pompeios autem & Libo ad  
id sospite quod ad manus gari poterat, modico sub-  
ente sale, et adimicem clamantes iudicatu-  
rum, fixamente eassem. Cum Pompeius se ad  
principatus communionem Lepidi loco admis-  
to posceret, illa reditum in patriam duxit, et  
polliceri decerens, nullo confecto negocio ab  
innucem digressi sunt. Legationes deinde am-  
corum crebra hinc inde solitabant, Sarci  
pedicibus ab utrisque emergentibus. Pe-  
trata Pompeius sit proscriptis & Gaij Cesaria  
pencusoribus, qui secum bona conuenissent,  
fuga siue delagatione: catenis redditus in Erba  
prohiberetur. Substantio insuper quam perdi-  
dissent, redditus illis fieret. Accelerantes  
itaque ad conciliationem, partim à fame,  
partim à populo cogiti. Sive hoc quartum  
tan

tandem conuere, Et à praesidentibus emerentur.  
 Et hoc proscriptis subinde annuntiarunt, sperantes  
 hoc ipsius abunde sufficiatura. At illi iam  
 Pompeium ob Murci odinum nonnihil formida-  
 tes, omnia hoc salto suscepere, et ad Pompeium  
 profecti, Et fuderant, suadabant. Ob hoc  
 Pompeium vestem discidisse auunt quasi ab il-  
 lis prodoretur: quorum causa Menodorus pa-  
 gnare, Et si praeorium virum solumque be-  
 nivolam crebro consulmare caput. Denique  
 matre Mutia, ac Iulsa Antonij matre com-  
 pelloneibus, iserum hi tres viri in circuclatu-  
 sum condicte Et veterem conuenere aggerem,  
 Et custodiarijs manus appositis in hac conspi-  
 rauere fudera. Bellum inter eos terra manu-  
 que dissoluere, negotiatores omnium docere libe-  
 re commissare posse: Pompeium custodes qui-  
 cunque in Italiam haberet, subito educere: ter-  
 ritos ad se fugientes non admittere, neque na-  
 sisibus Italiorum ultra percurrere, Sarda-  
 nia, Sicilia, Corsica que imperare, atque  
 quas tunc contineret insulis, catenis Antonius  
 Caesarique praesidentibus: Romanis praeterea  
 ex longo cumulati, Et illis mittetur curam  
 suscipere frumenti, Peloponnesum ultra bacfi-  
 bi assumere: Absentem per amicium quem  
 eligeret consulatum administrare, Et par-  
 ticipem inter sacerdotes nominari posse. ha-  
 Pompeio concessa. Illustrioribus prater ha-  
 reb

reditus in urbem datum, nisi si quis ob necem C. Cesari decreto aut indicio damnatus exularet. Substantiam cateris qui ex timore profugissent, reddendam censuere, & qua existentia illis si sublata essent, nasciuntibus exceptis in integrum restitus debere. Proscriptis, & his quis cum Pompeio militassent, quam partem adscribendam fore: Senuos liberos esse: Liberis cum à militia cessassent, eadem qua Cesari & Antonij militibus concessa fuerant, premia esse tribuenda. His itaque inter se conuenere, eaque conscripta, & signis proprijs munita sacris Virginibus custodienda misere Romanum. Post hac sorte ad inicitem ordinis inter se hospitati sunt. Primus in sexredi Pompeius, qua ad aggerem proxima constituerat, cateros ad cenam iunxit, deinde Antonius ac Casar, tabernaculo super aggerem apposito, & veluti ad occasionem omnes in littere coniunctionem egerunt, & fortasse ad securitatem nulla suspicione addita: quanquam nec sic quidem negligenter se habuere, verum naues ad eos accesserunt, custodesque circumquaque persistere. Et hi ensibus pariter accincti clanculum ad cenam assederunt. Ferunt Menodorum illis in nauis confidentibus, ad Pompeium nuncium missum, qui ad hos viros animuzum conuertere, & parentis fratriusque supplicia pariter calciscere, Imperiumque paternum

num ex tam subita occasione vendicare illum  
 admoneret. se etenim ita nauibus prouisurum  
 esse. Et nemo posset euadere. Cui Pompeium  
 qua genero eius & necessitate digna essent,  
 his verbis respondisse asunt. Menodoro sine  
 me hoc facere profecto licet, cui peccare fas  
 est: Pompeio vero non satis. Despondere  
 praterea hoc coniuio Pompei filiam. Libo-  
 nis neptem. Marcello Antonij primogenito.  
 Casaris consobrino. Postridie consules in qua-  
 driennium Antonium ac Libonem primos  
 creauere, contra constitente Antonio quem  
 prius ipse eligeret. Post eos Casarem & Pom-  
 peium, deinde Aenobarbum & Sossium, po-  
 stremo iterum Antonium, & Casarem ter-  
 tio tunc futurum consalem, sperantes eundem  
 Rempub. populo subinde restituturum fore.  
 Hisque peractis ab iniuicem diuisi sunt. Pom-  
 peius nempe in Siciliam enanigauit, Cesar  
 & Antonius Romam rediere. Quia intelli-  
 gentes Romanis, uniuersaque Itilia laudes pas-  
 sim concinebant, quasi ex gentili bello ad pacem  
 aspirantes, filiorum direptione, custodiarent  
 contumelia, seruorum fuga, agrorum popula-  
 tione, denique agricultura vacatione, ac famis  
 ad extremum ipsos opprimentis clade liberati.  
 Sic proficiscientibus ipsis, veluti saluatoribus  
 publicis ubique sacrificia fiebant: & in Urbes  
 venientibus, summo splendore & apparatu

obs.

obuiam progrederi statuerant, nisi quod pom-  
pam euitantes illi, clam nocte Romam ingressi  
sunt. Soli animo angebantur, qui agros sub  
Pompeio distributos alijs, ipsi ex sorte datos  
sibi assumpserant. Nam eandem tellurem sa-  
mul vendicantes, & implacabiles hostes affi-  
tuos, seque cum licuisse inimicos formida-  
bant. At qui circa Pompeium mitem duxer-  
rant, maiori ex parte Dicaearchiam profecti,  
illumque complectentes, ac gratulantes, Ro-  
mam nauigarunt. Quo facto, reliqua multi-  
tudo omnis exultabat, voces variae cum letitia  
& gaudio resonabant. Undique, tot praelatio-  
ris tam insperata salutis redditis. Post hac Ce-  
sar ad Celtas tumultu concitos profectus est.  
Antonius ad Parthorum bellum iter cepit,  
ac Senatu, quacunque fecisset, aut actarus es-  
set, ex decreto comprobante, iterum duces suos  
ad Varias orbis partes delegauit, & quacun-  
que alia animo conceperat, effecit. Instituit  
& reges, quos ipse comprobasset, tributis ex  
ordine descriptis, Ponti Diarsum Pharnacem,  
Mithridatis filium, Idumaorunt & Samareorum  
Herodem, Pisidorum Amyntam, par-  
tis Cilicia Polemonem, aliisque alijs nationi-  
bus praesse voluit. Exercitum vero quem se-  
oum in hibernis habere decreuerat, existun-  
danti ornare & exercere constituens, partim  
ad Particolans misit, gentemque Illyriam, Epi-  
damnos

damni quondam incolam, cuius opera Bratus  
 in bello promptissime  $\Sigma$ sas fuerat: partim, in  
 Dardanos aliam Illyriorum gentem, conti-  
 nuè Macedonibus bello infensam: reliquum  
 in Epiro quacunque in circuitu patet, mane-  
 re iussit. Ipse hyemem Athenis peracturus,  
 Furnum in Libyam ire monuit, legiones qua-  
 tuor que à Sestio tenebantur, in Parthos de-  
 ducturum, ne tiquam satis fissis Lepidum eas  
 Sestio adempturum esse. His breue in modum  
 constitutis, hyemem Athenis cum Octavia  
 uxore egit, quemadmodum in Alexandria  
 cum Cleopatra prius egerat. Quæ enī ab e-  
 xercitibus missa fuerant, solum detulere. Ipse  
 simplicitate quadam primis culenis, principan-  
 tis loco  $\Sigma$ sus est. nam veste quadrangula, cal-  
 ceamento Attico stebatur. Ante fores solita-  
 do  $\mathcal{E}$  quies,  $\mathcal{E}$  egressus eius pars modo for-  
 bantur, nullis precedentibus signis, datus so-  
 lum amicis comitatus, subsequentsb sortidam  
 seruis ad praeceptorum contubernia aut recita-  
 tiones ferebatur. Convivium Gracorum moxe  
 instruebat. cum Gracis quaque hyemem  $\Sigma$ sas  
 transigebat, festiuitates  $\mathcal{E}$  solemnia cum com-  
 tu vicissim celebrans, assistete Octavia, cui plu-  
 rimū obsequebatur, utpote ad miserebres la-  
 scinias procluis  $\mathcal{E}$  subitus. Finiebat hyeme,  
 quasi aliud effectus esset, iterum immixtus fe-  
 ste, effectum quoque variabat. nam signorū et  
 primi

Prima multitudo ducum armatorumque fures  
 eis obsidebat. Uniuersa strepitu paureq; reso-  
 nabant. Legationes à principio silere iussæ, tunc  
 primum admiscebantur, discernebantur ēg.  
 causa, names attrahebantur, ēg omnis aliis  
 apparatus simul mouebatur, ēg Antonius ad  
 omnia præfens ventistabat. Casari interim à  
 Pompeio federa primo in iste dissolui sisæ sunt,  
 alijs ut exsistimant ex causis, quas autem Ca-  
 sar palam referebat, huiusmodi fuere. Pelopon-  
 nesium Pompeio Antonius tradidicerat, poscens  
 ut quæ sibi Peloponnesij deberent, ipse trade-  
 ret, vel se suscipiente provinciam, redditionem  
 ipse assumeret, aut actio eorum in integrum  
 maneret. As ille provinciam super his mini-  
 mè suscepisse aiebat, ratus cum debitoribus  
 omniæ adscriptam esse. Turbatuſ itaque vel eo-  
 rum causa. Ut Caesar aſſerebat, vel quod mente  
 minus fideret, aut eorum zelo qui exercitus ma-  
 iores continerent excandesceret, aut à Menodo  
 ro irritatus, qui inducas potius quam firma fa-  
 cera in yſſe illum diceret: names denno alias, re-  
 magesque in omnium comparabant, ēg ad exerci-  
 tum oratione habita, omnino se apparare ob  
 hac necesse esse prædicabat. Depradatores igi-  
 tur clam denno maria oracula infestabant, pa-  
 riuntq; aberat, Romanos à prima famis clade  
 perirgersi, sic ut palam conclamarent, non ob  
 malorum liberationem, sed ob quarti tyranni

PP susce

susceptionem, fideva inter eos inita esse. Caesar nonnullas à piratis naves affecutas, navales suppicio affecit, qui cum se à Pompeio missos dicerent, rem populo sive acta erat, notam fecit, & ad Pompeium ipsum misit. Ille pro his verba reddidit, deinde. Peloponnesi gratia contrà postulauit. Quicunque igitur ex illustribus cum illo uaderant, libertis assidue parentem inuenentes, quosdam ex his interemerat, siue à seipso meditatis, siue Cesarii gratia sive in Menodorum irstant, quasi dominū in seruum adhortantes. Quidam etiam Menodori potentia adversi, labenter id agebant. & Pompeius ad contentiōnem cum Menodoro continuè agebatur. Hisdem diebus Philadelphus Cesarii libertas ad Menodorum frumenti connectandi causam auigavit, qui Menodoro fidissimus, etiam de pugnacis ad eas agitare cōspicit. pollicites Sardiniam Corsicamque cum tribus legionibus ille tradere, amicorū quoque multitudinem aliam adjuvare. Quod opus siue Philadelphi, siue Menodori causa processisset, ob calumnias ad Pompeium antea delatas, Caesar confessim non admisit, meditatus pacem re & opere quam sapienter soluere. Itaque Antonium ex Athenis Brundusium ad definitam diem emocauit, cum eodem de bello consilia in iuris. Datus longas ex Ravennis, & exercitum ex Celsis

tis apparatumque alium Brundusium & Di-  
 cauchiam summa celeritate accedere man-  
 davit, omni ex parte, si Antonio placeret, Si-  
 ciliam Pompeiumque innasurus. Et ille qui-  
 dem ad definitam diē cum modicis applicuit.  
 Non inuenio autem Casare inde discessit, Vel  
 quod bellū sententiam contra fidera assumpcio  
 minime probaret, Vel quod apparatum Cesari  
 & ingeniem contemplares formidaret, non  
 enim suspicio ineād: principates ex animo eius  
 penitus exceperat, Vel signis terrefactus id e-  
 gisset. Nam ex custodib[us] ad tabernaculū eius  
 excubantibus, unus à feris laceratus inuen-  
 ius est, fixe ademptus quasi ad indicium au-  
 ferendū, cum neque vocem emittere, nec à  
 quoquam cum eo quiescentium audiri potuif-  
 set: & lepum circa auroram ē tabernaculo.  
 eius fugientib[us] Brundusini se vidisse dicerent.  
 Ad Casarem tamen scripsit, ne qua inter  
 eos composita fuerant, dissolueret. Menodo-  
 ro quoque, ne abiret, ut seruo eius fugitivo  
 committatus est. Fuerat enim Pompey mag-  
 nis seruos, curas substantiam Antonius &  
 hostis ex lege venundatim ad hastam emerat.  
 Caesar tamen non nullos in Sardiniam & Cor-  
 sicam misit, sumptuosus quia Methodorus illi  
 tradidisset. Iam enim Italica maritima omnia  
 custodijs multis occuparat, ne Pompeius ite-  
 rum illas tñaderet. Ad hæc triremes alias.

Roma, alias Ravennis commorari insit. & exercitum plurimum ex Illyrio accersisse. Menodorum ad se profectum liberum confessim ex liberto declarauit, & his quas adduxisse manibus praesce noluit, sub Calvisio pratorum classem deducentem. Hoc constituens Cesar, & apparatum ampliorum in unum colligens, bellum differebat, questus Antonium nequitquam absentem oppersi. Voluisse. Apparatum autem omnem cum in unum conculisset, Cornificium ex Ravennis celestissime Tarantum adducere imperat. Eo classem deducente ingens tempestas subito exoritur, & ex omni classe manus qua Cesari paratae erat, mari obruitur. quares futuram calamitatem significare videbatur. Inuaescente dictum suspicione quasi preter fedos id bellum intretur, Cesar quo sufficieniam in populo dilueret, ad urbem misit. Ipse etiam exercitum edocuit, Pompeium, quod mare latrocinijs innaderet, federa inter eos ista dissoluisse: idque piratas sibi retulisse. Menodorum praterea interiora eius mentem prodidisse referbat. idque intelligere Antonium: ob eamque causam Peloponnesum, ut ad innundandam Siciliam per necessarium sibi recimusse provinciam. Ipse ex Taranto, Calvisius autem ex Sabinis, & Menodorus ex Tyrrhenia confessim deduxero. pedestram quoque omnem

Rbe

Rhegium accelerare iubet. Vnusversa densaque summa diligentia solicitudinéque parabat. Inter has Pompeius Menodorum ad Cassarem transfugisse eo iam adnauigante audens, Et strinque ad classem paratior adefses, in Messana Casarem opperiri statuit. Calvisio insuper E§ Menodoro inimicissimum, sed praecepue Menodoro ex libertis eius Menecratem uniuersa classis praesidem instituit. Menecrates circa vesperam inclinante iam sole in conspectu hostium ex alto apparuit. Ille in sinum supra Cumas fuga deferuntur, ibique per noctem quiete perfliterunt: Menecrates Enariam versus iter arripit. At illi oriente luce sinum circa lottau submissori classe enauigare pergunt, ne hostes cum ad locum se conserrent: ac repente Menecrates iterum in conspectu illis affuit, magnaque vis ac celeritate ad illos propius accessit. Nihil igitur opera pretium in hostes longe à pelago dimissose conari posse existimans, ad præruptas eos compulit. Illi igitur trudabantur simul, E§ enim nautiam rostris in eos decerabant. Erat hostibus redundi inuidendisque ad libitum facultas, E§ aliarum manum commutatio per vices. Ipsi verò ex petris donataxat E§ præruptis insurgebant. Cumque naues conuertere non possent, quasi è terra ad eos qui in mari erant depugnabant, neque declinare ho-

stes negque inseque patentes. Inter hac Menodores ac Menecrates se mutuo intuentes, omni alio postposito labore, cum ira & clama-  
tione quam promptissime inter se manus con-  
tant, in eo victoriam & belle caput consister-  
re arbitrati, qui alterum prelio primus supe-  
rasset. Naves igitur magno impetu ab utrisque  
concita, se iniicem concussere amba: & bac  
quidem manus que Menodorum subiebat, ro-  
strum percussit atque confregit: alera vero Me-  
necratis gubernaculum prossus exiret. Dein  
de manicis inter se complexi ferros, nemiqua  
manu opero indigebant, utraque ad bellum fir-  
ma persistente. Ut igitur veluti è terra nibil  
laboris aut virtutis omisere, tela crebra, sagittas,  
lapidesque emittentes. Catapultas ad hos  
prosecere è manus per hunc insensuris. Meno-  
dori itaque nauem eminente altius, catapultas  
ad ipsum prona, faciliori audaciebatur in-  
scendendum prebebant aditum, & qua proiec-  
ciebantur, utpote ex alio, vehementiore refere-  
batur impetus. Occubentibus plurimis, cum  
reliqui vulneribus affecti nimis accresce-  
garent, Menodoro brachium sagitta traie-  
ctum est, telumque subinde evulsum. At vero  
Menecrates cum iaculo ad Iberarum formam  
multis hamis ferreis inserto, fenum scanciato,  
subito telum educere non posset. & ob id bellum  
innutile existeret, reliquos ad pugnam horca-  
turum

curas constitit. Postremo intercepta nave, se ipsam mari iniecit. Nauis à Menodoro vinculis inselta ad terram delecta est, cum ergo ille noli agere Colterius autem conari posset. Sic in lano classis cornu hinc in modum pugnatum est. Ex iuxtro autem Catulifido ad sinistrum sponte adianigens, nonnullus Menecratis natus fugit, fugientesque in Peloponnesum infecundus est. Demochares Menecratis consilarius, ac sub eo tunc quidem præstatu gerens, reliquas Catulifij naves aggressus, partem in fugam servat, partem ad petras compulit, virisque ab his expulsi natus intendit: donec Catulifius ab infecundione se convertens, fugientes retinuit, integrinque a castro inhibuit: ac nocte insurgentem omnes eo loco quo pridie moratis sunt. Sic ita belli interuersusque finitum est, in quo Pompej classis longe superare visa. Demochares autem Menecratis necem non fecerat ac bellicalem agre perferens (duo quippe hi maritimis in rebus Pompeio perutiles in primis habebantur, Menecrates & Menodorus) omnisque omnibus ex alio in Siciliam transiit, veluti Menecratis corpore cum Enicadante taxat natus, non autem Enicadante Pompej classe in discrimine periculique destituta. Catulifius quo ad Demochares adianigaret operient, eodem loco quo infederat moratus est, bandquam prælio decertare ausus, mandatis quia potiores

fuerant, in bello amissis, reliquis ferè ad insensum pugnans prorsus inutilibus. Sed dum in Siciliam cursum mouere intelligit, parasit nausibus. Et ipse litteris enarrare caput. Et si nam derelinqueret, interea Cæsar multis nascibus ingentique exercitu ex Taranto Rhegium applicuit; Et Pompeium circa Messinam quadrageinta ferè naues continentem impone inuaderet. Id enim annunciat. Vel in primis suadebant, Et ex tempore canto signaque apparet in modica adhuc clausa circumfere praesum quam nescia aduenient, subitem occurneret. Quibus ille Calvisio non openi flatuens, nautis quatuor affensus est: profatus non satis confidimus ad esse, quod periculus obiectus, eaque impetu auxilia suorum intentus expectabat. Demochare in Messinam delato, Pompeium, Apolloniam, et hunc quoddem libertum eius, Menodori et Menechris loco. Sicut cum Demochare clausa praefixa voluit. Cæsar coram quo circuus gesta erant certior factus, Puntum ad amigare pergit. Et Calvisio obuiam prediret, qui per Porum se plurimum ad illum aduentabat. Et iam ad Styliam delatum, Sociam versus mortuam videbatur. Pompeium ex Messina decurrente: postremus classem aggressus est, antecedentes quoque naves infecibus, max omnibus iniectum in pugnam provocabat. Illo quaque ab eo separarentur, minimo tamen se ad pugnam conu

conuertere, non permittente Casare, sine quod  
in arcto bellum detrectaret, sine quod à prin-  
cipio instituerat venturos operiri, nec sine Cal-  
vus bellum inire cuperet. Tandem ex eius sen-  
tentia omnes ad littus concessere, ibique in an-  
choris firmauere rates, ac simul à prora irruen-  
tes repellebant. Demochare duas ad quancun-  
que earum naues opponente, tumultu concita  
alia ad petras deferuntur. Ibique per inertiam,  
vt apud Cumas prius euenit, vndis assur-  
gentibus impleri, collidique caperunt hostibus  
nunc ab insultu, nonnunquam ab regressu eas  
eludentibus, repellentibusq;. Nec longe pericu-  
lum aberat, cum Casar naui egressus ad pe-  
tras ex alto se proripuit, & à pelago enatan-  
tes ad se recepit: ad montes quoque superius  
tremonuit. Cornificius verò & quicunque aliij  
pratores aderant, se mutuo adhortantes, nullo  
mandante, naues anchoris exoluunt, & in ho-  
stes celeri cursu feruntur, vtilius arbitrati ali-  
quid potius agētes perpeti, quam per inertiam  
nullo pralio ab illis opprimi. Singulari itaque  
audacia fretus Cornificius, pratoris nauem pri-  
mo impetu inuadit, intercipitque: qua ex causa  
Demochares in aliam subito desiluit. Labore  
igitur & cade hunc in modum succrescenti-  
bus, Calvus & Menodorus à longe nauig-  
gantes conspecti sunt: non tamen à Casaris mi-  
litibus è terra aut mari videri poterant. Cate-  
pp s rūm

rum Pompej naues liberiore pelago enecta, eos  
 affexere: quibus Visis retrocedere coepit. Iam enim nox imminebat, nec defessos recen-  
 tibus opponere addebat. Horum aduentus  
 reliquis ex priori intusitate commoditatem  
 attulit. Increbescente quippe nocte naviibus  
 egressi, ad montes configerunt, ignibusque pas-  
 sim incensis, ceteris navigantium aduentum  
 signa prodiderunt. Eodem igitur sine cibo &  
 obsequio illo omnium indig per noctem tra-  
 xere moram: quos Caesar similis modo affectau.  
 & hincinde discurrens solabatur, & ut ad la-  
 cem usque perferrent suadebat. Laborante  
 itaque inter milites Cesare atque sustinente,  
 cum Calvisius nondum adesse cernetur; at  
discessissent. Presentes insuper laudibus pro-  
secutus est, quam oxyssime a militia absoluere  
pollicitus, quod nihil paenituissest eos: discites  
praterea effecturum cum dissolueret: ac tunc  
quidem quingentas drachmas Etricisque re-  
presentaturū esse. Quibus dictis, mille et sex-  
centorum talentorum tributa Sicilia imposuit.  
Pratores ad hac Libya Siciliāq; declaravit,  
exercitu in Etriaque dimiso. Naves ab Antoni  
susceptas Tarantum premisit. Reliquarum capi-  
arum partem in Italiam classē deferrimis, <sup>ad</sup>  
partem ex insula ipse enaseigans secum dedit.

Adueniens Senatus honores nullo adhuc  
modo exhibuit: quorum omnium iudicem, et  
Etricisos, an partem potius sibi assumeret, eam  
dem statuit, et à longe proficisciēt cum popu-  
lo pariter occurrit. Turba omnis fertis redi-  
mita, ad sacra primum, ex sacris deinde do-  
riūm redeuntem comitata est. Postridē dela-  
tus in Senatum, concionem de gestis per eum  
in Reipublica administrationē à principeo Etr-  
ique in finem habuit. Porro que elocutus fu-  
rat, in scriptis redigens, libellam edidit, per  
quem pacem et concordiam confessis cōsiliis-  
bus bellis omnibus ediceret. Tributa quoque  
debentes absoluit. Publicanorum, et mercedes  
assumentum debitū recensuit: et ex decreto  
sibi

sibi honoribus percepta pempa, sacerdotium  
 annuum ijs quibus fecisset diebus, sibi assum-  
 psisse: aureumq; trophæum in fôro ea forma qui  
 ipse ingressus esset, columnæ rostratae super-  
 eminentem decens passus est, cuius statua his-  
 modi inscriptio adiecta fuit. Quoniam pa-  
 ce iam pridem conturbatum terrâ marique  
 stabuissest. Populo pontificatum maximum à  
 Lepido in ipsum transferente ad vita &que  
 finem, non admisit, & sit hostem interficere  
 illam suadentem Cato renuit. Epistolas per  
 Corinthus emisit exercitus, que inscripta es-  
 sent, ad operis ipsius statuta die executioni man-  
 dari imperans. Erant autem ha de seruis in-  
 scripta, quæ per seditionem arrepta fuga, mil-  
 itiam exercuerunt, & quibus libertatem Rom-  
 peius postulasset, Senatus verò ex fidere sat-  
 xisset. His igitur bona die intercepti sunt, quos  
 Romanum missos Cesar Romanis Italisque qui-  
 bue inservuerant, aut eorum successoribus ascri-  
 bi iussit. Reddidat & Sicissim Siciles eorum  
 seruos, quorum autem domini haud inueni-  
 sunt, iuxta Corbes è quib; profugissent, eis  
 mandato interficiuntur. In hunc modum sedi-  
 tionibus finis addiberi vides: cum Cesar octo-  
 num supra vigesimum acatis attigisset annum:  
 quem Corbes in deorum suorum numero adscri-  
 pserunt. Demastata ex seditionibus Roma vrbe,  
 ac Sicilia omni palam depredata. & rapta-

ribus audacia potius quam latrociniis grasse  
 tibus, Sabinas à Cesare electas ad direcū  
 earum rerum, multa comprehensorum per-  
 trata eadē, eodem anno pacem tutam incu-  
 distamq; firmauit. Et ex eo tempore exercitus  
 custodum noctis morem formāmque sumpsisse  
 memorant. Magna igitur cunctiorum admira-  
 tione tam celeriter insperatēq; directis una-  
 bus, plurima etiā circa Rē publicā, annisq;  
 magistratus, & patrios mores emendare in-  
 stituit, & epistolae que alicuius dissensu  
 signa continerent, igne cremarunt: praefata fu-  
 nera sam Rē publicam tum demum refuer-  
 selle: quamprimum Antonius è Parthen-  
 dūsset fidere quippe illum principatum depi-  
 turum esse, ciuilibus compositis bellis. Quo  
 obrem praenōjs illum extollentes Romani cir-  
 ues, in futurum perpetuum sibi tribunum de-  
 legere, Et à primo magistratu & ipsum pari-  
 ter amerterēt. Quibus idem assentire visus est  
 Antonio quoq; ex eadem causa munitum emi-  
 sit. Ille Bibulus ad eum veniente, his de re-  
 bus conferre monuit, ducesq; ad prouincias pa-  
 riter elegit, contra Illyrios gesturus bellum.  
 Pēperios interim ex Sicilia ad Lactiniā pro-  
 metus arces, Lunonis templum danarijs insi-  
 gnibusq; refertum: ad Antonium paraturu  
 singam, preda exposuit. Mitylenas postmodum  
 delatus, moram egit: quo in loco puerum quon-  
 dam

Nam existentem Pompeius genitor, Casaris  
 subiturus bellum, cum matre dereliquerat, de-  
 nam superatus inde auexerat. Antonius ea  
 tempestate in Mediām profectus, Medos Par-  
 hosq; oppugnabat. cuius Pompeius in reditu se-  
 ssim dedere instituerat. Sed cum ab hostibus  
 bello victum intelligeret, idq; latius vulgaret  
 fama, iterum in spem conuersus est, quasi suc-  
 cessorus Antonio si interiūset, aut cum eo dis-  
 cessorus imperium si accederet. Quippe Labie-  
 nus paulo ante Asiam excurrens, plurimum  
 ille obuerjabatur animo. Non multo deinde  
 post Antonium Alexandriam rediisse nun-  
 ciatur est. Ad Etrāq; igitur conuersus, iterum  
 oratores ad eum destinat, verbo quidem ut se  
 amicum, belliq; socium venisse ostenderet, re-  
 autem ut vires eius perspectaret. Sic in Thra-  
 ciāq; Pontum nonnullos mittit. clanculum  
 eorum regibus insturos fidelis, et si cogi-  
 tata minus prospere cessissent, ex Ponto in  
 Armeniam fuga penetraret. Misit Ego ad  
 Parthos, ratu ad residua bellum cum Antonio  
 proptissimè admissuros ducem Romanū scilicet,  
 Ego Pompeio magno genitum. Interē a clas-  
 sem confessim preparari, Ego exercitum eā in-  
 scensurū exerceri subet. Casarem vereri simu-  
 lans, aut Antonio hac ipsa instruere. Anto-  
 nius perceptis his qua à Pompeio agitabātur,  
 ducem contra Titium elegit, Ego naues exerci-  
 ss 2 tumq;

tumq; è Syria ducentem, Pompejo, si bellum  
reret, arma inferre: sin se illi dedat, cum in-  
nore ad se ducere admonet. Legati à Pompe-  
jani venientes, his verbis feruntur post: Pompeius ad  
te nos mittit ó imperator, neus iquā ē impostu-  
si bellum gerere affectet, in Iberiam clīsse pe-  
netrare, eamq; prouinciam ob parentem eum  
iampridē amscam ac benevolā. Et adhuc ipsi  
cū adolescentior esset, se dedentem, eumq; nunc  
inuocantem ad res gerendas excitare. Verū  
cum tecū pace perfrui, aut tuis auxiliis, si quis  
sit, arma sumere, Et bellum agere prius auct  
idq; non in prasenti modō, sed cum Siciliam  
potestate haberet, Italiamq; populariter, &  
matrem tuam saluam premisisset, enīcē capi-  
ret, nos ad te quamprimū venire voluit, eadē  
in prasentia tibi relaturos, qua sentiret: Quem  
si admiseris, neutquam se Sicilia pulsam arbi-  
trabitur: non enim nases contra spūmam Casari  
te concessisse existimat voluntate dūctum, sed  
necessitate, cū in Parthos minimē. Victoriam  
adipisci posses, Casare exercitum non praben-  
te tibi, & cōgenerat. Sed cum facile tibi foret,  
his quas obtinebas copys, Italia potiri, idq; à  
te minimē in tempore factum fit, nunc & dili-  
gentius consideres, te etiam atq; etiam admo-  
net, ne plerunq; Casaris circumventus insidijs.  
aut affinitate irretities, ab illo capiatis, cōsē scire  
possis Pompeium illa affinitate coniunctum,  
præter

riecer fidei et nulla occasione exhibitoris oppri-  
 metum extitisse, Lepidum magistratus parti-  
 perim ab illo exercitibus dignitateque spoli-  
 um. Et ne aliena prosequatur, solum te dere-  
 ctum esse ait, qui quo minus cōcupita monar-  
 chia fruieretur, impedimento esses: ita ut ambo  
 non sit, Pompeio è medio sublato Cesare  
 etiam ad arma vētūrum esse. hac profecto tuū  
 aquam est te animaduertere. Tibi autē  
 Pompeius ob benevolentiam sese offere, virum  
 pessimum ac magnanimum subdolo anteponēs  
 et dolosō. Nec prater à classē à te Cesari con-  
 cessam ex necessitate queritur, cū exercitu ad  
 oppugnandos Parthos indigeres, quem ab eo  
 efflameres. Ceterū memoria subiçere visum  
 est, Et intelligas exercitum quem nondū ad te  
 misericet, tuo imperio subesse, Et aduenienti se-  
 um his quas habet nauibus, exercituq; fidissi-  
 mo, Et nihil ex fuga relinquente vultro dedere.  
 Pacem quippe meditanti, non in ultimis lau-  
 dum fuerit Pompejū magni seruasse filium: ar-  
 ma verò prius eligenti, condignam sortem in-  
 futurum bellum contulisse. Hac legatis referre-  
 bus, Antonius mandata qua Titio intūnxer-  
 at, illis protulit; Et si re ipsa eadem sentiret  
 Pompeius que illi retulissent, eū sub Titio ad  
 se venturum nō ambigeret. Dum hac inter eos  
 geruntur, hi qui à Pompeio ad Parthos misse-  
 bantur, ab Antonianis ducibus intercepti

sunt, & ad Antonium Alexandriam perducuntur: à quibus singula edictio Antoni, Pompeij legatos accire imperat, captosque illa ostendit. Legati deprecantur in morem, si rum iuuenem, extremis circumuentum clabbus, trepidantemque ne ab Antonij excludetur amicitia, ad hac inductum retulerunt. Et perpetuos Romanorum experiretur hostes. Ceterum id sc̄e opere statim offensuras, quam primum Antonij mentem cognovisset, nec s̄tterius experientia alia aut meditatione s̄fari esset. Quibus Antonius ob ingenij simpliciter, magnanimitatemque facili accessus est. Interea Furnius Asia praefectus sub Antono, Pompeium ad se venientem ac nubil trepidantem suscepit, nec prohibere, aut aduersum contendere potentem, nec Antonij animum adhuc clarè digneſcentem: sed cum exercitatum copias suas intueretur, non nullos ex sua suppositis elegerat, & Aerobarbum finitimi exercitus ducem, aliisque ex parte Amyntam magna celeritate conuocarat. quibus pro pere accendentibus Pompeius questus est. si hostem eum arbitrarentur esse, qui legatos sc̄ suaq; dedentes ad Antonium misisset. Et hoc dicens Aerobarbum ex Curij prodictione, qui cum eo obversabatur, intercipere cogitabat, sperans ad eius restitucionem Aerobarbum magna ex parte conferre posse. Prodictione de secta.

recta, Curia inter primos Romanorum depre-  
 bens sed intercitat. Pompeius Theodorum liber-  
 um, quod solus eius consilij esset particeps, ne  
 commissa proderet, occidit. Et qui circa Fur-  
 num aderant, nihil scelerius inquisituros au-  
 temans; Lampsum per proditio[n]e capit, quod  
 oppidum multos Italos ex incolatu C. Caesaris  
 cum in locum translatos continebat, quos ma-  
 rina mercede allectos stipendio sibi adiunxit.  
 Iam equites ducentos, pedestrum legiones tres in  
 sumum congregatae, e[st] Syzicum terram mariq[ue]  
 oppugnare caperat, quem illi ab Utroq[ue] parte  
 repellebant. Nam exercitus quidam Antonij  
 licet modicu[m] intra urbem castra habebat, e[st]  
 custodes nonnulli gladiatorum qui his in locis  
 alebantur, sed frumentū cōportarent, in Achaeo-  
 rum portum se translularant. Furnio haud  
 deterioribus eorum imperante, ac cōtinuè cum  
 equitum ingenti manu propria illi castrame-  
 tante, nec ad urbes aut frumentatum ire per-  
 mitente, Pompeius equitatu nullo fretus, Fur-  
 nij exercitum ex circuitu quidā latens à frōte  
 aggreditur. Ob id Furnius in Pompeiu[m] Versuo  
 à tergo ab exercitu excusus est: quem per Scamadriū campū insecurus Pōpessus, plures in  
 fuga occidit. Erat quippe ex imbris lubri-  
 cus admodum e[st] madens campus, nec gressus  
 sustinebat. Quis vero è fuga saluati sunt, con-  
 gredi non ausi, nam impares illis essent, cessere

ss 4 loco.

loco. Id cum in *Mysia*, *Propontide*, ac alijs  
 finitimiis in locis vulgaretur, egeni tenuisque  
 ob tributorum assidua onera sponte ad Pom-  
 peij mercedes consuebant. Victoria potissimum  
 fama ducti, qua in *Achaorum* portu adepti  
 ferebatur. Equitatu itaque hanc abnnde mu-  
 nitis Pompeius. Ego ob id inter pabulum  
 non sine damno reiecius ab hostibus, equitum  
 cohortem Italum ab Antonio seducere ter-  
 canit, qua ab Octavia Athenis byemante al-  
 cum mittebatur: statimque novulos eiusdem  
 causa cum suo ad cohortem destinat. Verum  
 hos Macedonia prefectus ab Antonio de-  
 prehensos intercepti, aurumq; inter equites di-  
 stribuit. Pompeio capta Nicae Ego Nicae-  
 dia pecunij abunde possumus est, ac subiopra  
 ter opinionem sanguinosa illi aduenctas sunt. Fur-  
 quo haud longe castrametrante, primus ex  
 cilia incipiente vere octoginta names ad  
 accesserunt, quacunq; ab Antonio Casas  
 commoda aduersus eum, ea in pugna fer-  
 fuerat. Bello quippe Siculo peracto, Casas  
 dem a ceteris absolverat. Venit Ego ex Syria  
 Titiq; Viginti supra centum comitatus nau-  
 bus, copijs quoq; ingentibus aduentus, omnesq;  
 in Proconnessum arma sustulerunt. Territus  
 igitur ob Titij aduentum Pompeius names in-  
 cendit: remiges omnes quae ceteris ad congre-  
 diendum in terrapotiores, armis instruit. Cas-  
 sis

securi autem Parnensis, & Nasidius, et Saturninus, & Thermus, Antistiusq; & quicunque aliij digniores cum Pompeio obversabantur, & honoratior cunctorum Fannius, sacer quoq; ipsius Lobo, quam primum presentie Tito, cui Antonius Pompeij res insinuerat, potestia longè superabat, à bello minimè cessantem conspicerunt, desperatis rebus suis, fide profē spissis trahitis, ad Antonium transfere, omandes. Ita ab amicis destitutus Pompeius, ad Bisbyniac mediterranea se convertit, in Armeiam subinde profecturus, ut aiebat: quem chanculum nocte discedenter Purvius & Tisius, & ultra hos Amyntas insecuri sunt, cumq; circa Vesperam continuo cursu deprehendentes, separatis appositis castris obside pergunt, in colle quodam sine vallo & fossa capite nocte defessi confidentes. Sic se habent debitos, Pompeius ter mille scutigerulos per exercitum iniunxit, multosq; ex aliis decumibundis adhuc, & rapim è fratribus excitos nec decidit. Illi igitur nudi surpissimè in fugā abeunt, creditumque est, si hostes omnino cunctis exercitu, & conseruante iam accepta, Pompeium nocte insecurus esset, celerem forte sectoriam de omnibus fruisse habiturum. Verum hac deo aliquo aduersante neglexit, nec aliud alterius contraire iter ad mediterranea iter tecum. Ille statim predebuti insequabantur, & frumentum

tatum ire prohibebant; donec inopia denitam,  
cum Furnio in colloquio venire postulauit,  
magni Pompei beneuolo olim atque amico,<sup>et</sup>  
quem praecaseris egregium moribusq;<sup>z</sup> constan-  
tem arbitrabatur esse. Flaminū igitur in medio  
nactus, se legatos ad Antonium mississe aie-  
bat, adiiciebatq;<sup>z</sup> se ob famē <sup>et</sup> incuria de ipso  
habitā, hac interim egisse: Vos enim, aiebat, si  
ex Antonij mente bellum mihi infertis, male  
sibi consulit Antonius, insurgens in se bellum  
hanc aduertens. Si Antonij mentem praecen-  
tis, testor, suadeoq;<sup>z</sup> Et legatos meos ad eū mis-  
sus expectetis, vel me fuscip̄tes ad illū addi-  
catis. Dedo enim iam me tibi soli Fauni, la-  
tantū profide exigens, quod me ad Antonium  
salutum comitabere. Sic ille locutus est, Anto-  
nio ob natura eius bonitatē facilitatemq;<sup>z</sup> cu-  
fisus, <sup>et</sup> qua in medio erant, dūcaxae verita  
Furnius Pōpeio in hūc modū revalit. Si quis  
seipsum à principio Antonio dedidisset, ut  
illum fuisse profecturum, aut responsione  
Mitylenis quiescentem moraturū veritatem  
ad omnia ges̄isset bellum, Et notum erat, mi-  
hil ad intelligentes his verbis opus esset. Nunc  
enim te, inquit, pœnitet, neque nos ducēs in  
vnum repulſe, neque te Tito faciſſim perni-  
ſe. Tito nempe qua ad Antonium puto te  
necessaria effent, commissa sunt, <sup>et</sup> quā ab mo-  
bis fidem postulas, ab illo prius fuis exigeredes  
enī

cui iniurium est, aut te bello griffante inter-  
imere, aut illo permittendem eum honore ad se  
ducere. Ceterum Pompeius Tisio subementer  
succensibus, quod bellū gerendi curam in eum  
fuscepisset, quemvis à se captum conserua-  
rat. Hac igitur opinione ira concitata, cum Tis-  
sium laud praelarū virum arbitraretur esse  
EG Sicut suspectum vereretur, EG inauctorata  
quandam contumeliam beneficio eius adun-  
ctam intelligeret. Furnio iterū se dedere velle  
siebat. EG Sicut eum susciperet orabat. Non ad-  
mittente eo, Amynta se committere respon-  
dit. Cui Furnius nec Amyntā eum suscep-  
tuum esse ait, contumelia ductum eorum que in  
Antoniu[m] egisset. Et his profecto[rum] qui circa  
Furnium erant, opinio affuit, Pompeiu[m] ex pra-  
sen[t]i inopia in sequenti die se suaq[ue] Tisio per-  
missurum fore. At vero Pompeius instance  
nocte consuetos ignes derelinquis, EG subicines.  
internalla noctis more solito præcinerem man-  
dauit. ipse clanculum cum posterioribus tentorio  
egressus est, quibus nec quid aeternus foret, aut  
quò prefecturus, patescerat. Deliberauerat quip-  
pe ad mare progredi, ignemq[ue] Tisij classi immis-  
sitere: quod fortassis effecisset, nisi quod Scan-  
nas ab eo trasfuga iter per quod se proriperet,  
quamquam meditationem eius ignoraret, edixit  
hostibus. Tum vero mille et quingentia equiti-  
bus Amyntas comitatus, Pompeiu[m] nullo equi-  
te si

de sapientia insecurus est, ac protinus qui cum Pompeio fuerant, ad Amyntam iam propinquum effugerunt, nonnulli clam; alijs palam sedentes. Disfutato igitur ab omnibus Pompeis, et ijs suis veritus, nullo fideere scipsum Amyneas tradidit, qui nec fideere proposito si Titio tradere sustinuit. Eoque modo Pompeium Sextus capiens est, residuum magna Pompej filios, nam inior à patre derelictos, ac subfite adolescentior adhuc residentes, clam in itinaria predatorijs & suo manib[us], donec raulicam cum confluentibus, cum Pompej filios essent fecerunt, palam maria deprudatos est. Eodem versum C. Casarem audacissime pugnauit. Exercitum quoque ingentem sibi ascensit, naves, pecunias, insulasque consecutas, exercitus eius maris circa occidentem effectus imperator, illum fame affixit, hostes ad fiducia quaque re pariter induxit, et quod maximum ex proscriptiōibus patris penitus rūcis operatus: plures et illustres viros salutē redditit, qui tunc proprijs ob ipsum fruebantur larib[us]. Caterū deo aliquo aduersante, et praemissum, cum fortuna prosperitas afflaret, nevitiquem hostes bello insecurus est, abunde illis succensere existimans. Huiusmodi igitur Pompeiu[m] habitus, tandem inter hostium peruenit mār[us]. Titius Pompej exercitū Antonio ascensit, ipsum præterea Pompeiu[m] Milici interemit, et quodragi-

dragesimum etatis attigisset annum, sine propria ad id proiectus ira ob contumeliam illatam beneficij percepti immemor, sine iubente Antonio. Sunt qui Plancum non Antonium id insessisse existimant, quem Syria pretorem existentem. Et ad epistolam qua Antonio conferreatur institutum, Antonio annulo sententem, id scripsisse referunt. Nonnulli sciente Antonio, ceterum erubescente, ob Pompejū nomen ac Cleopatrām qua magnum Pompeium præcipua benevolentia coluerat. Quidam à se ipso id egisse Plancum, hac intelligentem, Et tempus obseruantem, ne Antonio Et Casari aliquando discedendi causam Cleopatra Pompeio assentiēs afferre posset. Defuncto Pompeio, Antonius cum exercitu Armeniā iterum aggressus est: Caesar in Illyrios, qui Italiam latrocinijs predationibusq; vexabant, bellum monit, cum quendam Romanis minimè parerent, alijs cui libes distraherentur praelijs. Ac mihi quidem visum est Illyriorum res, non vixque diligenter à me cognitas, necq; propria scriptioris adimplentes opes, aut provinciā alibi sortitas, eius temporis quo gesta sunt, in fine prius iungendo scribere, easque Macedonia illis finitima subiçere.

BELLORVM CIVILIVM  
FINIS.



655

A P P I A N I  
ALEXANDRINI  
SOPHISTAE  
ILLYRI  
CVS

P. Candido interprete.



ILLYRIOS Graci eos existemant, qui supra Macedoniam & Thraciam à Chaonibus & Thessalotis ad flumen Istrum sedes habent. hac enim totius promissa longitudo est. Amplitudo eius ex Macedonia & Thracia montibus ad Paones & que, & Ionium mare. Alpinumq; obiecta pretenditur:qua dierum quinq; itinerationem continet. Longitudo in triplo productior est. Et Graci peribent. Romani eam regionem mensura subiectentes, longitudinem sex millium stadiorum, latitudinem mille & ducentorum numero contineri putant, afferuntq; eius prouincia cognomen ab Illyrio Polyphemus ortum habuisse. Polyphemus quippe Cyclops, ac Galathea Celum, & Illyrium, & Gallum filios existisse, eosque ex Sicilia progressos, Celus & Illyrijs, & Galatis, ab ipsis cognomen assu- menebus imperitasse. Et has nishi inter ple- raque

rag, à nivis memorata placere. Illyrio dem-  
 de filios Achillem, Autarium, Dardanum,  
 Medum, Taulantium, Perrhebumq; referit, si  
 leas quoq; Partham, Daortā, Daserā, aliaq;  
 à quibus Taulantij, Perrhebi, Achillei, Aut-  
 rici, Dardani, Partheni, Dasareti, Darsiq;  
 prodsere. Autario sp̄si, Pannonium, vel Pa-  
 nonum p̄tiss, & Scordiscum filios fuisse aiunt.  
 Peono Tribalum: à quibus pariter nationes  
 cognomina traducta sunt. Et hac quidam  
 antiquitate repetuntur. Illyriorum genus itaq;  
 Et in tam ampla regione multa & vulgata  
 nunc quoque inesse cernimus, Scordiscorum.  
 & Tribalorum fuit, qui tellurem ingentem  
 possidentes, tam diu inter se bello domesticari.  
 quoad Tribalorum, qui supererant, ad Geta  
 supra Istrum fuga transiere. Hac natio ad  
 Philippi & Alexandri usque tempora potius  
 habita, nunc adeo evanuit, Et nullo fere op-  
 mine superesse videatur. Scordisciorum su-  
 per genus debilior effecta. hi enim à Romanis  
 bello superati, ad Istri tandem fluminis per-  
 uenire insulas. Procedente mox tempore, non  
 nulli iterum regressi Peones incolere solli-  
 mos. & ob id nunc quoque inter Peones Scor-  
 disciorum genus est. Pari modo & Ardei-  
 cum mari finitimi optima Anteriorum loci  
 circa littus invaserint, eos expulcre. Post ba-  
 Liburni nivibus plurimum insignes fuisse me-  
 moram

morantur. Illyriorum natio alia, qui Ionius  
 insulæque prætabatur, navibus citis & si leui-  
 tateque præcipuis: qua ex causa Romani nunc  
 quoque naues qua levitate celeritatèque præ-  
 starent. Liburnicas solens appellare. Fama est  
 Autarios Apollinis indignatione in extre-  
 manum decidiisse cladem, quippe eisdem, Celtas-  
 que, quos Cimbros vocant, ad Delphos posuisse  
 castra statimq; omnes diffusos aufugisse, mul-  
 tots ante inceptam pugnam, plures in eos cum  
 procellis fulguribusq; defauiente. His vero qui  
 ad propria redissent, infinitum ranarum & im-  
 subortam, qua putrescentes flumina corrum-  
 perent. Vapore deinde ex terra exhalante, pe-  
 stem Illyriorum ac corruptionem infestata esse,  
 que potissimum Autarios inuaderet, donec profugi à patria, ac pestem deferentes,  
 cum nemo ob timorem suscipere auderet, trium  
 & Viginti dierum progreßi iter, ad tellurem  
 palustrem in hospitiamq; venere. & iuxta Ba-  
 starnarum gentem condidere verbes. Celtarum  
 porrò tellurem Apollinem concusisse asunt, ver-  
 bésque absorbusse: nec prius finem tanta cla-  
 di impositum, quam & ipsi pari modo à Lari-  
 bus egressi sunt, & in Illyrios qui cum ipsis  
 & nà deliquissent, peruenere: quos peste iam  
 confectos, & ob id debiles, cum facile sicis-  
 sent, contrectatione earum rerum morbo cor-  
 epti, infugam abiere, & ad Pyrenem usque

mutauere loca. Cum deinde ad orientem grefsus conuertissent, Romanis Celtarum metu deti, cum quibus antea insigni bello dimicauerant, ne eis superatis Alpibus in Italiam venirent, consules opposuere, qui cum omni exercitu deleti sunt. Huiusmodi Romanorum clades, eis terribile Celtarum nomen, omnem inuasit Italiam, donec Mavium imperatorem eligentes, qui prius Libicos Numidásque ac Maurusios ingenti prae deuicerat, Cimbros superarunt, plurimamque illis cadem sapienter intulerunt, Et à me cum de Celis scriberem, suo loco relatum est. Qua ex re debiliores iam effecti, eis ob id exclusi tellure omni, multa perpeti, atque infrentes damna, ad propria tandem rediere loca. Et hic finis impietatis à Deo Illyrijs Celis que impositus. Nec propterea à sacrilegio impias cohisuere manus, Verum iterum ex Illyrijs Celisque, Scordiscij precipue ac Ma. Dardanique Macedoniam simul ac Graiam excurrere, eis multa ex sacris depradati, Delphicum iterum inuasere templum, pluribus ex suis tunc quoque amissis, duobus ac triginta, à prima inter Romanos eis Celis incepta pugna, elapsis annis, eis ex illo per interualla cum eisdem depugnantes, denuo ob simile sacrilegium in eos mouere bellum, Lucio Scipione ducente exercitum, iam tum quidem

idem Gracis Macedonibusque imperantes: feruntque finitimos ad hac nefanda socios illis accessisse, verum sua sponte nulla exhibita ope Scipioni eos relquisse, Anteriorum memoria ductos, qui per Illyriam omne concidissent: Scipionem vero Scordiskiorum conuersos ferè deleuisse, qui autem è bello superuerant, ad Istrum fluminisque insulas peruenisse fuga. Ipsum deinde cum Medis & Dardanis, facri acri pactione corruptum, ieiisse fatus: ex quo nonnulli Italorum monumentis suis prodiderat, ob hanc potissimum causam Romanos sapenumero post Lucium & que ad monachiam ciuilibus inter se concertasse bellis. Hec igitur de Illyris à Gracis habita, longioribus verbis à me perscripta sunt. Romanis vero non bos duxerat, sed Paones ultra eos, necnon Rhetios, Noricos & Myssos qui Europam incolant, & quoscumque alios his finitimos, qui Istrum à dextra navigantibus sese offerant, vicissim ut Hellines à Gracis distinguunt, eosque proprijs appellationibus separatim nominant: ceterum communis vocabulo Illyrios omnes arbitrantur. Quia opinione à principio ductis, neutquam adhuc in ea persistentes finem earum inuenere nationum, sed ab Istri ortis & que ad mare Ponticum, quod sub tributo obtinent, Illyrici fines esse voluerant. Quemadmodum autem sub imperio illos adegerint

Romani cum de Celsis scriberemus, prefatis summo minime nos abinde cognoscere, neq; bellorum principia aut occasiones percepissē. Eamq; ob causam quis clarissus Illyriorum res discernerent, ad scribendam horatam sumus. Quae autem nobis nota sunt, propalam efferemus. Agron Illyrtorum partis rex fuit, eiusque circa Ioniū maris summa sita est: quam & Pyrrhus Epipi rex, & qui Pyrrho Siciliam addidit seruit, olim tenuere. Idemque & Epipi partem quandam, & Corcyram ultra hanc, & Epidamnum, Pharumq; suscipiens sub custodia detinuit. Reliquo autem Ioniū cum adnavigaret, insula quedam Esiōs nomine ad Romanos defecit, & subinde legatos ad eos misit, accusationem eorum que in Esiōs Agron commisisset, deferentes. Illyri naugantibus immedio Esiōrum oratorem Calemporū nomine, nec non Romanorum Coruncaniū, et quidam bitrāxunt, interemerūt. Reliqui scipios recita diderunt. & ex hoc Romanis nambis finaliter pedestris exercitu Illyrios aggressi feruntur. Agron infante filio superstite, cui Pine nomen fuit, diuersi obiit. Vxori vero regnum, quo filii curam assumeret, quanquam nec illius esset genitrix, seruandum dereliquit. Demetria quis ex Agronis imperio Eborum obtinebat, Corcyra interim adeps, Romanis adnavigabat. Strangue ex traditione illis tradidet.

Rome

Romanis Epidamnum in amicitiam eorum pellexere, & Ebsos, Epidamnisq; abscessis ab Illyrijs ad eorum eponem exercitum misere. Quam obrem Illyrij obsidione dissoluta, retrouertere copias, & quidam ex ipsis qui Atinteni appellabantur, ad Romanos defecere. Interea Agronis & ex legatos suos Romanam misit, & captiuos transfugisque Romanis exhibens, veritatem ab illis supplice postulauit, quasi hac non ibea, sed ab Agrone potius gesta essent. Romanis Coreyram, Pharum, Ebsos, atque Epidamnum, postremo Illyrios qui Atintani appellantur, sub eorum imperio cessisse retulerunt. Pitem aliam Agronis regiunem retinere, ac Romanorum societate fieri posse, si a primis se abstineat, nec ad Ebsium Illyrij praterquam duobus lembis, & his quidem inermibus adnauigent: que omnia ab illis suscepta sunt. Et hac prima Romanorum cum Illyrijs pralia, federaque extiterit. Post qua Corcyram & Apolloniam libertate donauerunt. Demetrio quoque prodicione dedere premia, ob ea quia contudisset, infidelitatem tamen aspernantes, quia paulo post ab eo prodixit Romanis quippe per triennium circa Eridanum cum Celtis dimicantibus, Demetrius veluti bello implicitos minus veritus, mare percurrit, & istros Illyriorum nationem aliam fabi vendicavit. Atintenos etiam à Romanis

deficere coëgit. Romani quamprimum Celta-  
rum res compoñissent, subito adranigantes,  
pradatores intercepere, qui nuper cum De-  
metrio, ceterisque deficientibus, Illyriis se au-  
iunxerant. Demetrium porro ad Philippum  
Macedonia regem fugientem, atque iterum  
in patriam reversum, & Ionium classe de-  
pradantem interemere, & Pharum eius pa-  
triam cum illo coniurantem evertere fundi-  
tus, Illyriis ob Pinem denuò illos admitten-  
tem, indulgentes, sic secundò bellæ federâgno  
cum Illyriis inita sunt. Residua sacerdò à me ne-  
que tempore neq; ordine magis oratione, quion  
per Illyriorum nationes, quemadmodum fu-  
gula quaq; reperi, descripta sunt. Romanis Ma-  
cedoniam bello invaserant, cum Perseus post  
Philippum eius regno potiretur. Perseo Gen-  
thius Illyriorum rex alius, pecunij imita-  
tus ad bellum socius accesserat, Illyriosque  
in Romanos concitarat, ac Romanorum le-  
gatos ad eum proficiuentes vinculis insece-  
rat, causatus non legationis sed explorana  
occasione ad se venisse. Qb eam rem Atti-  
tius Romanorum prator nonnullas Gentilij  
naues mari caput, deinde in terram progressus.  
eundem bello superavit, & loco quodam con-  
clusum, cum Veniam depositeret, Rono axis se  
dedere suavit. Ille ad consultandum tres die  
postulanit. Quibus concessis, cum interiora fini-  
subi

sed datus ad Anitium transirent, ut ad eum accedere posset, exorauit. Ad quem delatus, genu procumbens summa turpitudine pro scipso deprecatus est. Anitius trepidantem abortatus, manu sustulit. Et simul in concubio discumbe re monitum, cum è triclinio descederet, à ministris in custodiam iugis mandauit, quem Roma deinde cum filijs in triumpho habuit. Genitij bellum diebus Viginti consummatum fuit: Septuaginta illius urbes Aemilius Paulus quā Persicum regem bello superauit, Et ad Senatum misit, in hunc modum depradatus est. Clanculum enim Romanis prefectus, Et inde reveritus, à Senatu summa celeritate urbium incolis commissorum veniam concedere velle, allato omni quod haberent auro atque argento, pollicetur. Consentientibus ipsis, exercitum ad omnianquamque eorum urbium per partes intulit. Tandem omnibus exercitum ducibus definita die ad auroram per praconem urbes publicè discurrere, omnesque pecunias intra horam trium spatium in forum deferri à ciuiis imperat. Quibus allatis, relqua omnia prada exposuit. Ssc Paulus hora septuaginta floscauit urbes. Ardies autem Et Palarij alia Illyriorum natio, Illyrium quod à Romanis tenebatur, invaserant: quibus Romani occupationes misere legatos qui illos deterrerent. Non parētibus vero exercitum decem milium

peditum, equitum sexcentum destinante. Illis cognita re, nondum parati in bellum, legatos suos Romam mittunt, & velut gestorum per eos penitentem, veniam expostulant. Senatus deorum impensam, quam indignè oppressio attulissent, personare illos iubet. Cum id quoque neglexissent, Falsus Flaccus ingentibus copijs in eos proficiscitur. Prelium ad excursionem dunt: taxat usque finitum est: non enim exitum diligenter inuenire potuerunt. Iapodes intra Alpes incolentes, Sempronius Tuditanus cognomine, & Tiberius Pandesius praecepserunt, usquecumque est illos ambobos permisso. Parimodo & Segestani Lucio Cotta & Nazzello se dedidere: verum omnes non multò post à Romanis desinere. Dalmata Illyriorum ab his diversa natio, Illyrios Romanis obsequentes invaserunt, & legatos Romanorurn cum causa ad eos venientes minime admiserunt. Quamobrem videntur Romanis aduersi illos sumpsisse arma, Marco Figulo consule ducente. At hi Figulo quamprimum inferente copias, custodes aggressi superarunt, easq; ab exercitu in campum perulerunt, ita ut ad Noronem usque fluvium fugia perueniret. Verum iudicem retrouerteregradum: iam enim instabat hyems. Figulos ratus eos inopine aggredi posse, discurrentes vnde ad eam impetum ex oppidis offendens, in fugam vertit, donec ad frigorem

Serbem Delminium, à qua Dalmatarum no-  
men illis inditum, terga dare compulit. Cum nō  
loī ex impetu adversus munitionem Serbem cona-  
m̄, neque machinae ob altitudinem attributa  
pouſſet, ad aliās excursivees se convertit. Des-  
tructis omnibus ē imbolditis ob insultos in Del-  
minium factis, ipſe bicubitas fides pice ne ful-  
phore stupique componens ex cataphactis in  
Delminium iacit, qua ab impetu succensa, ē  
tacopadaram vice per inane solitantes, qua-  
cumque attigissent, igne corripiebant. Ita mul-  
ta flammis absumuntur: cōque modo finis bellū  
à Figulo Dalmatia imponitur. Sequenti tempo-  
re Cacilius Metellus consulatum adeptus, ni-  
hil deliquentibus Dalmatis triumphandi lo-  
bidine bellum ex decreto intulit. A quib[us] a-  
miciè suscepit, in Salone eorum urbe transfigit  
byzemem. Postremò Romanam delatuſ, nulla ex  
causa triumphauit. Casare haud longe in Cel-  
tas ducentę copias, Dalmata, alijq, Illyriorum  
populi prospere rem gessisse vixiſ ſciens, ē Li-  
burnis, qua Illyriorum gens alia habetur, Pro-  
monam abstulere urbem. Liburni Romanis fe-  
dedentes, ad Casarem iam propinquum fuga  
peruenere. Caesar legatos ad illos misit, harto-  
susque est ut qui Promonam ſuceptiffent, Li-  
burnis restituerent. Despicientibus illis man-  
datis exequis, exercitum ingentem intulit, qui  
ab Illyrijs opprēſſus est. Caesar curis præpedituo

instante Pompeiorum seditione, cum iam ad  
 bellum inclinaret, nihil alterius molitus est. Se-  
 rium cum omni exercitu, quanquam tempesta-  
 te adversa, à Brundisio Ioniam transmisit,  
 cum Pompeio in Macedonia gesturus bellum.  
 Reliquum exercitum Antonius in Macedonia  
 Casari perdauit. Ingens deinde tempe-  
 state tenente Ionium, Gabinius cohortes pedi-  
 tam quinque supra deceno, equites ter milia  
 per Illyrium ad Casarem adducere tentabat:  
 quos Illyrii timore eorum qui paulo ante in Ca-  
 sarem egissent, cum Victoriam eius interne-  
 citem rebus suis allata am arbitrarentur, Gar-  
 bario excepto paucisq; cum illo fugientibus, ad  
 quum interemere omnes, magnamque pecu-  
 niarum copiam ob hoc spoliaque immunera ab-  
 vinuere. Hac Casar ob bellum cum Pompeio nes-  
 sitatem dissimilanter tulit. Despecto deinde  
 Pompeio, cum reliquias seditionis basis  
 partes persecutus esset, tandem compatis anni-  
 bus Romanam rediit, expeditionemque ipsi Getae  
 Parthosque preparauit. Veri itaque Illyrii  
 ne Casar ex itinere in eos insultaret, legatos  
 Romanos mittunt, quae auctorum veniam depofie-  
 rent, sique in amicitiam eius societatemq;  
 derent, Illyriorum ḡtem veluti bella inclytam  
 verbis extollentes. Casar in Parthos profectu-  
 rus, acerbis responsu reddidist: minime autem  
 corum loco habicurum eos quia talia in ipsam  
 peti

perpetrassent: indulgere autem velle si tribus  
 contulissent, obfidésque dedissent. Vt rāque pellit  
 centibus ipsis, Atinum cum tribus legionib[us]  
 magnóque equitatu ad eos mittit, quā tribus  
 quadam parva imponeret, obfidésque reciperes.  
 Defuncto interim Cesare, rati Romanorum  
 res, vt in illo potissimum vires habuissent, ita  
 eius morte penitus extinctus iri; Atinio solle-  
 ries parere recusarunt, neque tribus aut obfi-  
 des conferre volunt. Graffante in eos quān-  
 que cohortibus Atinio, Illyrijs illius conuen-  
 se, bello superarunt; duxerūque ordinis Be-  
 bium consulare virum interemerunt. Ati-  
 nus cum refidis ex fuga Epidamnum fēsa con-  
 sulit. Romanorum deinde Senatus exercitum  
 huiusmodi. Et Macedoniam ultra ipsum, Illy-  
 rijsque omnes quibus inoperabat, Marco Bru-  
 zo, quā Cesarem occidit, quemadmodum Et  
 Syriam Cælio cīfadem necis consilio Et parti-  
 ciipi concessit; Sic illis aduersus Antonium Ce-  
 sarēmque Augustum cognomine pugnantibus,  
 Illyrij nullo otio patiti sunt. Paones verò natio  
 ingens circa Istum perlongum incolens, ab Ia-  
 podum populis supra Dardanos protenditur.  
 H[ic] Paones à Gracis, à Romanis Pannonij ap-  
 pellantur. Et ab illis, Et præmissimis, inter Illy-  
 rijs annumerati sunt: de quibus nunc mīhi Il-  
 lyriorum res recensēti videtur differendum.  
 Gloriosi hi admodum ob Macedonij Agrianos  
 q[ui]

qui potissimum Philippe & Alexandre in bellis praefuerint, quoniam & hi Paones fuere, ex his qui inferiora incolunt, ab Illyrijs coloni editi. Ceterum cum Cornelius ab eis Paones exercitum deducens, turpis reiectus esset, ingens Paonum fama ministrum formidine concutit Italiam: ac deinceps per longum tempus, quod consulatum apud Romanos gerebant, haudquam Paones bello aggredi uisfunt. Et has rumpiderem tam intelligentia de Illyrijs & Paonum populis scrutando repertis. In Casaribus vero commentariis, eius qui Augustinus cognoscimatis est, uid antiquius de Paonum gente prescriptum legi. Aliam quoque Illyriorum gentem, prater eas quam retul, Romanis partuisse mihi sicut est: verum quae a sit, haud intelligo. Non enim alienas res Augustinus, sed proprias conscripsit: quemadmodum ab imperio deficiente ad tributa redigit, & alias sub proprio legibus degentes bello superauit. Postremo reliquias omnes qua summitates Alpium incolunt barbaras bellicofasque nationes per vim subdedit, que finitima Italiam furtim præbantur. Et profecto mirum mihi videtur, cum tam multe magna que Romanorum copia contra Celtas & Iberos Alpes pertransuerent, eas nationes contempssisse. Casum etiam Casarem felicissimum in bellis suorum, per modo

cas

eos neglexisse cum Celtes oppugnaret. Et per decem fere annos circa provinciam illam by bernasset. Cateriam arbitror hos viros ad ea qua elegissent properantes, de transito Abripium dantaxat cogitasse. Causa Casar circa Celticam moram ducens, seditioni Pompei na, que hec ipsa sibi assumeret finem solum appetere curauit. Videtur insuper et Illyrium et Celtes simul diligens, non omnibus, sed his qua ad Romanos pertinuerent, praefuisse. As Verò Casar Augustus omniuersa adeptus, cuim inter loquendam Antonij insertiam Sebasii explicasset, Illyriam gentem praeclaris bello eosissimam, et eundem saepenumero infestantem, mitem reddidisse: Oxycos, Pertbenetac, Bathiates, Taulentios, Cambeos, Cinambros, Merromenos, atque Pyriffeos, omnis experientia edita sibi subdisdit. Maiore insuper labore capti sunt. Et ad tributa qua solvere deficerat, impulsi, Docteata, Carini, Interfurini, Narsi, Clapridiones atque Tanrisci. Quibus vittis finitimi metu territi, Ippasini scilicet et Besi se illi tradidere. Deficientes Verò Melitinos et Corsyreos, qui insulas involunt, ingenti bello mole superaserunt, quoniam maria classe prede bantur. Et horum quidem impuberes Casar insit interfici, reliquos pretio veniente dit. Liburnis naves ademit, quoniam et hi pariter maria infestabant. Ex Iapodum gente, qua intra

intra Alpes habitat. Moentini & Edeata q̄ si aduenienti se ultra tradiderunt. Aurupini qui plurimi & bellicosissimi ex Iapodum natione referuntur, ex Villis ad Sorbem secesserunt. Ap proximante itaque illo, inter sylvas latrarent. Casar capta Sorbe neutquam signem iniici passus est, ratus eos se tandem illi esse dedituros. Quo facto, Sorbem & incalerent, omisis. Maximè autem inter omnes Casari impedimentum attulere Salassi & Iapodes qui solita Alpes incolunt. Segestani, Dalmata, Daſq̄, Paonésque, qui Salassis sponte adhaerant. Hi Vertices Alpium tenent, montes inaccessi, ardua semita ac difficilis ad eos ducet, quorum seducia proprijs degebant legibus. & felicitas à transiuntibus poscebat. Hos Veteri inopine aggressus, angusta locorum per insidias occupat, & per biennium obsecos tenuit. Illi salis inopia ducti, quo maxime indigebant, tandem admisere custodias. Postremo à Veteri deficiente munimenta deiecere, & angustias locorum occupatis, qui à Casare ad ipsos mitabantur, irrisere, cum nibil magnum in eos conari possent. Ea ex causa Casar instante contra Antonium bello, suis legibus degere concessit, & quis Vetero insultassent, Seniano indulxit. Hec omnia ad suspicionem vertentes, ipsi, alias iterum Sorbes congregabant, & quae Romanis parerent innadebant, dones Messala

Cor

Corminus, Et illos expugnaret à Casare promissos, fame domuit: eoque modo Salassi in Romanorum cessere potestatem. Iapodes qui ultra Alpes incolunt, natio ferocissima, ac pene silvestris, bis à se per annos fere viginti Romanos repulere. Aquileiam quoque excurrere, & Torgium Romanorum coloniam depravatis sunt. Insurgente in eos Casare per iter asperum atque aduersum, adhuc magis contra eum irritabantur, nemora in oppositum illi praecidentes. Cum deinde ad aliam sylvam discutisset Casar, in fugam abeunt, & appropinquant, struxere insidias. Casar id ipsum suspicatus, ad montium apices ex suis mittit, quae eos straque ex parte aggredentur. Summissis adiutante illo, & sylvas excidente, Iapodes ex insidijs subito apparuere, multisque affecere vulneribus. Verum maior eorum pars ab his qui ex apicibus decurrerant interficiuntur. Reliqui iterum ad sylvas reuertuntur, Sorbem relinquentes, cui Terpanus nomen fuit. Eam interceptam Casar minime cremauit, satis arbitratu, pariter illos se esse detiuros, Et fecere. Deinde ad aliam processit Sorbem, Metulium incola nuncupant, quae lapodum primaria habetur Sorbs. Situ est autem in monte nemoroſo, duobus conditis tumulis, quos Gallus modica intersecat. Et inuenitus ad eum milium numerum armis armisq; præpollens,

polliens, Romanos circa mānia pugnantes fa-  
 cilē ab illis repellebat. At hi aggerem eri-  
 gentes à Mētūijs hinc inde discurrentibus  
 die noctiūque decabantur; ēgētē māris machi-  
 narum ope, quas in bello accepérant, longius  
 distare cogebantur. Nam ea pugna, quam  
 Bratus hanc longe ab eo loco cum Anto-  
 nio ēgē Casare ipso simul habuerat, māchinas  
 fuserperant. Dissipantibus interim Roma-  
 nis eorum mānia, illi interissē propugnacūla  
 alia struebant, ēgē labore defessi, in ea qua  
 construxerant, salutē ferebantur. Romanis re-  
 cepto mūro, qui ab illis rebūto fuerat, igne  
 succendunt, ad reliquum vērō ageres binos  
 erigunt: à quibus pontes subinde quatuor ad  
 mānia struere. Per actis omnibus Casar non  
 nullos ad aduersam vrbis partem ire subet, si  
 cines ab inuisīcē distractheret, reliquos ex suis  
 per pontes ad mānia accelerare admonet. In-  
 terim ab editi tūrri, qua fierent, intentus  
 prospectabat. Barbari ascendētibus ipsi ex  
 aduerso per mānia occurrant. Ceteri a ter-  
 go insidias struentes, cūm pontes longos lancois  
 appellerent, adhuc magis exultare inespiciunt.  
 Vno igitur ex pontibus, deinde also post pri-  
 mū corruente, cūm tertius in ruinam le-  
 beretur, timor omni ex parte Romanos occu-  
 pat; nec collis quartum pontem andebat in-  
 gredī. Casar igitur à turribus increpare per-  
 git.

git. Cum nec sic in bellum concitare posset, ipse clypeo assumpto per pontem cursu ferebatur. Accurrunt ergo cum eo ex ducib[us] Agrip-  
pa, et Hieron, Luciusque, ex corporis custodi-  
bus Iolas, quatuorbi soli, ac scutiferorum non-  
nulla pontem occupant. Casare igitur pontem  
transiente, rubore ductis milites confertim ad  
eum adnolat. Quia ex causa praevaricatio pons  
ad inferiora statim labitur, viri quoque plu-  
rimi in terram corrundunt, ex quibus nonnulli pe-  
riere. Atque ferme contritis membris efferun-  
tur. Caesar crux dextrum ergo trunq[ue], brachium  
sancius, denuo turris, condescendit, consulari-  
bus quibusdam prosequentibus, ut ex fide se  
incolumem esse ostenderet, ne quis interim ex  
rumore mortis eius, tumulus oriretur, aut ho-  
stes illum terga revertere putarent: ac protinus  
alium exadiscicare iubet pontem. quares pra-  
cipue Metubios exterruit, cum se aduersus ho-  
minem animo penitus insiculum bellum inuisse  
cernerent. Postridie itaque legatis ad eum mis-  
sis, quingentos quos idem postularat, exhibue-  
re obsides, et custodias admittere pollucisti,  
aleiorem. Et custodirent reliquere tumulum.  
Ipsi in alterum omnes secesserunt. Cum custo-  
des ad eos venientes arma deponere iuberent,  
animo turbati, mulieres eorum atque filios in-  
tra Senatus conclusere locum, et custodias  
sumul admittentes, Romanis annuntiant, si  
      & &      quis

quid insolitum erga eos moliri auderant, se locum illum incensuros, & cum desperatione pariter Romanos invasuros. Quibus dictis, ex inferiore loco quasi superiorē ascensuri in vnu coenent. Tunc vero custodia Senatus locum & L<sup>tr</sup>o incendunt. Plurima igitur mulierū se ipsas filiosq<sup>z</sup> interemere. Quodam natos viros deferentes iniecere igni. Sic omni Metuliorum iumentute fere in armis concidente, & inutilium maiore parte igne conflagrante, cunctis quoq<sup>z</sup> incendio absimpta est, ita ut nullū tam ingentis urbis superfuerit vestigium. Demictis Metulijs, Iapodum reliqui timore ducti, se ipsos Casari dedidere. Sic Iapodes, qui ultra Alpes incolunt, tunc primum Romanorum tulere iugum. Recedente deinde Casare, Posse-ns ab illo defecerunt, quos Marcus Elbius ad eos missus bello domuit, & qui defectionis causa fuerant, occidit, reliquos pretio venudevit. In Segestanorum igitur tellurem bis autem profecti Romanis, neq<sup>z</sup>, absides neq<sup>z</sup>, aliter quicquam ab illis abstulerant. Quae ex causa Segestani maiores spiritus sibi assumpserant. Casar per Paonū tellurem, cum & hi nondum Romanis parvissent, in eos profectus est. Nemorosa quippe Paonum regio est, & in longum ab Iapodum populis usque ad Dardanos protenditur. Paones nullas urbes habet, agros duntaxat & villas per cognationes possident.

Neq<sup>z</sup>

Neq; iudicia cōmūnia illis adſunt, neq; princi-  
 pes qui cateris p̄ſant. Ipſi centum millia ſi-  
 rorum atate ad bellum integrā ſtig; habebāt.  
 Verū imperio carentes minimè in ſum con-  
 gregabant. Appropinquante Caſare, ad ſybas  
 delati fuga, ſiquos ex Romanis palantes repe-  
 riſſent, occidebat. Caſar quoad illos ad ſe ven-  
 turos credidit, neq; villas, neq; agros eorū de-  
 populatus eſt. Non accedentibus, ignem omni-  
 bus immisit, & per continuos octo dies maxi-  
 mis affecit cladibus, quibus in Segestanorum  
 & Paonum regionem & que ad Saum fluuiū  
 eſt proiectus. Huius in ripa ciuitas latifīmo  
 fluuiſo & ingenti fossa munita confidet. Qua  
 ex cauſa potissimum Caſar illam inuasit, Velsu-  
 si bellis horreum in Dacos, Bastarnasq;, qui  
 Ultra Iſtrum incolunt, habiturus. Idem fluuius  
 his in locis Danubius dicitur, nec multo deim  
 de inferius elapsus ſuperioribus aquis, pro Da-  
 nubio Iſtri nomen aſſumit. Saue autem Iſtrum  
 inſluſit. Erāntque Caſari naues eo in flumine,  
 qua commeatum ad exercitum per Danubium  
 afferrent, ob id Caſar Segeſtam ſerbem ſibi  
 aſſumpferat. Progrediente eo, Segeſtanis lega-  
 tos deſtrinxerunt, quid factō opus fit, ab eo exqui-  
 runt. Ille custodias accipere, & obſides cen-  
 tum afferre imperat, ut tute eorū urbe Velsu-  
 ti horreo aduersus Dacos ſtig; queat. Frumen-  
 tos insuper quantum ipſis luceat efferre. Hac  
 66 2 igitur

ut primores exequis haud iniquum existi-  
 abant. Populus contra turbari cœpit, obfir-  
 esq; contemnere, quoniam non ab ipſis fur-  
 san liberi sed a primoribus dandi eſſent. Ac-  
 cedente igitur custodia, aspectū ferre nequeā-  
 tes, furibundo impetu aduolant, portasq; pro-  
 tinus occludunt, ac deſuper è mænibus sterum  
 ſeſe offerunt. Ea ex re Caſar flumen pone  
 coniunxit, Vallum fiffasq; vndiq; communis.  
 Conclusis ciuibus intra Urbum, aggeres binos  
 erigit, ad quos Segeſtani ſapenumero cursu fe-  
 rebantur, ſed cum aggeres inuadere nequaꝝ,  
 faces, ignemq; plurimum ex ſuperiore tra-  
 ciunt. Appropinquantibus ad eos ſubſidii à  
 Paonum natione alia, Caſar ex occurſu ſati-  
 das illis instruit, ſic eorum pars interimitur,  
 pars in fugam vertitur, nec vlla vlters ſed Par-  
 num ad Segeſtanos accessere ſubſidia. Segeſ-  
 stani obſidionem omnem fortissime perpeſi,  
 trigesima tandem die diſſicili pugna ſuperan-  
 tur. Ac tum primum supplicare diſdicere.  
Quorum virtutem Caſar admiratus, necnon  
 precum pietate motus, ne uitium occidit, aut  
 clade vlla conturbanit, ſed pecunia multa-  
 re contentus, in ciuitatis ſemota parte con-  
 cluſit, Et quinque ſupra vſiginti cohortes pro  
 custodia Urbi intulit. His peractis, Romanum  
 denuo in Illyrium rediturn abſceſſit. Fama  
 deinde fulgante Segeſtanos custodiam quam

iii

in Erbem recipiſſent, per ſim interemifſe.  
 Caſar quanquam hyemis tempore, curſu ad  
 eos preficiſcitur. Tandem rumorem falſo edi-  
 tum intelligens, veritatis cauſam ſubinde in-  
 uenit, ſuos in periculo conſtitutos fuiffé, Se-  
 geſtanis inopine eos inuadentibus; à quibus  
 multi confeſtim interempti eſſent, verum ſe-  
 quenti die milites ciues inuadentes obtinueri-  
 ſe Erbem. Quamobrem Caſar coptas in Dal-  
 matas conuertit, gentem Illyriorum aliam.  
 Et Taulantij finitimam. Dalmata quidem  
 ex quo ſub Gabiniō quinque cohortes interi-  
 mentes signa ademerant, ob res proſpere ge-  
 ftas animis elati, per decem annos neuti-  
 quam depoſuere arma. Et aduenienti Caſari  
 vna cum Segeſtanis occurrere flatuerant.  
 Erant quippe bellisofißimorum milia duo-  
 decim. Et ultra: ducem quoque iphis Ver-  
 ſum nomine pafecerant. Ille Pomonam  
 Liburnorum Erbem denuo inuadens, vallo fu-  
 ſaque manierat, aliisque ex naturali locorum  
 munitiſima occuparat. Nam regio omnis  
 montuosa, collibus ſundiſque acutis pinnarum  
 in modum erectis prominent. Maior itaque  
 eorum pars Erbem inſederat. Cuiſtodiās vero  
 per colles in altum eminentes collocaſerunt, ſic  
 tamen ab excelfo Romanorum caſtra facile reſpi-  
 cerent. Caſar propalam omnes muro ſepire  
 velle ſimulat, clanculum autem audaciores.

qui aditus ad montium summa deferētes ex-  
plorarent, emittit. H̄i igitur per sylvas se u-  
culentes, nocte custodias inuidunt, & adhuc  
somno consopitas ferro cadunt, ac Casari fi-  
nem itineris sibi adesse significant, ad expa-  
gnationem urbis maioribus copijs esse opim.  
& ex tumulis per vim captis alios supra aliis  
emittunt ad eos qui ultraiores colles occupa-  
rant. Confestim igitur turba ac trepidat  
Barbaros inuidit, cum se omni ex parte cir-  
cumuentos esse intelligunt: maxime vero qui in  
tumulis steterant eminentioribus, ob aqua-  
digidam in primis formidantes ne extus  
ret. Crassus his respondit. et si modicae & iuendi cupiditate teneretur, non tam in se eorum membris permissurum esse. Itaque Rscos fratres premissit sciscitaturor, qui quot' ve in Enū conuenissent. quos Surena statim deprehensos insisse desinens. ipse cum illastrioribus in equo processit. Vixit Crasso. Et quid hoc, inquit? Romanorum imperator pedes ambulat, nos in equis vehimur? Ego statim equum iussit adducit. Crassus autem neque se, neque illum peccasse proficente, cum fortique patrum sit in Enū conuenire: esse ibi inducias ac pacem Orodes regi Romanis que Surena inquit: oportere autem ad fluvium enites federa conscribere. Non enim vos omnino memores promissorum estis, o Romani, ait. Ego dextram illi obtulit. Recusante deinde Crassus equum, nihil necesse, inquit: rex quisque illum tibi tradit: Ego simul equus aderat phaleris auroq; conspicuus, Ego qui praeceps eum suscepturi venerant, circundantes plateis insequebantur, accelerareque cogebant. Octavianus igitur equum per frena arripit, Ego post eum Enus ex tribunis Petronios, demum reliqui circumstetere equum occidere querentes, Ego qui Crassum impellebant, ab utraque parte deturbantes. Tumultu itaque Ego impulsione fieri cæptis, cum ad verbera ventum esset, Octavianus exerto ense equisonem quandam è barbaris occidit, alias

N 4 Verò

Verò Octávium à tergo instans vulnerauit. Petronius cum armis haud admodum munitus esset, in Thoracem percussus vulneratus abiit. Crassum autem Maxarthes Parthus interfecit: quod quidam negant, alium quendam occisorem afferentes. Crasso deinde iacenti caput dextramque abscissam referunt. Opinantur tamen ista potius quam intelligantur. Quis enim praesentes erant partim circa ipsum pugnantes interfecti sunt, partim fugientes ad tumulum statim redierunt. Adiumentibus demum Parthis, & Crassum pernas dedisse referentibus, reliquos omnes intè descendere Surena misit. itaque è tumulo delapsi scipios Parthis credidere: & hi quidem nocte palantes six paucis exceptis in turru evasere. Reliquos omnes Arabes aut fuisse cepere, aut confecere ferro. Feruntur quippe ad Viginti millia hominum interisse, decem millia in potestatem redactae esse. Caput autem dextramq; Crassi Orodi regi in Armeniam Surena misit. Ipse in Seleuciam præmisso munitijs Crassum captiuum duci, ridiculam commentus est pompa, per contumeliam triumphum agens. nam captivorum gratissimum Crassum Caius, vestem regia mulieris induit, & pro Crasso suffusus respondere, cum imperator vocaretur, equo insudebat: ante ipsum verò tibicines ac lectores camelis velabantur

ter, quorum virgis saccis pendentes inerant, iuxta secures nuper abscissa Romanorum capita, post hos Seleucides incedebant pellices, cætorésq; , qui scurrilia plura ērisu digna referentes, mollitatem Crassi ēignauiam eius decantarent, ē hac quidem omnibus conspicua erant. Seleucidarū verò seniores in unum congregans Arisstides, Milesiorum impudicos protulit codices, non quidem ementitus, in reconditis enim Rusticū muentis referuntur, qui Surena contumeliarum materiam in Romanos præstitere, nec nisi bello implicsti huiusmodi rebus scriptis' ve queunt conuenire. Seleucidis quippe vir sapiens videtur Aeopoeus Surenam intuentesibus Milesiarum impudiciarum folloeo primo appendentem, posterius verò Parthicam attrahentem pompam inter tot pellicum currus ijs qua Echidna nominantur, ē Scytale band adsimilem. Et hac quidem priori in parte illustria. Terribilia deinde telis, arcubus equisq; insequentium, phalangis verò caudam in choreas, plausus, psalmos, festinitatesq; impudicas mulserum finientem. Mendax profecto vir Rusticus, impudici Parthi Milesia hac ementiti ludicra: quorum plurimi eorum regno præfuerint è Milesia Ionysq; pellicibus nati Arsacida. His peractis Orodes cum Artabaxe Armenorum rege in colloquium venit, ē sororem eius Pa-

N s coro

coro filio suo coniugem descendit. Potus, deinde  
eḡ conniuia inter Erosque, multaq; alia  
vicissim prabitur. Certamē praterea ē Gracchū  
institutum sociis. non enim canticis Grecis  
eḡ litteris indoctus omnino putrabatur Oraes.  
Artabaxes etiam tragœdias edidisse, eḡ ora-  
tiones historiasq; scripsisse dicitur: quārū non  
nulla posteritati adhuc permanent. Crasca  
pīte ad fāres delata. statim ē mensa consūtare  
re omnes. Tragœdīa deinde minis Iason  
mine Trallianus, cū Bacchi orgia ab Euripide  
in ijs que de Agave referuntur, accantret, et  
fetq; eius. Vox pergrata omnibus. Silacis atque  
statuam procumbentes, eamq; generatus. Cras  
scapit jecit in medium. Plausum autē in im-  
mensam cum leticia eḡ clamore extollentibus  
Parthis, Silacis statuam inclinare ferme  
bente rege. Tum Iason Penthei consolatoria  
ta, cuidam ē psallentibus tradedit. ille Cras  
capite assumpto, bacchantis in morem in id se  
totum extulit. superstitione huiusmodi fuisse eḡ  
cantu, Ferimus ex mōtis ambitu nuper casu  
venationē optimā. Eo cantu gaudis omnes, re-  
spondētibus deinde reliquis, cū quida ex ijs qui  
choriz abat addidisset. Meus menos hic est bonor,  
prosiliens Maxarthes, nā eḡ ipse conniuio  
inerat, caput ē manu abstulit, quasi id ipsum  
ā se conuenientius descendū putaret. Gauisus igi-  
tur rex, quod expatria moribut consuetū fuit,  
donum

donum illis tribuit, Iasoni vero talentum con-  
sulit. In hanc itaq; canticum Crafsi milstiam ve-  
luti tragediam quādam finiuosse scriptum est.  
pēnas tamen hisusce crudelitatis Orodem, ac  
periurij Surenam dedisse meritas. Nam Sure-  
nam nō multo post dignitati ēg gloria eius in-  
sidiens Orodēs neci tradidit. Orodēs porr̄  
cum Pacorum filium à Romanis bello supera-  
tus amisisset, ēg morbo intercute laborare ce-  
pisset, à Phraarte filio per insidias aconito ag-  
gressus, suscipiente medicinam morbo, ita &  
longius prorogaretur, attenuarēturq; membra  
alix, breuioris via ē vita pulsus est. Tumultuan-  
te deinde Parthico exercitu circa Mesopeta-  
miam, Labienum regij milites Parthorū prin-  
cipem sibi statuentes Syriam ingressuri eide-  
bantur, vel Götterus prodeentes in Alexandriā  
secum deducturi. Agentem igitur Parthos,  
ēg ab Euphrate ēg Syria Lydiām & q; ēg Io-  
niam, Assyriam peruanstantem omnem Anto-  
nius vt reprimeret, eique obfisteret, copias ad-  
uersum mouit, quem vxor Fulvia multis lacry-  
mis ēg literis ad se reuocans, Italia demum  
redire coēgit, Ibi Cesari conciliatus, ac Pōpero  
qui Siciliam regebat, Ventidius premisit in  
Asiam impedimentum quoddam allaturum  
Parthis. Ipse Vltero sibi indulgeras, sacerdos pri-  
mi Cesaris creatus est, plurāque alia benigno  
comiterque in polissicis rebus exercuit. Erat  
forte

forte cum eo magus quidam Aegyptius ex iis  
 qui hominum genituras sortesque scrutantur.  
 Is sine vt Cleopatra more gereret, sine veritati  
 inniteretur, erga Antonium decere ausus est,  
 fortunam eius illustrem & insignem sub Cesa-  
 re admodum deficere ac debilitari, & vt lon-  
 ge ab eo adolescente se trasferret, hortatus est.  
 Tunc, inquit, demò hisus reformidat genum.  
 Quibus ex verbis palam subtristari visu est  
 Antonius, ita vt Aegypto potius in barem  
 ex Italia discederet, & quapropter in Gra-  
 cia illi fuerant, Caesaris potestati traderet. In  
 hybernis igitur circa Athenas cōmorantes, qua  
 in Parthos à Ventido feliciter gesta fuerant,  
 referuntur, superatos bello Parthos, Labiem, ac  
 Phraartem bellacissimos Orodis duces ait  
 interisse. Quorum causa epulum Graci pre-  
 bitum, ludi precipui Athenis acti, Cum autem  
 ad bellum profecturus esset, sertum sibi ex oleo  
 sacro desumpsit, & à Clepsydra & aqua plen-  
 num ex praecepto hauriens secum detulit. In-  
 ter hac Pacorum regis filium magnas Parbo-  
 rum copias in Cyriam ducentem Ventidius  
 circa Cyristum occurrens pepulit, Pacorōque  
 inter primos occumbente, magna strage eos  
 afflixit, quod opus inter cetera memoratu  
 gnū, omnes ferè calamitates quas Romani  
 sub Crasso pertulissent, vindicta sustulit, Par-  
 thosque intra Mediam Mesopotamiamque  
 concit

cōclusit, tribus pralijis summa sū superatos à Romanis. Ventidius igitur Parthos Volterius persequi neglexit, Antonij Veritus insudsam. Deficientes autem inuidens, ad deditio[n]em redire compulit. Antiochum porrò Comagenum in Urbe Samosatis obſedit. Deprecante deinde illo E[st] mille talenta dare pollicente, Antonij quoq[ue] mandatis obsequiis, ad Antonium mittere iuſſit. Iam enim proximus aderat, E[st] Ventidium cum Antiocho inducias agere volentem, eam rem suo nomine & conficeret admonuit. non enim omnia à Ventidio exequendas dicabat. Obsidione deinde in longum procedente, et ciuibus iam pace desperata ad audaciam commersis, cum nihil proficeret, rubore E[st] prætentia compulso, quinque E[st] trecenta talents cupide ab Antiocho accipit, E[st] parua quadam in Syria componens, denuo Athenas rediit, Ventidium quibus decus pecunij ornatum ad triumphum mittens. Hic enim de Parthis usque ad astatem nostram solus triumphasset. Vir quidem natione ignobilis, cum in Antonij amicitiam se īſinuasset, illustrium rerū occasiones adeptus est, quibus strenue usus, satis approbasse creditur, qua de Antonio E[st] Casare dicta sunt, feliciores per alios quam per seipſos esse in bello duces. Etenim Caſſium Antonij ducē in Syria multa fecisse, E[st] Canidium ab eadem in Armenia relictum, his denictus,

liber

Iberorum quoque & Albancrum subactis re-  
gibus, ad Caucasum &que processisse: quibus  
ex rebus Antonij potentia gloria inter Barba-  
ros potissimum adactam esse. Nam cum Pra-  
artes Orodem patrem interemisset, regnumq.  
sibi vendicasset, plurimi subinde Parthorum  
au fugere, & Munesses vir clarus et potens ad  
Antonium pariter fuga peruenit, fortunam  
suam Themistocles assimilans. Antonij vero  
facultates ac magnificentiam Persarum regn.  
qui tres Sorbes illi dono dederat, Larissam,  
Arethusam, & Hierapelam, quam Callinicum  
prius appellabant. Parthorum deinde rege de-  
xtram Munessi offerente, perliberter eum di-  
misit. Antonius, Praartem dolo circumvenire  
ratus, quasi pace demum inter eos fecutus, &  
gnum putans: quibus Crassum fraudibus cepis-  
sent Parthi, eas quoq; sibi asciscere. Cleopatra  
strisque in Aegyptum premissa, ipse per Ara-  
biam & Armeniam profectus est. Eo in loci  
conuentientibus copias, auxilia etiam regum con-  
trahit. Hi vero perplures fuere, quorum ma-  
ximus Armenianorum rex Artabates sex mil-  
lium equitum, septem peditum exercitum do-  
cebat. Erant & cum eo Romanorum peditum  
sexaginta milia. Equitatus quoque ex Iberis  
& Celtiberis à Romanis institutus ad nume-  
rum decem millium. Reliquarum porro nati-  
num ad triginta milia cum equitibus. & Ce-  
litib.

litiis annumerabantur. Huinmodi itaq; apparatum ac potentiam, quam ultra Bacchos extinuere Indi, & qua Asiam quoque tenere potuisset, inutilem sibi ob Cleopatram extitisse memorant. Cum illa siquidem hybernare cupiens, bellum ante tempus inferre ausus, cum nulla ratione steretur quasi pharmacis graibus dam & incantaminibus addictus esset, ad eā solum diuertit oculos, celeriusq; ad conspectum eius regredi, quam hostes bello superare satagbat. Principio quidem cum in Armenia hybernare opes esset, & exercitum labore fessum reparare octo millium padiorum itineracione confectum, ac prius quam ex hybernis Parthi excederent, veris principio Mediam invadere, tempus opperiri habet passus est, Verum ad sinistram deflexis copijs, capta Armenia, Atropatenam depopulatus est regionem. Machinas preterea quas Sorbium oppugnandarum gratia trecentis vehiculis adducere solebat, inter quas aries octoginta pedum longitudine inerat, licet his similes haudquam in tempore reperiri possint, cum superior regio lignum omne ingenerosum ob exilitatem mollitiemque producat, celeritati stridens, velut itineris impedimenta post se reliquerat, custodiam quandam & exercitus ducem vehiculis apponens. Ipse Phraarta Sorbem inclitam, in qua Medorum regis filij mulieresque habitabant, obsidere pergit:   
 neceſſ

necessitate verò errorem omnem quem in dis-  
mittendis machinis ediderat ipsum arguente,  
aggerem summo labore contra urbem erigere  
compellitur. Inter hac maximis copijs aduen-  
tans Phraartes, cum machinas ab Antonio  
destitutas intelligeret, ingentem equitatum  
aduersum eum misit, à quo circumuentus Ta-  
tianus, interemptus est. Et cum eo ad decem  
milia milium casa. Capti autem complures, sis-  
ter quos Et Polemō rex fuit. Machinas de-  
inde barbari immisso igne succēdunt. Quae omnia  
animaduertentes Antoniani milites, maxi-  
me vereri capere tam insperato ac repentina  
aggressi malo. Armenius itaque Artabares  
desperatis iam Romanorum rebus, cum exerci-  
tu ad propria reuersus est, cum potissimum bellum  
belli causa extitisset. Splendidè igitur se ex-  
centibus ijs qui obsidione premebantur. Et Par-  
thorum fiducia minis contumeliasq; denti-  
bus, nolens Antonius exercitu defida laboras-  
te, huiusmodi calamitatis plagam inualeſcie-  
re, Et dietim adaugeri, decem legionibus af-  
sumptis, Et pratorij cohortibus armaturam  
tribus, omnem equitatum frumentatum mit-  
tit, satis fisus insurgentibus in eum hostibus  
pugnam ex ordine esse fecuturā. Progressus igi-  
tur per dies duntaxat iter. Ut Parthos circum-  
fusos vidit, Et ex itinere pralium insire cupien-  
tes, pugna signum castris ponit, disiectusq; ten-  
torij,

torijs, quasi bellum detrectaret, & abinde de-  
 ducturus horridum barbarorum declinaret a-  
 spectum, equitibus edicit, & cum primi ex ho-  
 stibus in arce constituti effugere non possent,  
 equos ad eos fleterent. Barbaris itaque effu-  
 gas postor visus est ordo Romanorum, & pari-  
 bus intermallis transentes eos inuadebant si-  
 ne strepitum & silentio tela quatientes. Cum si-  
 gnatum datum esset, sublato clamore, equisq; con-  
 uersis aggressi vulnerabant quanquam intra  
 sagittarum spatiq; deprehensos. Armatis itaq;  
 clamore & armorum strepitum in unum subueni-  
 tibus territi Parthorum equi cessere loco, &  
 ipsi prius quam ad manus venire possent, abie-  
 re fuga. Antonius autem ab insecuritate nequa-  
 quam destitit magna spe adductus totum ferè  
 bellum, aut certe maiorem eius partem eo pre-  
 lio confectam esse. Sed cum in castris redisset,  
 pedestres per quinquaginta, equites per tot inse-  
 curos stada, ex hostibus quidem captiuos ca-  
 fosq; denuerans, triginta duntaxat captos, ad  
 octoginta in acie cecidisse comperit. Quia ex re-  
 stupor ac tristitia omnes ferè milites inuasit,  
 dirum arbitrantes, si victores adeò paucos in-  
 seremissent, victi tot viris spoliati essent, quo  
 circa machinas perdidissent. Sequenti die ad  
 bellum instructi, copias in Phraarta deduxer-  
 e. Occurrentes deinde ex itinere hostibus pri-  
 mum parua manu se inferentibus, subinde ma-

O iore,

iore postremo omniibus copijs, Geluti invictis.  
 Et nuper ad pugnam provocatis, et sedisq;  
 insurgentibus, fixo magno labore, ac difficulter  
 in castris seruati sunt. At cum Medes excus-  
 sionem quandam ad aggerem fecissent, propu-  
 gnatoresq; terruissent, iratus Antonius, ex ijs  
 qui paurore cessissent, decimum quenque supplic-  
 cio affecit, alijs pro tritico hordeum appulit.  
 Difficile quidem utrisque erat bellum, et  
 euentus belli formidolosier. Antonius famam  
 ingruentem formidante, nec propere a Guine-  
 ratorum defunctorum copia carente: et Pra-  
 artes Parthos intelligens omnia prius quam  
 hyemem in casiris sustinere, nec extra habita-  
 cula commorari posse, maxime formidabat, ne  
 perseverantibus Romanis moramq; ducen-  
 tes sui eum derelinquerent, equinoctio autem  
 nals potissimum instantem. Tale igitur machina-  
 tur dolorum. Parthorum quippe primorescum aut  
 frumentatum, aut ad alias excursiones mitte-  
 rentur, languidius admodum Romanis mana-  
 bant operam, nonnulla ab illis exferre negligentes,  
 ac virtutem eorum verbis extollentes, bel-  
 licosos etenim illos predicabant, eorumq; virtu-  
 tem summa admirationis apud regem suum effici-  
 ent. Deinde proximiores illis facti, semotis equis  
 Antonium increpabant, quod Praearate cum  
 eodem conciliari cupiente, ac talibus totq; vi-  
 vis indulgere, ne sit quā praberet aures. Verum  
maxi

maximos opperiens hostes, famem scilicet & hyemem, per desidiam quietem ageret, pro quis bus opus esset etiam permisso à Parthi fugā capere. Pluribus igitur hac ad Antonium differentibus, manus spe delusus, non prius Parthi bellum indici iussit, quam à blandientibus barbaris intelligeret, an hac ipsa conscientia rege diccerent. Affirmantibus illis, ac suadentibus ne dubitaret, nēve diffideret, quendam ex amicis iterū misit, qui signa captiuosq; restituī equum diceret, quasi non multi salutem suam faceret, aut de fuga cogitaret. Partho autem hac omitti respondente, abeunti vero pacem securitatēq; pollicente, intra paucos dies collectis vasis capessit iter. Quorum autem studiosissimus semper fizerat populares scilicet blande colloquis, & exercitum ratione ducere, quantumvis alter, tunc ob ruborem multitudinēq; in alloquenda multitudine omisit. Domitium itaque Aenobarbum ei muneri addixit: qua ex re nonnullis excandescere, quasi ab eo despicerentur, & tristari sis. Plura tamen omissa sunt. Et gloria parceret, cuius causa bac ipsa ab imperatore potius suadenda & exoranda milites arbitrabantur. Cum iter ingressurus esset, quod retro per plana arboribusq; deserta faciundum erat, vir quidam genere Mardus, Parthorum moribus inter plura haud dissimilis, & qui in pugna circa machinas olim acta fide m præstis-

set illasam, ad illum venit suadetq; Et fugam  
à via versus montes arripiat, nec exercitum ar-  
mis grauem vacuis incurribus ē apertis equi-  
tatu sagittisq; subyiciat. Phraartē nempe per  
benevolentia simulationem insidias illi frue-  
re, se ducem brevioris via polliceri, ē que re-  
cessariarum rerum copia exuberet. Quae intelli-  
gens Antonius, consulere in medium cepit, nec  
equum esse aiebat, exhibita per inducim fide,  
se Parthis minus credere videri, circuncisio-  
nem autem itineris ad oppida, ē assuetam se  
mitam collaudans, fidem à Mardo petit, ille  
vinciri se iubet quoad in Armenia firmasset  
exercitum. Eo modo insectis vinculis, per duas  
dies miro modo deduxit agmen. Tertia die An-  
tonius nihil iam de Parthis formidante ē in-  
glentius agente iter, cum plurimum defi-  
deret, videntis Mardus apertioñem quicquid ad  
egressum fluminis nuper effossam, ē plurimū  
aqua per iter quā commēdum esset effusum,  
id opera Parthorum effectum esse indicat, qui  
difficultatem morāmq; abeuntibus obijcerent,  
ē fluum veluti impedimentum antepone-  
rent. Antonium quoq; hortatus est, vt diligen-  
tius inspiceret, animumq; adhucberet, non enim  
longius abesse Parthos. Statim igitur milites  
in ordine armisq; disponenti, ē iaculatoribus  
funditoribusq; excursionem preparantibus in  
hostes, Parthi in conspectum se dedere, ē  
digq;

tēq; sēcē effundentes, quasi eos circummituri, Ro  
 manos terruere. Occurrētibus deinde Velitibus  
 resultas ex arcubus confligebant plagas, mul-  
 cas ē ipsi à fundis telisque patiebantur: de-  
 num terga vertere coacti, non multò pōst re-  
 versi sunt. quoad Celtae equos inferentes, ē in  
 os cōuersi dissipare omnes, cum illa die nul-  
 l'ura adhuc exemplar virtutis præstitissent. Ex  
 his igitur que agenda erant intelligens An-  
 tonius, funditoribus lanceatoribusq; cū plurimis  
 non solum terga, verū etiam latera cōfirmans,  
 exercitus quadrato agmine incedebat. Equi-  
 tibus verò edictum est, vt cum hostes aggressi  
 essent, eos auerterent: cū auertissent, neuliquā  
 longe sequeretur. Eo modo Parthi per quatuor  
 nsecutis dies, cum nibil amplius laderent quam  
 raterentur, debiliores effecti, ē hyemis occa-  
 sionem pratendentes, de reditu tandem cogita-  
 re cuperunt. Quinta demum die Flavius quis-  
 dā Gallus vir bello expertus, ē acer, qui par-  
 tem ductabat exercitus, ad Antonium venit,  
 plures ex postremis Velites, ē equites quosdā  
 è fronte petit, quasi magnum quippiam actu-  
 res, hisque acceptis, multos ex hostibus conti-  
 nuè insurgentes opprimit, non vt prius in eos  
 inuenitus deinde retrocedens, verūm instans,  
 seq; audacissus illis immiscens. Intuentes autem  
 cum posteriores ordinis duces insequen-  
 tem hostes, missō nuncio renocare pergunt,

O 3        quā

quiibus parere renuit. Titum antea quastorem aiunt auferentem signa vertisse retro, Galbum quoque consitius aggressum esse, quasi multos & optimos viros exitio traderet. Redentes consitia Gallo, & qui cum eo erant manere suadentis, Titus retrocessit. Gallum deinde in exercitus fronte compulsum, plurimi ex hunc à tergo inerant, accurrentes, protegunt: affiguntur. At illi armatos deducentes, inter quos & Canidices, qui plurimum apud Antonium poterat, fuisse dicitur, non modicum peccasse contur. Nam cum opus esset densam conuerte phalangem, dum plures in auxilium emittunt, ac his deuictis alios denū certaminis adiiciunt, parum absunt, quin bello superati, exercitum fugare repellent exercitum, nisi quod Antonius cum armis à fronte strenue progressus, per fugientes tertiam immisit legiōnēm, hostesque occurrentes à longe pepulit. Cecidere capugna ad tria millia, sauciorum ad quinq̄ millia in castris relata sunt. Inter quos & Gallos fuit iam quatuor laceratas spiculis, sed nō e Guineribus non connaluit: reliquos adiens Antonius, ad eum solabatur, illacrymansq; horribatur ad salutem. At illi alacres apprebensa dextra abire eum, & se curare, nec Salterius doloris indulgere precabantur, illum imperatorem suum esse, & se sednos, dummodo incolunis esse,

esset, fatebantur. Omnino quidem neque audacia, neque tolerantia, neque corporis viribus etate illa splendidiorem quam priam fuisse quis dixerit, neque triplam ex ducibus tantum reverentia obedientia ve cum benevolentia praestitum esse, idque ab omnibus praelaris ignoransque, Et gratia Ego honore plus salutis Ego securitatis omnibus illis priscis imperatoribus sit a depeps. Huius rei causas plures memorat, quae à nobis premisse sunt, nobilitatem scilicet, discendit sim, simplicitatem, largitionem, magnificientiam, ad iocos denique Ego urbanitates nostram aequalitatem. Tum autem cum ijs qui morbo laborabant, non afferret Ego compateretur, necessaria quoque impartiret, remo facile di- gnoscere posset, Strū agros an incolumes potius, Ego saucios obsequentiores sibi redderet. Hostes igitur ferè detrectantes bellum, labore que confessos, adeo huiusmodi Victoria erexit, sit contemptis Romanis nocte in castris quiete degere, Ego tabernacula ab illis destituta, fugientiumq; impedimenta direpturos se esse credentes. Itaque cum illuxisset, multo plures in Sonū conuenerunt. Feruntur enim ad quadraginta milia fuisse, rege Et ad certam manifestamq; Victoriam eos pramittente, cum ipse nec Sonica fortuna Sus effet. Antonius milites allocutus, valem poposcit vestem, Et miserabilior apud eos fieret. Dissuaderib; autē amicis, purpurea

Vestis in medium processit. Víctores igitur verbis extollens, fugientes consuétujs insectatius est. Ex quibus hi s̄t bene speraret consideretque, suaserunt. Alij si decimare eos mallet, aut alia pœna afficeret, promptos se obtulerunt, modo s̄t à cura Ēg mastitia desineret, orabant. Ad bac ille manus ad calum tendens, deos deprecatus dicitur. Et si qua indignatio ob præstitatem suarum rerum sibi inumberet, eam omnem in se conuerterent, reliquo exercitu s̄t latem victoriāmque prestarent. Sequentis die diligentius circunseptus copijs ad iter pergit, Ēg Parthis insurgentibus inopine occurrit. Ad pradam enim ac rapinam, non ad prælium accedere sperabant. Deinde multitudini celorum obuiantes cum fortiter prompteque digne-  
gnarent Romani, statim defecere. Cum ferō descendantibus ipsis à nonnullis collibus, in declivis eos adorirentur, Ēg difficulter deducentes conturbarent, conuersi q̄z clypeos ferebant, omnes leuis armatura in medio clausere, ipsi in genua deflexi, clypeos ante se tenuer. Quā verò posterius steterant, armis superiectis primos contegebant: eodem modo Ēg reliqui nissi sunt. Huiusmodi igitur figura parviformiter declivis, the atricum præbebat aspectum, obiectio quidem firmissima aduersus lubricos sagittarum ictus. At Parthi inclinationem Romanorum in genua, lassitudinem Ēg calorem arbitr

arbitratis, arcus deposuere, contisque acceptis  
communis incepere pugnam: quibus Romani  
cum clamore subito aduolant, telisque è mani-  
bus excusis, primos interficiunt, reliquos in fu-  
gam vertant. Persimilia reliquis diebus gesta  
sunt, cum paululum fia intermitteret Parthi,  
Et fames insequeretur exercitum, modicum  
quid frumenti per pugnam vendicantem, nec  
instrumenta ad molendum apta deferentem:  
plura quippe dereliquerant, cum nonnullis in-  
menta ad conuictandos currus defecissent, no-  
nulli sarcios agrósque deferrent: modium fru-  
menti Atticum quinquaginta drachmis ve-  
nijisse in exercitu satis constat: hordeaceum ad  
aquare argenti pondus. Ea inopia ad olera rabi-  
cesque conuersi raro notis herbis vtebantur. Co-  
acti igitur qua gustui insueta erant experiri,  
primum quidem in herbam incident, que per  
furorem ad interitum adduceret: qui enim co-  
medisset, nihil aliarum reminiscebatur rerum,  
aut intelligebat, nec aliud quam lapidem con-  
tinuè effodiebat vertebatque, quasi quippiam  
magni operis acturus. Erat igitur huiusmodi  
repletus ager terram ac lapides effodientium,  
inter quos debacchati, demum bilem euomen-  
tes interibant, cum primum quod antidotum  
hunc morbo aderat, vinum defecisset. Interem-  
tibus plurimis, nec propterea Parthis ab infe-  
cione desinentibus, sapenumero Antonium

O S excl

exclamasse ferunt, O decem milia: eos qui cum Xencophonte profecti erant, admirantem, cum ex Babylone per longius profecti iter, Et multo plurius depugnantes Parthis salsa sua fissent. Parthi igitur cum exercitum deflevere, aut ordines infringere non possent, iem plures superati atque fugientes, iterum quicunque amicèque admiscebantur Romanis qui patlatum aut frumentatum quoquo pacto verū. His arcus neruis exutos ostendentes, serre proficiisci velle, Et hic finem bellū posere dicebant paucos ex Medis per Eniūs aut duorum duntaxat dierum iter secururos esse, nūdūt inferrent mali, ceterū et villas remotiores ad dannis vendicarent. Talibus verbis ac blanditijs denuò fiduciam præstiterū Romani, deo et hac audiens Antonius per campū potius proficiisci cuperet, cum itinera quād montes veherent, in aquosa esse audiret. Dum id facturus esset, vir quidam nomine Mithridates ab hostib[us] in exercitum ad eum venit, consobrinus Muncisi illius qui cum Antonio ab aliis fuerat, Et tres urbes dono acceperat, petem cum aliquo colloqui velle, qui Parthicam aut Syriam didicisset linguam. Et accedente ad eum Alexandro Antiocheno Antonio necessario atque amico quis esset retulit, Et in Munes sem gratiam referens, Vides inquit, à longe colles illos arduos, Et in sumum consunctos?

Cum

Cùm se ille videre diceret, sub illis, inquit, Parthorum copia insidias vobis struunt. Patentes igitur campi collibus illis subiacent, per quos ab ipsis deceptos iter arrepturos esse existimant, viam qua ad montes ducit, relinquentes: in illa quippe sitiis labore que duntur a vobis sustinenda sunt. Sin alteram tenueritis, sciat Antonius Crassi fortunas sibi esse subeuidas. Hac locutus retrocessit. Antonius animo turbatus, amicos ad se convocat, & vna itineris ducem Mardum accersit similia illi sentientem. Intelligebat enim semitas que per plana ducerent, difficiles, & erroris plenas, ac vix itinerantes permeabiles esse: aspera vero & montuosa nihil aliud in se difficultatis habere, nisi quod unica die per inaquosa esset comœandum. Ad hanc igitur conuersus, nocte proficisci statuit. Aquam in vtribus milites afferre inbet. Cumque vasorum inopia plures detineret, quidam galcas aqua repletas, nonnulli caprinos fetres attulerunt. Iam iter capebant, cum Parthis nunciatur, & quanquam nocte incidentes prater solitum aggrediuntur. Illucentie die in postremos incidere vigilas laboreque confectos. Per ducentas quippe & quadraginta stadia progressi erant, nec hostes tam subito affuturos arbitrabantur: quares calamitatem permagnam attulit. Sitim præterea prælum adauxerat, nam pugnantes simul

simul incendebant. Primi igitur ad flumen quendam peruenere, cuius aqua frigida admodum ac splendida fuit, verum salsa ac venosa, cuius causa adurente siti praecordia à dolore vexabantur. Quod cum à Mardo predictum esset, nihil minus eos qui à potu prohibebant auerentes hauriebant aquam. Antonius pressens ipse per modicum temporis ferre suadebat, non longe abesse flumen potius ei aquationi accommodum, reliquum itineris adire gustabile ei asperum, et hostes remitti cogentur. Simul autem pugnantes renocabat, ei et equos iungerent, nutu significabat. Cum adsumbras ventum esset, fixis iam tabernaculis, ei Parthis, et solebant, recedentibus, venit denas Mithridates, ei Alexandrum allocutus, horatur aliquantulum cum silentio exercitum mouere, ei fluvio propius copias abtingere, Parthos non volenter transitus, verum ad illum usque insecururos esse. Hac cum Antonio Alexander retulisset, aurea quedam pocula phialasque Mithridati insit afferri: ex quibus ille quotquot vestie celare potuit assumptis ad suos redit. Iam lucis aliquodd supererat, cum castra mouere incipiunt, hostibus nullo in loco prodeuntibus. Ipsi vero inter se noctem difficultam, ei omnium qua secuta est terribilem peregere. Eos quippe qui aurum ei argentum deferebant, aggressi spoliabant, ei peccata

nias rapientes è Véhiculis, ad Seleum Antonij impedimenta inuaserant: pocula, ac mensas ingentis pretij concidentes, inter se partiebantur. Tumultu itaque ingenti Ego errore paßim detinente exercitum, incubentibus Parthis, fugam Ego confusione ab illis ortam arbitrabantur. Antonius itaque satellitem suum ex libertis suis nomine Rhamnum ad se aduocans, sacramento adegitte dicitur, Et cum insuffisset ipse, mucrone se transfigeret, caputque re liquo corpori adsimeret ita, Et nec viuus ab hostibus capi, neque mortuus dignosci posset. Illa erymantibus amicis, Mardus Antonium exhortatus est iam propius adesse flumen. Nam aura quadam humida efflare cœperat, Ego aer frigidior occurrens, incundam præbebat aspirationem, Ego tempus, inquit, itineris hanc mihi suadet adesse viciniam. Non multum adhuc no etis supererat, cum ab amicis nunciatum est tu multum illum non ex hostium insultu, sed ob militum scelus auaritiāmque increbescere. Multitudinem igitur ex tumultu Ego confusione in ordinem referre satagens, impedimenta deduci imperat. Iam dies terram illustrabat, cum exercitu in ordinem Ego silentium educto, Parthorum sagittarij postremis incidere: Ego velutibus pugna signum datum est, armati que Et prius se inuicem tutantes, obiectis clypeis insurgentes opperiebantur hostes. Deducentibus

bis igitur primis post modicum fluvius appa-  
ruit, & equites supra ipsum statuerunt Antonius, aduersos obiecit hostibus. Primitus ita-  
que debilitibus transire caput: & iam pu-  
gnantibus licentia & facilitas bibendi aderat,  
cum Parthi conspecto fluvio nervos arcuatus  
edacunt, & Romanos, virtutem eorum am-  
mendantes, tuto transire admonerent. Tacte  
itaque transgressi seipso colligebant: nemus  
Parthi fidentes incedebant. Sextae demum die  
peracto postremo pratio, ad Araxem peruenient  
fluvium, quis Mediam ab Armenia regiam  
dividit. Vixus est autem fluvius ipse & pro-  
funditate & celeritate difficilis ad medum ad  
transmeandum, & rumor increbruerat hostes  
in insidijs paratos, Romanos transante, i-  
nusuros esse. Postremo cum tuto transire es-  
sent, & in Armeniam venissent, quasi prius  
terram illam è pelago intuentes, se pessim pro-  
sternebant, & ad lacrymas complexusque ob-  
luctitum vocabantur. Incedentes ergo per re-  
gionem uberem ac felicem, & omnibus adh-  
bidinem abutentes, hydericos & telericos in-  
cidere morbos. Hoc in loco cum numerum mi-  
litum recenseret Antonius, viginti milia pe-  
ditum quatuor equitum milia amississe com-  
perit, non tamen omnia bello causa, verum su-  
pra dimidium morbis valetudine que consum-  
pta. Profectus igitur à Phraarte per quinqu

Et viginti dierum spatiis, pralijis octo Et decem Parthes superarunt, quanquam Victoria ipsa neque Saribus neque persenerantia confecta, paruis quibusdam inseptionibus Et imperfectis adeptis sint. Sed cum in primis conspicue omnis causa perhibetur Arribaxes Armeniorum rex, qui finem eius bellis è manu rapuissest Antonij, cum è Media sex Et decem millia equitum adducens, qui Parthorum in morem armatis cum eisdem pugnare solitus essent, Et Romanis Parthes insequentibus, facile eos sequi Et debellare potuissent, toties in illos insurgere, Et audacia uti recusasset, certatim ut ab eopinas exigeret horabantur. Verum ille astutia fuisse nihil de perfida questus est, nihil à solito honore aut consuetudine omisit, exercitu imbecillo adhuc. atque egeno rerum omnium. Posterius cum in Armeniam iterum diuerteret, multis suasionibus ac blanditijs ad se allectum tandem ceperit, Et vinculis iniectis, in Alexandriam deductum in triumpho habuit. Quares potissimum Romanos maiestitia affectit, cum optima Et precipua patria sua monumenta Cleopatra gratia Aegyptijs impartiri cernerent. Verum hac posterius. Secuta est deinde inter Medorum Parthorumque reges discordia quadam, qua principium, ut aiunt, ex Romanorum spolijs assumens suspicionem amittendi regni.

Et

Ex pauorem Medo attulit. Nunc ijs itaque ad Antonium missis, in auxilium vocare cœpit, cum omnibus copijs suis ad bellum pollicitus adesse. Ob qua magnam in spem adductus est Antonius, cum hoc sonico ad superandos Parthos indigere videretur, equitum et sagittariorum substitutas copia, quem ad se gratissime et amore, quam precibus inducueret. Armeniam itaque denuò invaserunt. Medo circa Araxem fluvium congressum, bellum agere decreuit. Verum Octavia et Cleopatra necessitudinibus adductus, astatis temporibus ad Medium proficisci, quanquam Parthi, ut ferebatur, intestinis agitarentur seditionibus, statuit. Ad hunc igitur denuò praestetos, in amicitiam pellexit. Cumque filius eius infantem Soni ex Cleopatra fuerit exorem despondisset, dum reversus, ad ciuitate bellum convertit annum.

\*

F I N I S.

APPIANI  
 ALEXANDRI-  
 NI SOPHI-  
 STAЕ LI-  
 BER

MITRIDА-  
 TICVS.



OMANI igitur Bithynios  
 & Cappadoceſ, & quacunq;  
 illis finitima nationes Euxi-  
 num pontum incolunt. Mithridati  
 per duos & quadraginta  
 depugnantes annos ſibi ſubegere. Eodem quoq;  
 bello Ciliciā minime antea illis parentem, Sy-  
 riamq; Phoenicem, & inferiorem, Palestinam  
 porrò prouincia, & mediterranea ad Euphra-  
 tem &q; fluviu, que Mithridatis imperio ne  
 riquam paruerant, impetu quodā eius victo-  
 ria ſibi vendicarunt, & tributa quibusdā fla-  
 tim, non nullis denuo imposuerunt. Paphlago-  
 niā autē & Galatiam. Phrigiāq;, & pro-  
 pinquā Phrygia Misia & super has Lydiām,  
 Cariām & Ioniā & quacunq; alia Asia pro-  
 uinciae circa Pergamū ſunt. Veteremq; Gra-  
 ciām & Macedonia, deniō Mithridate, fla-  
 tim imperio ſuo ſubiecere, ac plurimis earum

nondam quicquā persoluentibus imposuere tributa. Quāobrē hoc uel ingēs bellū mihi licet arbitrari, et victoriā ab illo partā, magnā exīsi mare. Prasidentē quaq; illi bello ducē Pōperū sifq; in hanc diē merito appellari magnū, maleitudine gentiū ac populorum quos uel receperū ipſi, uel amiserū, ēḡ lōgitudine temporis, quād per quadraginta ēḡ amplius annos grātē est. Andacia preterea ipsius regis ac toleratia, quā in omnibus potenteē experti sunt, cuius imperio naues quadringēta ex proprijs suberant, equitū quinquaginta, pedestrū ducenta ēḡ quis quaginta milia, machinarū ac omnis bellici instrumenti par potētia eius summa. Depugnabant autē cū eo reges Dynasteq; Armeniae, ac Scytharū, qui circa Pontum incolunt, satrapū Maeotidem paludē, ēḡ ab illa ad Iberiā Bosphorū nauibus ueluntur, cōtra Romanos, eo possiblissimū tempore acri interfē bello dissidentes, ēḡ Iberiā qui in eos cōcītaret, emiserat, ēḡ cū Cōtis fidei amicitiamq; iniicerat, ita ut in Italiam omnia predatoribus refūcta ab C̄slicia ad Herculeas sifq; colūnas maria inquietaretur, eaq; separata et impermeabilia ad nauigandū fierent, ciuitatisbus ēḡ famē ēḡ plurimū Laboris adūcerent. Omnikno nūihil homini posibile omisisse visus est uel agēs uel cogitās. Ut hic maximus verū motus ab oriente in occidente cū uersos (ut sic dixerim) molestia afficeret, uel bello

bello implicitos, vel auxilia ferentes, vel latrocinijs impendentes operā. Vel bello ipsi finitos. Tam ingens hoc bellū fuit, ac tam variū, et ad maxima demum finient extulit Romanos, & imperij terminos ab occidente ad flumū perduxerent Euphratē. Dividere eorū hac ipsa per matiōes haud facile est, quaeq; simul gesta sunt. Et inuicē connexa Quæ verò distinguere nobis licet, per partes expiscabimus Thraces Graci eos existimāt, qui cū Rheso ad Ilion pro Troia mis castra habuere. Rheso deinde noctu à Diomedē imperfecto, quēadmodū ab Homero carminibus perscriptū est, fugientes ad Pōti ostia qua arctiora in Thraciā sunt, quosdam destitutos ratisbus in ea tellure confeditisse, eāq; partem tenuisse quæ Bebrycia appellabatur. Quosdam transgressos ultra Rykantii, & I braces qui Bithyniū dicuntur prope Bitbym habitasse flumium. Fame deinde compulso in Bebryciam redūsse. Et Bithyniam pro Bebrycia à flumū nomine iuxta quem incoluisse nominasse. Eius verò appellationem nulla ratione cum tempore ab illis immutatam cum parum admodum Bithynie nomen à Bebrycia videatur differre, hoc multi iam existimāt. Alij verò Bithym Iouis & Thracis filium eorum regem, primum extitisse, & triusque appellatione Etrig; terra nomen inditum. Huiusmodi de Bithyniare ferre visum. Quæ verò ad Remaros pertinet.

qui eam rexere prouinciam duos est quadraginta deinceps annos, res gestas expedita. Sic enim mihi maximè recensere opus est eorum facta per scribenti. Prusias cognomine Cynigene, cui personae Macedonius rex sororem eius uxore dederat, cum non multò post Persicus idem Romanis ad iniicem belligeraret, neutrā partē scimus est. Capti deinde Perseo, ad Romanorum duces peruenit, veste amictus Romana quā tegam appellant, et calceamenta gerens Italica, raso capite pileatus: quo more non libetatis reditos ex decreto incessisse memorat: cum abbas facie turpis esset, ac corpore perbreuis. Itaq; ad Romanos delatus, Romanis verbis se eorum libertū professus est. Cum risum excinisset omnibus, Romā missis etiam ridiculos multū magis habitus, veniam tandem impetravit sequenti deinde tempore Attalo effectus bestis, eius qui circa Pergamū Asiam regebat. Asiaticam ingressus est prouinciam. Quae Romanorū audierat Senatus, ad Prusiam legatos misit, qui eum monerent ne in Attalū eorum sociumq; amicum bellum gereret. His cum minus illaruerisset, legati ex mandato eū monuere ut Senatus morē gereret, et cum mille duntuxat equib; ad fines ex fidere impositos accederet: illic enim Attalū pars equitum numero illius expectare. At is spropto Attalo ex suorū punitate, ratiōnē ex insidijs facile cum detinere posse.

se, legatos antecedere insit, quasi cū misce se-  
cutors. Uniuersō deinde sublato exercitu, ve-  
luti ad pugnam profectus est. Itaq; cūm Atta-  
lus legatiq; aduētum eius præsensissent, & in  
fugā Et quisq; potuit abiūssent, ille pratermis-  
sis ijs qui Romanorū fasā deferebant, cateros  
insecutus est, interceptoq; oppido quod Nicepho  
rīum appellatur, funditus euerūt: naues porro  
qua in eo fuerant, incendit. Attalū quoq; in  
Pergamū delatū obsidere pergit: quo ad bac in-  
telligētes Romani, alios denuo misere legatos,  
qui pro damnis qua Attalo idē intulisset, satis  
factum ire iuberet. Tunc verò pauefactus Pru-  
sias, mandatis paruit, copiasq; abinde sustulit,  
multam quoq; legatis statuēibus. Attalo per  
soluit, naues statim viginicataphractas, ar-  
gentiq; talenta quinquaginta in tēpore pollici-  
tus. Erat is ob crudelitatem ferè omnibus exo-  
suis suis. Nicomedes autem eius filius à Bithy-  
nijs summo honore colebatur. Qua ex causa  
per molestē eius præsensā ferens Prusias, Ro-  
manā vītā duceret ire insit. Certior dein-  
de factus filium à Romanis plurimū diligi, &  
in honore haberi, Senatus supplicare instituit,  
eum à pecunij quas Attalo deberet, liberum  
esse fineret. Minā autem legatū hac de re ad  
Senatū mittit, cui ita imponit, Et si que petit,  
à Senatu impetrat, nihil in filiū eius molisatur.  
Sin voto decidisset, Nicomedē intra urbem co-

metur occidere. Rates illi ob hoc nonnullas de-  
finiat, milites præcerea & sq; ad duum millium  
numerum. Cum multa remissio à Senatu re-  
pudiaretur ( nā Andronicus ex aduerso ab  
Attalo submissus, multā à legatis inditā ra-  
pina inferiorem esse predicabat ) Nicomedes per  
rō aggredī insituens, cū omni diligētia mani-  
tum circūspiceret, addubstare capīt. Itaq; in-  
nem interficere nō ausus, in Bithyniam otium  
rem redire destitit. Protracta diutius in vte-  
mora, tandem cū Nicomedem in colloquio vent.  
Insidas Prusia cū eo ftruere aggreditur, At-  
dronicū Attalī legatum ad rem conficiendam  
comitem accersit, qui Nicomedem & in Bithy-  
niā induceret, suaderet Attalo. Illi se inuitū  
in oppido quedā mediterraneo, quod Beronae  
appellatur, expectantes, fessere nauem ingredi,  
qua facere opus esset. meditantur, deinde nocte  
non dū peracta discessere. Cum illuereret, Ni-  
comedes purpuram induitus regiā, diadema te-  
capiti imposito nauem egreditur. Andronicus  
obviā illi factus, ac regē appellans, cū equiti-  
bus quingentis, quos secum habuit, antecedere  
suadet. Minas aduentū Nicomedis sū primū  
sentire simulans, inter duo millia quos age-  
bat, veluti pauidus forebat, & sermone pro-  
lato, duobus, inquit, regibus, uno in provinciā  
existente, aduersitate alero, necesse nobis arbit-  
ror consulere cui melius statuendū sit, & que  
fuit

futura sunt vicissim prouidere, tanquam de fate-  
te nostra cogitantibus: cui bene prouiderimus  
perscrutantes quis ebris dignius regno praesit.

Ille quidem senex est; hic iuuenis. Bithynij illum  
odore, hunc amplectuntur, quem Romanorum  
etiam primores charum habent. Et Androni-  
chus iam illi fauens Attale societatem videtur pol-  
liceri, magno praevidetis imperio, et Bithynijs  
finitimi, et qui plurimum cum Prusia bellum ge-  
rat. Hac inquiens, Prusiac crudelitate omnia dete-  
gebat, quaque in omnes superbe impieque fecisset.  
Cumne prater hac Bithyniorum in illum refere-  
bat odsum, adeo ut Prusia iam pridem infensois,  
et regnum eius detestantibus, ad Nicomedem fa-  
cile traduxerit. Et simul dicens, hic rex secun-  
dus nobis, cum Andronicho duobus milibus spi-  
patos eum sequebatur. Attalus iuuenem perli-  
benter accepit, Prusiamque adhortatus est, ut co-  
munitates quasdam ad inhabitandum, regionem  
praeferat ex qua redditum percipere posset, filio  
traderet. Prusias regnum omne Attali statim  
dare se dixit, causa causa, ut Nicomedi acqui-  
seret, in Asiam venisset. Hac fatus, Romani  
nonnullos ex suis misit, qui Attalum ac Nicome-  
dem accusarent, eosque in indicium accirent.  
Qui autem cum Attalo fuere, statim in Bi-  
thyniam profecti sunt: quibus venientibus, pa-  
ratim Bithynij ad eos defluerunt. Prusias ne-  
minifides, Romanosque ab his insidijs libe-

ratu<sup>o</sup>s se arbitratu<sup>s</sup>, Thracem quendam ele-  
git, qui Thraces quingētos in snum congregās,  
Solum corporis sui curam ageret. Ipse in arcem  
qua<sup>e</sup> in Nicæa est aufugit. Romanorum igitur  
prator, qui in vrbe fuerant, non statim Prusia  
legatos in Senatū duxit, quò Attalo morēge-  
rere<sup>t</sup>. Cum aliquando induxisset, & Senatus  
pretore ipsum legatos eligere mādasset quis nō  
bello imponerent, tres viros elegit, quoru<sup>m</sup> s<sup>u</sup>nus  
lapide caput sauciis fidas præferebat cicatri-  
ces, aliis podagra laborabat, tertius stultior  
haberi consueverat. Quamobrē Catonem lega-  
tos contemplatū dixisse ferunt, Senatū legatio-  
nem emittere, qua ratione pedibus, capiteq;  
careret. Legati igitur in Bithyniam delati, vt  
bello finem imponerent, vtrisq; mādauere. Ni-  
comedē Verò & Attaloparere illis vellere p<sup>ro</sup>-  
dētibus, Bithynij præterea perceptare. Prusia  
crudelitatem Elterius sustinere non posse cla-  
mitabant, maximè cum eorū odium ex plurim<sup>u</sup>  
querelis iam illi vulgatum esset. Ea ex causa  
legati, quod hac Romanis nondum innescen-  
tent, infecta pace ad suos redire. Prusias de-  
speratis Romanorum rebus, quibus potissimum  
fiderat, nullius expectata ope, in Nicomediam  
profectus est: vt vrbe intercepta, ijs qui in eū in-  
surrexerant, bellum gereret. At illi rege prodi-  
so, portas continuo reserant. Nicomedes subin-  
de cum exercitu ingreditur. Prusiam Verò Jo-

nis ad templum configere nitentem, nonnulli  
 à Nicomedē missi interficiunt. In huc modum  
 Nicomedes Prusia loco Bithyniorum regnum  
 adeptus est. Cuius deinde functio rebus humanis,  
 Nicomedes eius filius cognomine Philopater,  
 imperio succedit, Romanis regnum veluti pater  
 cum ille statuetibus. Qua igitur ad Bithynios  
 pertinent, huiusmodi fuisse constat, qua haud  
 inutilia esse arbitror et sciantur. Alterius au-  
 tem Nicomedis filius ex testamento regnum  
 Romanis dereliquit. Cappadocia ante Macedo-  
 nes qui imperarent, nequitā aperte possum de-  
 cere, an ipsi proprio potissimum imperio, an Da-  
 rio potius paruerint. Alexander quippe dicitur  
 cum in Darium deduceret, prīncipes earū gen-  
 tium sub tributo reliquisse. Sic urbē Amisum  
 genus Atticum in Democracia veluti patria  
 ipsas politis statuisse. Hieronymus nec has quis-  
 dem nationes attigisse sum scribit, Verum su-  
 pra maritima Paphysia et Cilicia progressum  
 aliud in Darium tenuisse iter. Perdicas deinde  
 qui ab Alexandro Macedonibus prafuit, A-  
 riarathem in Cappadociam mouentem, vel ab  
 eo potius deficiētem, sive et illius regnum Ma-  
 cedonibus acquireret, bello cepit, cumq; suspen-  
 dit, et nationibus illis Eumenem Cardianum  
 prafecit. Eumene deinde interfecto, cum Ma-  
 cedones hostem illum iudicassent, Antipa-  
 ter post Perdicam, regionis que sub Alexan-

P S dro

dro olim fecerat, curā agens, Nicanderō Cappadocia satrapen instituit. Macedonibus non me pōst inceper se dissidentibus, Antigonaeus Leandone regno pulso, Syria prefuerit. Mithridates hunc adhesit, & in genere Persarū regio. Ferm Antigonū personam exquisimasse agrū se aferere. Mithridatē deinde arrū metente, in tum recessisse. Qua ex causa illū capiens interficere conatus est. Ille cū sex dūtarū e quādūtū a fugit; ē locum quendam Cappadocia nūiense, mulier illuc confluentibus, Macrūnū incuria Cappadociam finitimāsque in Pontum tenuit nationes. Postremō imperium in mās propagatum filijs tradidit: post cibim Enē ab alio suscepit usque aetate à primo Mithridatē, qui cum Romanū bellum gerit. Huic itaque generis Cappadocia ac Ponti reges cum extiterint, facile erit expnere quemadmodum eorum regna duiserint. ē quis Ponto, quine Cappadocia praefuerit. Primum igitur ex his Romanos amissione cunctus, naues quasdam in Carthaginenses ac bello permodicam præstitit societatem re Ponti Mithridates, Energetus cognomen, qui Cappadociam quasi sibi alienam excurrīt. Huic successit filius Mithridates Dīnyssus, cuius Euelpater fuit cognomen, quem Romanū exceedere Cappadocia insisse. Arrianus ad eos configit, & dignore illis his

isò quis Cappadocia praeficeret, siue quod Mithridatis regno in maius ad aucto, nonnihil ve  
rentur. Et in plures claram dñidere optarent.  
Is quidē successit in regno. Nicomedē autē  
Ticomedis Prusia veluti paterno in regno à  
Romanis Bithynia praefidere iusso, Socrates fra  
tem Nicomedis eius qui Christus dicebatur,  
um exercitu in eū misit, eoq; modo Bithynio  
um principatū Socrates ad se transtulit. Per  
tem ferè tempus Mithridates Et Bagauda con  
tra Ariobarzane qui à Romanis regno praefe  
ctus fuerat, in Cappadociā ducentes, Ariara  
hem regē praefecerunt. Romanis Nicomedem  
similē Et Ariobarzane in regnum sūmā reduci  
statuerunt. Et legatos hac de causa ad illos mi  
serant, quibus Manius Atilius praecor: affi  
mēre q; ex istinere à Lucio Caſſio qui circa Per  
educta in Armenia conglutinavit, & cū alijs certo in loco ius sit habitare. Ipse in primis disdemate Armeniae assumpto, Tigranocertam à seipso nominavit, quæ Tigranis ciuitas dici potest. Et hac quidē in Asia agitabantur. Sertorius Verō in Iberiam deducto exercitu, Iberiā, & quacunq; finitima loca in Romanos excitatuit, & consilium ex ijs qui Enā aduenerat, ad imitationem Romani constituit senatus, ex quibus duo præ ceteris seditionesores. Lucius sci licet Manius, & lucius Fannius Mithridatis suasere, Et cū Sertorio Enā depugnaret, spē illi afferentes, multa ex Asia finitimorūq; populo rum in ditionē suā ventura. Quibus persuasus rex ad Sertorium misit. Ille legatis in Senatum introductis, multa & magnifica elocutus, quod gloriam eius in Pontū cōstitueret, Romanosq; ab oriente ad occidente vsg; ob sideret, cum rege fædus iniijt. Asiam, ac Bithyniam, necnon Paphlagoniā, Cappadociam, Galatiā sibi tradaret. Duce porrò Martiū Varum, & consilij particeps L. Manium, & L. Fannium cū eo desinat, cum quibus Mithridates Enā contulit tertium ac ultimum quod cū Romanis gessit exorsus bellum, in quo Eniuersum postremo amissit principatū. Sertorio in Iberia occiso, Romanis Imperatores in eum mittentibus ex Urbe primū L. Lucullum quiccum Sylla classēm rexit, deinde Pompeium sub quo quacunq; Mi thri

L. Lucullum  
deinde Pompeium

abridatis fuere, illiqz, finitima & qz, ad Euphra-  
tem fluvium occasione & impetu eius bellis, in eo  
rum cessere potestatem. Mithridates igitur cū  
Romanorum vires se per numero esset expertus;  
& hoc patissimum bellum nulla occasione subito  
inceptum, insperatum fore credidisset, & univer-  
sum, ex cogitauit apparatum, quasi de omnibus  
tum primum bellum iudicium esset subiturus. Ita  
estatis residuum & hyemē integrum in caden-  
dis sylvis, fabricādisqz nauibus absumpfit. Ar-  
ma præterea, & tritici ducenta millia modio-  
rum supra mare imposuit. Belli cōplices & ultra  
priora subsidia illi accessere Chalybes, Arme-  
nijs, Scytha, Tauri, Achas, Enyochi, Leucosyri,  
& quicunqz, circa Thermodoontē fluvium ter-  
ram incolunt que Amazonū appellatur. Tum  
ingentes & ultra primas copias ex Asia aduenie-  
rant. Transeuntem deinde in Europam, Sauri  
mazatium reges & Lazyses & Coralli, Thra-  
cenqz, gens omnis que & ultra Histru aut Rho-  
dopem aut Hamum sedes habet, & & ultra hos  
basterna ferocissima eorū natio secura est. Hac  
potētia in Europā progressus, ex omnibus bel-  
licosissimis peditum centū quadraginta millia  
secum duxit. Ad hac multitudo ingens vias  
sternentium, & vasa deferentiū mercatorum  
quoqz, sequebatur. Incipiente vere nauticos ex-  
pertus apparatus, Ioui militari more patrio  
sacra fecit. Neptuno ferò equum album, cur-

rumq; simul mari consecrās in Paphlagoniam  
 deduxit. Taxillo & Eumocrate duobus illis  
 astantibus. Eò loci cū applicuisset, orationem de  
 progenitoribus suis superbam admodū, nec mi-  
 nus de se diffusam ac prolixā habuit. quod prin-  
 cipatū ex minimo ad summū peruerissim; nec à  
 Romanis quidē præsens vincere potuisset. In curū  
 d'inde audaciam & insolentia inuectim. quo-  
 rum causa, ut aiebat, non Italiam modo, sed pa-  
 triam in seruitutē redegissent, nonissima cum  
 ipsis federa recēsset, qua scribere recusasset,  
 tempus dūtaxat expectantes ut illi insurge-  
 rent: quā vel pricipuam huius belli causam af-  
 serebat. Omne d'inde exercitū & apparatum  
 palam retulit. Romanorū porrò occupationes,  
 qui cum Sertorio in Iberia eo tempore bellum  
 gererent, cum in Italia seditionsibus agitaren-  
 tur intestinis, hac ex causa, inquit, maria con-  
 temnūt, multis iampridē agitata Latrocinij,  
 quibus nullus belli socius aut amicus alijs.  
 aut qui illis sponte se subiiciat. Nū optimos ca-  
 rū, inquit, cernitis? Varū ostendens, & Veroq;  
 Lucios patrias sua hostes, nobiscum depugna-  
 tes. his dictis copias omnes simul mouens in Be-  
 thyniam peruenit. Nicomede iam vita functo  
 sine filijs, & Regno Romanis derelicto. Cest  
 igitur Bithynia prator cum ad bellum esset im-  
 potens, ad Chalcidem cum omni præsidio, ex-  
 fugit, qua ex causa Bithynia in Mithradatus  
 statim

statim peruenit potestatem, Romanis omni ex parte in Chalcidem ad Cottā confluentibus. In surgente deinde in Chalcidē rege, Cotta ob impotentiam ne quaquam prodijt. Nudus autē clausis praefectus, cum parte copiarum quae munitione cōporum fuerant, inuasit. Caterum inde expulsos per superiora queq; summa difficultas te ad portas perfugit orbis. Erat autem circā tumultus ingens, omnibus pariter ad eas concurrentibus, ob id nullum in sequentiū frustra emittebatur telum. sed cū veriti portarū custodes claustra ē machinis demississent, Nudū, ac nonnullos ē ducibus, intra funes receperūt. Reliqui ad socios manus porrigitentes, inter amicos pariter eō hostes trucidātur. Mithridates aspirantis fortuna fuisse impetu, eadē die clausum in portum detulit, eō claustra qua catenis areis firmata erant, subito infringens, quatuor hostiles cōbusst naues, reliquas numero sexaginta in vincula coniecit, nihil velerius Nudo aut Cotta prohibetibus, sed intra orbis mānia conclusis. Persere ex Romanis ad tria millia inter quos eō Lucius Manlius Vir Senatorius fuit: ex Mithridatis partibus gigintis dūtaxat: ex Bastarnis, qui primi portū ingressi fuerāt, interierūt. Lucius Lucullus ad consulatū pariter ac bellū electus imperator, legione militum à Roma habita, duas Fimbrīa eō ultra has totidē in finum congregans, s̄q; ad numerum

T 5 pedit

pedestrum triginta millium, equitum mille et  
 sexcentorum, ad Cyzicū contra Mithridatēm  
 castra ponit. Qui cum à transfugis quibusdam  
 intelligeret, Mithridati s̄q; ad trecentos viro-  
 rum milia in exercitu adesse, commoneatū par-  
 tim à frumentarijs, partim à mari subueniāt,  
 ad astātes dixisse fertur, statim sine pugnab-  
 bies debellari posse, et ut huius orationis remi-  
 niscerentur, admonuit. Montē deinde peracco-  
 modū ad metā ad castra contēplatos, ob quem  
 et facilitas cōmeatus sibi adesset, hostibus an-  
 tem intercludere liceret, cum prius statuit in-  
 uadere, cum ex ipso Victoriam sine periculo spe-  
 raret ad ipsici. Una igitur dūtaxat, et ea qui-  
 dem angusta semita ad eū deducente, à Mi-  
 thridate summa cura obseruabatur. Cum Ta-  
 nillus, ac pleriq; ducum cum Lucullo fortè ad-  
 essent, L. Manius qui Sertoriana cōspira-  
 tio cū Mithridate cāusa fuerat, defiancto in  
 Sertorio clām ad Lucullū misit, à quo fide per-  
 ceperat, Mithridati persuadet, et Romanos quo  
 cūq; prodeūt, et castra subilbet metātes hanc  
 multifaceret. Quae enim Sertorij sub Fimbria  
 fuissent copia, six duas aquare legiones, conſu-  
 tie se se transfugā emittat, statim enim ad  
 ipsam esse redditurū. Quid enim bello et cadib⁹  
 opus est, inquit, si hostes sine pralio et discrimi-  
 ne licet superare? Quibus cum fidē inconfuse,  
 ac nulla suspicione adhiberet Mithridates, Ro-

manos

manus per angustias sine metu transcurrentes, & montem excelsum muro munitione facile despedixit: quo adempto, ipsi à tergo impavidis cōmētū deferre poterant. Mithridatē verò paludibus, fluminibus, & montibus ab omni tellure excluserant, Et nisi perexilem aliquando navicula scretur commētū, cum exitus amplos non Ulterius haberet, neq; Lucullum ab itinerū difficultatibus, qua ab eo occupari neglexerat, si propellere Ulterius posset. Et iam hyems instabat, cuius causa si quid à mari deferretur commētus, brevi tamē videbatur defuturū. Quia omnia aduertens Lucullus, iterū amicos ut pollicitationis sua reminisceretur, & qua praezibis olim annunciasset, admonuit. Mithridates autē cūm adhuc potens esset ob multitudinem per medios penetrare hostes, & viam ferruginei facere, id & tig; neglexit. Ad Cyzicum vero qua ad obsidionem praparaverat, exponit, se rans in hoc iterū difficultatē simul & cōmētū cuītare inopiā. Et pote quā copiarū multitudine abundans, omnia per facile expugnare posse crederet. Castra autē duplo muro vallauit, residua vrbis fossa circundedit, aggeres praterea & machinas plures erexit, turres ultra hac & testudines arietes deferentes intulit, et machinā ad vrbis instar cētū cubitorū, in qua turris alta eminebat, et ab ea catapultas, lapides, sagittas multiformes emittebat. Ad portū porro quinq; quere

querentes duas cōnexuit, turrem adiacit insuper  
statuens, ex qua pōtes, cām māchinas mātibas  
appelleret, immitteret. Omnibus se hunc modo  
preparatis primū quidē ad tria captiōnēs mā-  
lia ex Cyzicē nāribus ſorbī propīas adduxit,  
qui crūbus manūs ad mania erigentes, ſi in  
extremo periculo constitutis ſubuenirent praē-  
bentur, quoad Pifistratus Cyzicenorum dux  
ē māro per praeconē illis annūnciari rufet capti-  
uitatem patienter ferrent. Mithridates hoc ſe  
deiectus, māchinā cū nāribus intulit, pontesq;  
ad māros properè immittit, ē quibus quatuor  
in primis ſorbi māro infilant. Ea ex re ſebati  
noua panefacti Cyzicē aliquantum retroceſ-  
ſere, non accurrentibus demum cum impetu re-  
liquis, reassumptis anīmis quatuor illos ab ex-  
tra detrudunt. Nāribus deinde ignē ac picem  
infūndentes, ex neceſſitate, confractis pupilibus  
manūs cū māchīna retrocedere compellunt.  
Quibus ē portu excusis, Cyzicē eo praeſuſ  
periores euaserūt. Tertio illos eadem aggressum  
die omnes ſimul māchinas exeruit. Labor anti-  
bus illis ac diſcurrētibus ad quod cōſtructe ſuſti-  
terat, primū quidē arreſtes petris repulerunt,  
aut laqueis fregerūt, aut obiectu lana eorū ſu-  
ſulere violentiā. Sagittis verō dignē deferētibus  
aqua & aceto occurrentes, miſſiliū reliquorum  
impetum vēſtibus & linteis obiectis obtu-  
debat. Cum nihil promptitudinis, quoad ho-  
moī

mini potis est. omisissent, illi autem difficilima  
queq; perferentes repugnarēt, uno impetu mu-  
tans igne accensus circa vesperā ad imū corruss  
nec tamen quispiā per eū insilire ausus est. Va-  
pore ignis adhuc astante. Caterū nocte alium  
erexere denuo Cyzicent. Isdem diebus cum sē-  
tas vehementer increbuerit, residua machina-  
rum contriuit regis. Dicitur quippe ea vrbis do-  
talis esse, et à Ioue Palladi attributa filia, quā  
Cyziceni summo honore prae cateris veneran-  
tur dīs. Solennijs itaq; instantibus, in quib; se  
bouem nigrā sacrificare mos fuit, cum ea ca-  
rerent, ex frumento fecere sacra. Interim bos ni-  
gra ē pelago ad eos accurrit, qua claustra ad-  
tus ingressa, ē in vrbē delata, vltro in templō  
venit, ibiq; ad altare constitit: quam Cyziceni  
summa spe dea immolarunt. Amici itaq; Mi-  
thridatis vt ab urbis oppugnatione desisteret,  
veluti dea sacra, consulebant. Quibus haud an-  
nuens ille, supra montem Dindymum vrbis ad  
iacentem castra ponit, ē aggerem ab eo in for-  
bem naclus, turres instituit, cuniculis etiā suf-  
fossa mēnia suspendit. Equos præterea quos ob-  
pabili inopiam, minus viles et diutina ex mo-  
ra infirmos habuit, in Bithyniam misit. Qui-  
bus Rhindacū trāscuntibus inuectus Lucullus  
muleos interfecit, captiuorū ad quindecim mil-  
lia, equorū sex millia. Vasaq; plurima adeptas  
est. Hac igitur ad Cyzicum gerebatur. Eadem  
tempore

tempestate Eumachus Mithridatis dux Phrygiām ingressus, ingentiē Romanorū numerū cum uxoribus simul & filiis occidit. In Pisidiās deride & Isaurios, ac Ciliciam & usque ad tetrarchas Galatarum insurgentē persecutus Desotaram, multa cede contraxit. Et hæc circa Phrygiām gesta. Appropinquante interea hyeme, quicquid cōmeatus ex mari connectari poterat, Mithridati sublatum est, ita ut exercitus fame premeretur: muliq; ex inedia perire. Fuere qui intestinus barbarorū more vescentur, aliū quis pabulū ederent. qua ex causa pœste dietim carpebantur, & cadaveribus in propinquō abiectis, & inh umatis, morbus ex morbo pullulabat. Substitit tamē Mithridates sperans ex turribus Dindymo impositis Græcē obtinere. Sed cū ad illas occurrētes Cyziceni machinis igne incendiissent (hostiū quippe fame cognitis tanquam debilitoribus se penumero insurgētis) abire meditatus per noctē fugā sē prorsipuit, et in Parinū classe demectus, exercitū terrestrī stinere in Lampsacū permisit. Transmontibus ipsis Esopū fluuiū, quis tū bel maximē aquis inundabat, Lucullus accurrēs magnā eorū cōcidit partem. Hoc in loco Cyziceni per maximū regis apparatum subraxere, cū et ipsi strenue pugnassent. Ibidemq; fame domiti, sub Lucullo regi monumentum statuente solennia edidere praudentia, qua in præsentem sifq; dīem peragentes

Lu

Lucullus a solent sociitare. Mithridates eis qui in  
 Lampasacum per fugerant. Lucullo illis insurge-  
 te, premitteus naues cum Læpsacenis & nà su-  
 stulit, & ex electoribus ad Viginti milia Lu-  
 culus naves imposuit, quos Sertorius ad bel-  
 lum miserat, & Alexandro Paphlagonis, Dionysio  
 que eunucho dereliquit. Ipse cù pluribus Nico-  
 mediae enauigauit: Verum infra hyeme ma-  
 gnū & trorumq; amissit numerū. Lucullus quippe  
 e terra eos fame perurgebat, & naues ex Asia  
 educens prefectis qui sub eo fuerant, distribuit.  
 Triarius in Apamia classe delatus, orbē cepit.  
 Multis vero Apamiorū ad delubra configienti-  
 bus, nefanda cades in secura est. Barbas Prūsia  
 dem qua ad montes vergit, & Nicaam cepit  
 Sarbes, Mithridatis presidiis ab Utrahq; fugienti-  
 bus. Lucullus circa Achaeorū portus, tres & de  
 cem hostiles intercepit naues. Varum deinde &  
 Alexandrum, ac Dionysium circa Lemnum  
 in destituta noctis insula obsedit. Hoc in loco  
 Philactetis ara ostenditur, & anguis areus, ar-  
 cas praterea, ac thorax, vittis circumambita in  
 passionis monumentum. Directit autem in eos  
 classem magno impetu Lucullus veluti contem-  
 nens. Sed illis constanter opperientibus, perstri-  
 etis remis duas incendit naues, & ad congre-  
 diendum impulsit. Non monētibus se illis, & a  
 terra duntur at suis operi afferentibus, insulā  
 alijs circuicetus est naves, et pedites in eam  
 immi-

inmittens, hostes naues ingredi coegerit. At illi  
Lucullis exercitu veretes, nec ad pelagi interio-  
ra progressi sunt, sed circa littus emanigates, in  
ter terrā aquāq; dubijs, telis vndiq; perebatur.  
Multi igitur ex his intereūtibus, et subinde a-  
lijs ad naues fugientibus, Varus, Alexander et  
Dionysius eunuchus in speluncā latentes de-  
prehēdūtur, ex quibus Dionysius venenū quod  
vna attulerat, exhaustiens extimetus est. Varum  
interfici iussit Lucullus. Non enim equum cen-  
suit, Romanum hominē senatoremq; in trium-  
phum duci. Alexander ad pompam reservatus  
est. Quibus ex rebus Lucullus nauem lauro or-  
natam, &t in Victoria mos est, cum lsteris Ro-  
manam misit, ipse in Bithyniam descendit. Mi-  
stributati in Pontū nauiganti tēpestas insurges  
horrida, sexaginta confractis naubus, ad decū  
Girorū millia mari obrut, reliquas casus bim-  
inde dispergit. Rex periclitanti naus in qua fe-  
bebantur, quanquā dissimilatibus armis, in pi-  
raticā desiliuit scapham, cum qua ex Synopem  
à piratis seruatus est. Eo ex loco ad Amisum  
emanigans, ad Tigranē sacerū, ac inde ad Ma-  
charē filiū Bosparanorum regē misit, auxilium  
abetroq; expetens. Ad Scythes vero Diocletius  
obsides aurumq; iussit afferre: verū ille ad Lu-  
cullū cū auro donisq; profugit. Lucullus strenue  
Victoria fessus, quecumq; propiora aderat, ferro  
sibi videntur. Miltites bello defatigatos, in regio

nem sberē felicemq; deducens, alacriores ad ca-  
tera peragenda reddidit. Mancipiū nempe qua-  
tuor drachmis, bonum sna dnttaxat venisse cō-  
stat, capras, oves, vestem & alia eodem ferè pre-  
cio. Post hac Amisum & Eupatrā, quā Amiso  
finitimam in nominis sui memoriam Mithri-  
dates condidit, & regis illius appellabatur, ob-  
sidere pergit, & altero pariter exercitu Themis-  
yram, qua ab Amazonis cuiusdā nomine ap-  
pellabatur, iuxtaq; Thermodoōtem amnem si-  
ta est, obsedit. Qui ad Themisyram castra habe-  
bāt, turres & aggeres appulere sibi, cuniculis  
alterius tellurem effodere adeo amplius ac pa-  
tentibus, ut in ipsis sub terra plures inuisē pro-  
gressi possent. Themisyry contrā desuper eos fo-  
dientes, virīos, feras q; alias, necnō apum exami-  
na in operarios emittebant. Qui verò circa A-  
misum fuerant, also modo laborāt, Amisiniis cū  
spīs depugnatibus, & plerunq; ad eos accurren-  
tibus, & in singulare certamen nonnunquam  
provocantibus. Mithridates interea magnā il-  
lis cōmeatus vim, arma & exercitū ex Cabiri-  
ris destinat. Eò loci cum hybernaret, exercitum  
alium interim collegit, in quo peditum quadra-  
ginta, equitum tria millia inerant. Instāte ve-  
re Lucullus per montes in Mithridatem mo-  
nit. Custodia regis quidem aderant, qua Lucul-  
lum ab ingressu prohiberent, & siquid noui oc-  
curreret, ignis sublato annunciasarent. Regebat

V autem

autē custodias huiusmodi à Mithridate vir de  
lectus regio è genere, cui Phœnix nomen fuit. Is  
cum Lucullum appropinquantem cerneret, igne  
extulit, inde ad Lucullū cum praesidio omni ca-  
fugit. Quia ex causa Lucullus per montes intre-  
pide progressus ad Cabiras accessit. Equestris-  
gitar prælio inter ipsum & Mithridatem gesto  
victima, denudo ad montes rediit. Pōponius apud  
illū magister, equestri captus, ad Mithridatē su-  
cīus adducitur, quē cū interrogaret rex an gra-  
ziā sibi, si saluus esset, vellet reddere. Si qua-  
dem Lucullo amicis fueris, perdignā inquit: si  
bos tis, nullam. In hūc modū cum Pōponius elab-  
eratus esset, et barbari interficere illū suaderet,  
respondebat rex, non despiceret aquilū esse. Virtutē à  
felicitate destitutā. Et continuo aciem instruens  
cum Lucullum in pagnā adducere non posset,  
circumiens ascensum super illum queritabat.  
Interim non mediocre periculum Lucullus  
adūsse fisis. Nam vir quidam Scytha nomine  
Olchabas, iampridē ad illum transfuga. & qui  
pralio equestris multos è periculo exemerat, &  
ob id à Lucullo non mensa modō, sed consilio  
& secretis particeps adhibebatur, ad taberna-  
culum eius circa meridiem accessit, cum que-  
sti indulgeret, ac breuem accinctus gladium in-  
grediconatus est. Prohibitus verò excandescere  
capit, necessitate quadā destinari se professus,  
et imperatorem excitaret. Seruis autem re-  
ffondens

spōdētib⁹, nihil salute necessarius esse Lu-  
 cullo, equū statim ascendit, & ad Mithridatē  
 infectare peruenit, sine quod insidias illi arue-  
 ret, Et ex eo suspicari licuit sine iracōitus qua-  
 si ab his despicere tur, abierit. Alterum deinde  
 Scythā nomine Sobodacū impulit, & Mithrida-  
 ti consuleret, transfugā se ad Lucullū mittit:  
 Verū Sobodacus interceptus est. Lucullus de-  
 scensum quendā ad cāpos quos hostilis detine-  
 bat equitatus, ingressus, cum redditū nullū ad-  
 esse cerneret, virū quendā itinerum edocū per  
 que fera agitari solēt, in spelunca reperit, quo  
 duce sine mora ad iter Eſsus supra caput regi a-  
 stitit. Per id itaq; delatus, cūm cāpos ab equiti-  
 bus obſeffos declinasset, Vallē aquis refertā ab  
 hostili parte metatus, caſtra posuit. Cōmeatum  
 Verò cū nullum haberet, ē Cappadocia accersit,  
 eōq; ex loco in hostes tela emittit. Interim nobis  
 lioribus à rege fugientibus, Mithridates eos à  
 Valle increpans, retrocedere coēgit: ac Roma-  
 nos aggressus adeō conterruit, & per superiora  
 montium arreptū fuga nentiquam retroceden-  
 tes sentiret hostes, Verū quoſcunq; inſequen-  
 tes, & vna fugientes eos eſſe abſtrarētur. Ea  
 Victoria admodum elatus est Mithridates, ita  
 & ad omnes lūeras emitteret. Ex equitibus  
 per rō magnam partem, & his quidem pugna-  
 ciſſimis in insidijs locat, qui cōmeatum ē Cap-  
 padocia ferentes Lucullo interciperent, satis

ratus et quemadmodū ipse apud Cyzicū fame  
 & ieiunus fuerat sic Lucullus inedia debellari pos-  
 se: que profectō animaduersio haud cōtempon-  
 da visa est, si Lucullo cōmeatum quē ex sola dū  
 taxat Cappadocia habebat, intercederet. Sed  
 cum regū equites praecursoribus corū quis funē-  
 tum deferebant, in angusto occurrissem, dense  
 impetum non sustinentes ad liberiora loca di-  
 vertiſſent, equos et inutiles in arēto reddidere.  
 Eo in loco ex itinere praeueniētes Romani prius  
 quam in aciem prodirent hostes, ex regūs plares  
 occiderunt, peditum in morem inter angustias  
 pugnantes: nonnullos etiam è primis confecrāt  
 alios fugientes precipitare è ruibas: pauci  
 nocte in exercitum delati ē se scelos evadisse re-  
 ferentes, quanquam euentus plerisque ex se for-  
 midolosus esset, multò tamen formidolosum rem  
 retulere regi. Mithridates prius quam victo-  
 ria Lucullo invictosceret, ratus in tanta equitū  
 clade non multo post Lucullum sibi insurrectu-  
 rum fugam ex trepidatione meditatae, sedq; am-  
 micis in taberr. aculo subinde refert. Ills prius  
 quam annuciaretur, cūm nox adhuc esset, in-  
 gistro, que quisque habuit, è castris educit.  
 Turba igitur corū qui vasa deferebant, ad por-  
 tas concurrente, cūm catcri animaduerterent,  
 ē quae ea deferrent: cognoscerent, deterioribus  
 arbitriati, ē quia nibil ipsis annuciaretur, cū  
 simore ē quarela decurrentes ad Vallum pro-  
 per

perant, disiectisq; omnibus, eo ex loco Et quisq;  
potuit surpiter arripuere fugam, nullum à du-  
ce aut praefectis mandatum expectantes. Qua  
Mithridates nullo ordine, celersusq; quāmpu-  
tarat euensis cernēs, ex tabernaculo profluit,  
ac nōnulla discere aggressus, nemine adhibente  
aures, turbatus, Et in multitudine fit, in terrā  
concidit, indeq; in equum relatus, ad montes  
cum paucis aufugit. Lucullus de hac Victoria  
certior factus, percepta etiam hostium fuga, sta-  
tim equites plares emittit, qui eos insequeren-  
tur. Diferentibus vero vasis per exercitū, pede-  
tes suscit occurrere, Et ne quid eo tempore arri-  
perent, verū nullo respectu Et eos interficeret  
imponit. At illi vasā aurea Et argentea quam  
plurima, vestemq; multi precij intuentes, man-  
datum neglexere. Ipsum quoq; regem capientes  
cū mulum auro onustum, qui sarcinam fer-  
ret, confodissent fluente auro, ad id conuersi. Mi-  
thridatem versus Cum as fugientem sequi ne-  
glexerunt, quo ex loco cum tribus equitum mil-  
libus ad Tigranem peruenit. Ille ad conspectum  
suum neutquam admisit, verū certus in lo-  
cio regio more vimere concessit. Mithridates  
desperatis rebus, Bacchum eunuchum ad re-  
giā eius ire imperat, Et q; sorores suas, mu-  
lieres, ac pellices quoquo modo neci tradaret  
imponit. Sic illa partim ensibus, partim veneno  
Et laqueis finire vitam. Qua animaduercen-

tes iij qui præsidüs à rege impositi erant, passis exceptis ad Lucullum perfugerunt. Lucullus deinde in regē conuersus, exercitum confirmat. Et quæ in Ponto fuere ciuitates classe circumiectus. omnes fere in potestatem redigit, Amastrem videlicet, Et Heracliam, alias qđ. Synopis. Verò acriter abduc Romanis resistebat, Et natus prælio hand ignauè depugnabat. Objecit à Lucullo ciues, names quas grauiores habuere, igne consumunt. Léuiores deinde ingressi, fuga se proripiunt. Lucullus statim urbem liberam esse pronunciavit, somnio permotus, vt aient. Nam Antiochum cum in Amazones cum Hercule belligerasset, si tempestatis pulsam, Et in Synopem delatum, eam urbem sibi vendicasse fama est, ob idqđ eius statuam Synopēibus maximo in honore fuisse. Itaque cum ciues arrepta fuga statuam si efferre conaretur, funibus litem in minibusqđ obuolueret. Inscio igitur Lucullo, nec quid tale meditata per quietem apparnisse memorant, se ab Antiocho vocari: Et in sequenti die statuam à nonnullis deferri cum offendisset, solui insisse persimilem ei quā vidisse existimasset. Lucullus inde ad Amisum supra Synopem castra posuit, Et ciuibus similiter per mare fugietibus, cum intellexisset eam urbem ab Atheniensibus, dum mari imperitarent, cōditā fuisse, et diutius populari ciuitate s̄am, iugre. subinde Persarum paruisse regibus, denuo veritate, et diu de Persarum

rò eadem civesitatem restitutam ab Alexandro, iterū à Ponticis subactam fuisse, Urbis sorte missus, Alexandri in morem, cuius gloriā amus labatnr, & quod genus esset Atticum, suis legibus vivere concessit, Amisimusq; omnes iussit reuocari. In hunc modum Lucullus Synopē atq; Amisum deprudatus denuò restituit. Cū Machare verò Mithridatis filio Bosporanorū rege, coronam sibi ex auro promittente, fidelis amicitiamq; firmauit, & ad Mithridatē apud Tigranē inquirēdum proficisciatur. Inde in Asiam transgressus Syllanis adhuc oppressam grauaminibus, quartam tribusti partē in fructibus, reliquas ex domorum poffſionibus & mancipijs iuſſit pendere. Epinicia etiam solemnia instituit, Selati bello rite peratō. His gestis, in Tigranem quod Mithridatē recusasset reddere, copias mouit, duas ex electioribus legiones, ac quingentos educens equates. Cum his Euphrates superato, pecunias à barbaris exposcens iter peragebat. Hi quippe nullis infrebant bellum, neque quid pati digne videbantur. Bello inter Lucullum & Tigranē ingruente, Tigrani nemo Luculli adventū nunciare ausus: qui enim prius id attulerat, in crucem sublatus est. Civitatum desinde tumultu quo ab eo infestabantur, audito, Mētrobarzānem cum duobus millibus equitum ire iuſſit, quis Lucullū ab incursu prohiberet, Maꝝeo autem Tigranocertam custodire

V 4 impe

imperat quam urbem. Et à nobis superioris dicitum est, in honorem sui nominis considerat. Ego optimos quoque in eā convocarāt p[ro]ximā vniuersitatem, imposita. Et quia in eam non transferrent, sibi iure vendicaretur. Vrbi quippe muros in altitudinem quinquaginta erexit cubitorum, e quorum stabula inferius habentes, regias ad bac[us] et marias in suburbis perfecit amplissimas, ferunt insuper septa ad venādi voluptatem, locumq[ue] amoenitatem refertos. In proximo autem arce munitionisimam cōsidist: que omnia Mæcē curanda derelinquens, copias omnis ex parte cōstraxit. Metabarz anem quidem Lucullus statim ab congressu primo repulit, deinde conuersum insequac[re]p[er]it. Mæcum Sextilius intra Tigranocertia mœnia cōclusit, regiamq[ue] muro minus septam depradatus est. Vrbi vero Ego arcifossam ab omniparte circundedist, machinas etiam attulit urbi. Ego cuniculus mœnia suspedit. In his Sextilius obuerfabatur. Tigranes pedem ducenta Ego quinquaginta millia, equitū pariter quinquaginta in unum congregauit, ex quibus ad sex millia in Tigranocertam ire iussit, quis per medias Romanorum acies pellices attrahentes regias profecti sunt. Tigranes cum reliquo copijs in Lucullum mouit. Ferunt tum primum Mithridatē in conspectum eius venisse, regi quoque consilium dedisse, ne cum Romanis bellum caperet, sed equestribus duntaxat copijs hinc inde dñe

discurrens vastatis agris, eos quoque fame praecidere tentaret. Eo modo se à Lucullo ad Cyzicū cum obsecsum sine prælio exercitum omnē perdisisse. Verum ille Mithridatis militiam irridens, ad pugnā paratus accessit. Romanorum quoque paucitate perspecta, cauillo huiusmodi vīsus discit. Eos quidē, si legati accederent, permulcere: sīt pugnarent, per paucos esse. Lucullus tumultuū accommodum post Tigranē confiscatus, equites in fronte cōstituit, qui hostes laceſſerent. Et ex agmine deductos, ipsi cedentes post se traherent. Ut in sequentibus barbaris, nullo ordine palantes interciperet. Ipse tumultū circūnectus, pedetes in occulo collocat. Cum primum igitur hostes veluti in Victoria Romanos hincinde dispersos persequi viderit eorum quoque vasta paſsim iacentia confexit. sublata voce Vicimus, o Viri, inquit: Et subito ad eos qui vasta deferebāt, accurrunt. Illi magno tumultu inter pedites feruntur, et equites pedestribus occurunt. Fit fuga vndeque. Sed cum in sequendis Romanis longius à suis decurrissent, equitatu insurgente conuersi trucidantur, et qui vasta ferebant, in unicem collapsi. Ut in tumultu fit, seipso collidebāt. Omnibus igitur in tanta multitudine confusis, nec ordinem ullum intuentibus ad quem se referrent, cades immensa editur, nemine hostem spoliante. Sic enim à Lucullo maximis propostis paenit edictum fuerat, adeò ut armillas et

V 5      etq

torques in transitu evitantes, per centū &g g  
 gintis stadia hostes continuè cadendo persecuti  
 sunt quo ad nocte eos exceperit: tunc quidem cōverſi  
 spolia innadebant. Sic enim à Lucullo cōcessum  
 erat. Mazens percepta clade à Tigranocerte  
 omnes Gracos quos mercede cōdixerat in virtute  
 armis exuere decrevit. Nam cum deprebenſio  
 nem veritos in unum ambulare, sūmā invisa  
 ri, & scutulis quibusdam ornari consueſt,  
 barbaros flatim cum armis in eos immittit. Il  
 le vestes clypearura in morem fūnifris adapta  
 tes, ad eos se conuertunt, pluribas q̄, interfictis  
 assumptae arma, quibus invicem dissēſis, ion  
 potentioreſ cīcibus extalere faciunt. & Romani  
 nos ab extra deponentes in urbem recepere. In  
 hunc modum Tigranocerte à Romanis capta,  
 ingentesq; theſauri in ea direpti sunt. Et post  
 in ciuitate nuper ad annulationem gloria con  
 dita Tigranes interea ac Mithridates exerci  
 tum alium dēnō instaurare properabant, cu  
 m regimē Mithridati attributum erat, cum  
 Tigranes cladem illam ob imperitiā rei mi  
 litaris acceptam existimaret. Ad Parthorum  
 etiam regem misere legatos, auxilia ab eodem  
 expertentes. Sed cum Lucullus ad eum pariter  
 suos demisiffet, rogaretque ut vel ſibi afferret  
 opem, vel mentri impenderet, rex clam trifigis  
 pollicis ſuo, nulli premittere curauit. Mithrida  
 tes arma inter omnes per singulas defūmpſit verbes,  
 &

Et delectum fere omnem ex Armenijs cōfécit.  
 Ex electoribus s̄q; septuaginta pedestrum mil-  
 lia, equitum ad dimidium fere numerum ele-  
 git, reliquos omnes ab exercitu emisit. Hos igi-  
 tur per turmas cohortesq; dīmisit, Italici in mo-  
 dum distinguens ordines. Ponticis Verò se exer-  
 cere permisit. Aduentante Lucullo, Mithrida-  
 tes pedestatum omnem partemq; equitatus in  
 tumulo continuuit, reliquos Tigranis equeites cū  
 in frumentarios Romanos impulisset, amisit.  
 Quia ex causa audacie Mithridati appropin-  
 quantes, frumenta legebant, & castra iuxta eū  
 metastabantur. Interea puluis ad altiora editus,  
 Tigranem aduertare indicat. Hoc enim inter se  
 meditati fuerant, quò Lucullum in medio de-  
 prehenderent. Id animaduertens Lucullus, pra-  
 cipuos equitum lōgus ire iubet, qui Tigranem  
 distinxerent, nec ex itinere in ordines redire su-  
 nerent. Ipse Mithridatē in pugnam provocans,  
 fossa circumsepsit, nec antē ab incepto destitit,  
 quam fames incidens amboriū dissoluit opera:  
 Et Tigranes ad interiora Armenia se cōstulit,  
 Mithridates Verò in Pōrum & ad residua sui  
 peruenit principatus, quatuor milia ex suis  
 adducens, totidē à Tigrane assumptis. Inseque-  
 batur & cum Lucullus. Sed cum ob cōmeatus  
 inopia reueteretur, prauensens illum Mithri-  
 dates Fabriū aggreditur, qui postremus sub Lu-  
 cullo ad bellū ibidem fuerat relictus. Eum itaq;

in fugam vertens, ad quingentos occidit. Fabio vero seruos qui in exercitu aderant, in libertatem vendicante, & per diem integrum denud depugnante, sterum belli fortuna cepit immunitari, quoad Mithridates genu lapsi de saucio, & sub oculo transfixus sagitta magna celeriter se inuestus est: & plurimis diebus hos quidē timor regia salutis, illos vero multitudine vulnerū quietos reddidit. Mithridate Agari curabant, gressu Scythicum, qui ad serpentum morsus sellent adhiberi, & ob id regi continuè assidebat. Interim Triarius alter ex Luculle ducibus cum exercitu proprio ad Fabium delatus, in eius locum successit, nec multò post cum ipse ac Mithridates ad pugnam conuenissent, ventus propere exortus qualcm ante a nungā obuenisse memoria proditū est, ambo ut tētoria sustulerit, curruntq; perfregit, ex militibus nonnullos viraptos suspendit in aere: qua ex causa cessere ambo. Sed cum Lucullus aduentare diceretur, Triarius si etiorā praeoccupare studet, noctu adhuc Mithridatis custodias aggreditur. Cum pugna aliquādī par esset, rex cum parte copiarum quae cum sequabantur, fortiter inuestus, bellī victoriā auspicatur. Dissipatis enim hostibus, pedestrum eorum in palustri quadā voragine conclusit: quo in loco cum subsistere non possent, interminuntur. Equites deinde per campos insecutiss est impetu quodam aspirantis fortuna. Eos. Interbas

Romanus quidam turma ductor serui in modum cum rege congressus, magno vulnere per femur ensis traesecit, ratus ob thoracem neutiquam eum a tergo posse configere. Verum illum qui regi proximiores aderant, statim cōfecerunt. Mithridates in castris retro defertur, at amici aridentē eorum cæptis fortunā prosequētes, magno impetu in Romanos feruntur. Pugnatiōne ipsis inopinus reuocationis clamor auditur, subiēq̄ dubitatio, ne aliunde quid infāstu illis accidisset, quoad intellectare, statim in campo magna trepidatione regem circumstetere, nec abinde discessere, donec Timotheus cōpressum sanguinē ex superiori loco retulit, quēadmodū apud Indos ab Alexandri militib⁹ olim trepidatū fuisse memorant, donec ipse se rex ex vulnere curatum suis ostendit. Mithridates cū ad se redisset, eorum qui pugnā reuocassent signum conquestus est, Cōorta quam primū luce, duces in Romanorū concitat exercitū. Illi timore perciti, in fugā vertūtur. Cū cadavera spolijs exuerentur, tribunos militū quatuor Cōvicti centuriones centum quinquaginta occubuisse repertum est. Quorum superiorum tactus ram vno in prælio nunquā persimilem Romanis sustinuere. Mithridates in Armenia profectus, quam minore Romani vocant, quacunq; facile affortari poterant frumenta, collegit: que verò difficulter, penitus evexit, vt Lucullum instan-

instantem à se repelleret. Interea vir quidam è Romanis Senatorij ordinis Attilius nomine ob multam derelicta patria, ad Mithridatem cui antea familiaris fuerat, accessit. Qui cùm insidias regi pararet, ab eodem interceptus est. Rex nentquam dignū ducēs hominē Romanū Senatoriumq; supplicio afficere, cùm interfecit, conspirantes vero cùm illo gravissus affixit. Seruos præterea qui Attilio hac in re obsecuti forent, impunitos esse voluit; vi potest qui hero suo paruerint. Lucullo interim contra Mithridatem castra habente, quidā Asia præfectus promisso r̄ibicine palam proclamari iussit, Romanos Lucullum incusare, quod solita prescriptū sibi tempus bellum gereret: exercitum ab eo esse dimittendum: quod illi paruerint, eorum bona ex decreto fore publicada. Quibus temere prolatis, exercitus ferè omnis paucis exceptis dissoluitur est. qui enim tenuiores fuerant, & pœnam minus formidabant, cum eodem persistere. Hac ex causa Luculli in Mithridatem bellum nullum momenti haberis captura, nec quod ad optatum finem posset attingere. Dissidente quippe Italia, turbati omnes, mari latrocinijs obfesso fame penè enecti, tempus bello accommodum arbitrabantur esse prius quād alterum peringens ac difficile compouerint bellū. His perceptis, Mithridates in Cappadociam descendit, & vi primum regnum sibi confirmavit. Et hec quidem agen

agentem Romani videre neglexerunt, quoad maria tutò patebant. Cum autem Sexari capis- sent, & Pompeius ad ea pacanda in Asiam ve- nisset, bellum Mithridaticum cōtinuò assumpse- re, & id Pompeio exequendū tradidere. Ea ex causa pars quadam Pompeiana seditionis, bel- lum contra Mithridatē mari gestum mihi vi- sum est, nec ad priuatam ullam expeditionem per- tinent, sed ad partes eius esse referendū. & quā admodum fuerit exponere. Mithridates cū primum Romanos debellasset. Asiamq; inva- sisset, Sylla circa Graeciam elaborāte, ratus illū nō satis facile in Asia venturū cetera omnia, ut pradiximus, depopulatus est: mari quoq; pi- ratas intulit, qui primum pauculis scaphis, nec ijs satis amplis latronum more maria infesta- bant. Cum verò bellū exarsisset, plures numero effecti nassibus longe amplioribus omnia circū nauigabant, lucri potissimū dulcedine pellebāt, adeò ut neq; denictō rege, neque inducias agen- te, ac ne retrocedente quidem à mari tempera- rint. Nam patria extores deficiēt victu ob af- fiduum bellum ad inopiam maximā delati, si- ce tellario mari fruebātur, myoparonibus in pro- nis & seculpis sūsi, discrotis postmodū ac trise- mibas separatim enavigantes, latronibus qui- busdam maioribus ipsis presidentibus, impera- torum more, & in herbes manibus carentes vi- delati, aliarum quoque mania sternentes ans suffod.

suffidentes, & in captivitatem vendicantes, palam predatantur. si quos ditiiores offendisset, classi impositos seipso redimere cogebat. Et huiusmodi rapinas, cum latronum nomen adhorret, militares mercedes distingabant. Artifices preterea ad opera adhibebant vinculis detinatos & lignorum materiem, aris & ferris circumferentes, nullo unquam ab opere cessabant. Eatis etiam ob absidia lucra, nec latrociniari adhuc omittentes, regibus iam & tyrannis & exercitu magnorum imperatoribus seipso comparabant satis fieri cum se in unum contulissent, à nemine superari posse: & ob id naves & arma omnifariam fabricatis, maximè in Coliciam quam assidet apellant, impetu eorum dirigebat, exercitu eo in loco colligebant custodias, & montium summitates, insulasq; desertas, & narium receptacula ibidem nacti, precipua eorundem refugia circa eam, cum aspera esset & importuna, & apertibus pradita maximis, constituerant: qua ex causa omnes communi nomine Colices appellati sunt, initium assumente hic usque fortasse clade ab ijs qui Coliciam incolent asperam. Scriptientibus deinde eos Syrijs, Cypris & Pamphylijs Ponticisq; ac fere omnibus qua ad orientem vergunt nationibus, Mithridatico bello per longum tempus illis incumbente, aliquid praeterea agere, quam ab alijs pati eligentes, maritellus anteterunt, sic ut brevis nullus horum

num

sum millia in Enum congregantes, non solum  
 mare quod ad orientē spectat, sed quodcūq; in-  
 tra Herculeas colūnas situm est, sibi vendica-  
 rent. Iam enim nonnullos Romanorum duces,  
 aliosq; ē qui Cilicia praeerāt, circa Ciliciam  
 massali bello superauerāt. nullo in loco nauiga-  
 tio tutā erat, tellus quoque operibus vacua ob-  
 mercenariorū indigentia. Romanorum tamen  
 ciuitas praeceperis huius mali particeps, ijs qui  
 imperio parebant, vndiq; obfessis, ē ipse pro-  
 pter multitudinē fame laborante. Id autē opus  
 perdifficile ē magnū visum est, tot exercitus  
 virorum nauisq; deprehēdere, qui per omnem  
 circum terram mariq; diuidetur, ē oble-  
 uitatem apparatus facile hinc inde caperet  
 fugam, nec ad notas terrarum partes receptio  
 debitos ē stabiles haberent, neq; cōmune quic  
 quam aut proprium sed cōtinue ad occurrentia  
 se conserrent, ita ut belli huius prater cōsilium  
 omne meditatio nihil firmi, aut quod intelligi  
 posset. in se continens, desperationem simul ē  
 timorem antefirret. Nam neq; appropinquati-  
 o Murana ad eos, neq; Seruilius Isaurici ad-  
 ventus post illum quicquā profecerat, sed iam  
 Italia maritimam orā circa Brundisiū et Tyr-  
 rheniam audacter invaserant; ē milieores no-  
 bilium hinc inde transentes, simul que diuos  
 exercitus cum signis intercepserant. quarum  
 rerum neque iacturam, neque opprobrium gl

terius tolerantes Romani, Pompeium, qui maxima apud eos autoritatis habebatur, ex lege imperatore per tres annos statuentes, uniuerso mari quod intra Herculeas columnas sicum est, Egit terre omni que à mari per quadringentia stadia desuper extēditur, regibus, dynastis, genibus, tribibusq; uniuersis praeſidere voluerūt, ipsiq; exercitus in bonū congregare, pecuniasq; exigere viciſim conſeruerūt. Exercitum praeſer hæ ingentem, nauesq; quas habuere omnes ex ordine miserunt, pecuniarū item Eſq; ſex milia Attica talenta. Sic magnum ac difficile arbitrabantur, tā ingentem ſuperare exercitum, tam immenso mari ac lōginq; tā ſeafis latitentē facileq; cedentem, deniq; impinē insurgentē, ut nemo illis Pompeio ad hoc ei deretur dignior, qui cum tanto nauigaret imperio. Fuere autē illius exercitus ſtatum quidem Viginti milia peditum, equitum quatuor millia. Naues quoq; cum ſequulis ſeptuaginta ſupraducentar. Ministrī porrò, quos à Senatu legatos vocant, quique Egit Viginti ſunt ſecuti, quibus Pompeius naues mariaq; denuit, e quosque ſingulis attribuit, pedetes insuper Egit milia ſigna addidit. Ipſe cunctorum imperator, legionsbus omnibus quibus illi per partes preerant, belanti rex regum praeſidebat, inſtitq; ſum queng; diſcurrere Egit efferriri in regionibus q̄tas illi adſcripſiſſet permanētes, neq; Piatas

ratas Elerahas insequi, neq; regiones alijs tradi-  
tas inuadere sed continue ab omni parte Pa-  
ratus obuiates multis concursibus eos interfice-  
re. Sic omnibus dissositis, Pompeius Tiberium  
Neronem & Manlium Torquatum Iberia &  
maris quod ad Herculeas celumas pertinet, pre-  
esse voluit. Ligustico vero & Celtico Marcum  
Pomponium, Libyco deinde & Sardino ac Cor-  
sico maris, insulisq; finitimus Lentulum Mar-  
cellinum, & publum Attileum. Circa Italiam  
autem Lucium Gellium & Gneum Lentulum  
prefecit. Siculum praterea & Ionium Plocum  
& Terentium Varrone & q; in Acarnaniam  
custodire insit. Peloponesus vero Attica. Eu-  
boia, Thessalia, Macedonia, atq; Boiotia Lucio  
Cinna tradita. Insulas autem & Aegeum ma-  
re omne, atque Hellespontum Lucius Cullius  
assumpsit. Bityniam Thraciam assumpsit, ac  
Propontidem, & maris fauces Publius Piso.  
Lyciam deinde, ac Pamphyliam, Cyprum & Phae-  
nicem Metellus nepos. In hunc modum pro-  
vincia ducibus distribute sunt, ut in uicem Pi-  
ratas aggrederetur, auxilia inter se cōferrent,  
custodirentq; & viciissim fugientes intercipe-  
rent, neq; persequendo longius errarent, ne ve-  
luti incursus circumferrentur, & in longum ni-  
misi produceretur opus. Pompeius ipse ad o-  
mnes enauigabat. Et his quidem duobus &  
quadraginta dissositis diebus, Romam rediit,

inde ad Brundusium. Ex Brundusio verò tam magno intervallo ad ea loca proiectus, omnes nauigādi celeritate, apparatus magnitudine, & gloria opinione cōterrīst, sūt Piratas cū eo congregati putātes, vel non facile superari exīstī mātes, timore percitos statim ex forbībus quas innaserant expulerit, & ad solitos montes apices portuq; recessus fugere cōegerit, ita sūt Pōpeis sine pugna & sanguine maria omnia liberè paterent. Piratae verò per partes a duci bus suis deprehenderentur. Ipse deinde in Ciliciam dūmerso exercitu multisq; cum machinis peruenit, ratus omnifariā machinarū copia & expugnationis genere sibi opus fore ad eos qui superiora tenerent: verūm gloria & apparatu eius conterrīti latrones, freti q; si non bello, at saltē misericordia esse tutos, primū inclemare & reclamare occipiunt, qui presidia editiora habebat, post hos mōtans Cilices, postremō universis in manibus eius concesserūt. Arma ad huc plurima partim parati, partim infecta illi tradidere, naues præterea nondū compactas alias mari illatas, as quoq; & ferrum ad opera parati, scela funesq; materiemq; varsā exposuerunt, multitudinē insuper captiōnōis quos partim ob redēptionē, partim ad opera agendā deuinxerant. Quibus ex rebus Pompeius materiem primum incendit, naues abstulit, captivos ad proprias domos redire iussit. Ex his pleri

pleriq; sepulchra à suis sibi erecta velut i defun  
Etis offendere. Ex Piratis quoscunq; non tam  
peccandi licentia quam inopia ob assiduum bellū  
ad hac delatos noverat. Mallū, aut Edanam,  
aut Epiphaniam, aut aliud desolatum, & inho-  
spitum Colicie afferioris oppidiū insit incolere,  
nonnullos etiā eorum ad Dymon in Achasiam  
transfusit. Sic Pyraticū bellum, quod omnium  
difficillimū putabatur, esse, facillima quadam  
pars Pompeio obuenit, nauesq; in potestate re-  
degit, partim duobus & septuaginta diebus  
captas, partim ab ipsis traditas numero sex  
supratrecentas ciuitates, praesidia, receptaculū  
omnes eoruū dñebus eccl̄um & viginti suscepit.  
Ex Pyratis ad decem millia eo in bello casare  
feruntur. His igitur adeò celeriter & prater  
cunctorū opinionē gestis, Romani Pompeium  
magnum extollentes, dū adhuc circa Ciliciam  
castra haberet imperatorem cum eadem pote-  
state ad Mithridaticum bellum elegerunt, ita  
Et pro libito qua sibi viderentur componeret,  
atque pugnaret, amicos' que vel hostes populi  
Romani iuxta voluntatem suam iudicaret, e-  
xercitū omnium extra Italiam princeps es-  
set: qua simul omnia nulli alij praterquam Pompeio  
fuisse concessa satis constat: & forte ob  
hoc imperatorem ipsum magnum appellari. Verū  
Mithridaticum bellum à prioris duci-  
bus iam ferè conseruum erat. Pompeius statim

ex Asia copias in Sinum congregans, in Mithri datus montibus castra penit. Mithridati in exercitu ex electis per prius aderant peditum triginta millia, equitum tria millia. Et eam regionem quam Lucullus prius insedisset, comiteatu destitutam ipse inuaserat, qua ex causa plurimi ab eo transfugerant, quos Mithridates sicubi nactus esset, in crucem tolli, oculos effodi, igne comburi iusserset. Ceterum non tam illum transfugarum cura ob supplicij metum, quam inedia et egestas stimulabat. Legatis igitur ad Pompeium missis, quae belli huiusc conciliatio esse posset, inquirit. Tum ille, si transfugas, inquit, reddideris, Et te in potestatem nostram dederis. Quibus intellectis, Mithridates hac transfigis aperuit, quos cum timore concitos trepidantesque consiperet, iure iurando sanxit nullam sibi cum Romanis conciliacionem unquam affuturam ob eorum auaritiam, neque se illis daturum quenquam, aut facturum quicquam quod non prius illis aperuisset. Sic enim eloquens est. Interim Pompeius equites in insidijs collocas, alios palam emittit, qui custodias regis aggrederentur. His mandatum erat irritare hostes, Et subinde fugere. Geluti impotentes usque ad insidiarum loca, deinde se conuertere. Et profecto celeriterque ad exercitum venissent, nisi quod veritus rex pedites eduxit, illi autem regressi sunt. Sic finis inse-

quendam ac fugandi Mithridati & Pompeio  
similicem fuit; & experientia veriusque exer-  
citus, equitumque concertatio. Vexatus tan-  
dem ob inopiam rex h. sed sponte discessit. &  
Pompeium in eius locum subire passus est, fi-  
sus cum, & in regione destituta omni commea-  
tu, non sine magno incommodo morari posse.  
Verum ille commentum addibitum ex locis  
qua post se fuerant suscipiebat: progressus de-  
inde usq; ad Mithridatē, custodias illas & exer-  
citus quamplures per centū quinquaginta sta-  
dia vndiq; apponens, fissa circumsepit, ita &  
commentū basi facile posset consequi. Mithri-  
dates cum à Pōpeio fissi clanderetur, minimè  
in illum insurgere curauit, sine timore ductus,  
sue infectia, sue omnibus iam illum circumstā-  
tibus malis oppressus subinde cōmeatus inopia  
equos ad vehicula dispositos iussit interfici: sim-  
gulos deinde illis abiiciens, vix ad quinquagin-  
ta suffecturos dies nocte miro silentio fugā ar-  
rispit per iter adeò asperū, & orta vix luce per-  
secutus eum Pompeius ultimos aggredieret.  
